

S. L. S.

Dies marañebi

SEPTIMO ANTO, DIEZ MAR  
VEDIS, ANO DE MIL Y SEISC  
TOS Y SETENTA Y VNO.

2548

2.993

2548  
XXII-2



Agua de bordinas de araucu, en la qual se ha  
de bordinas de araucu de bordinas de araucu  
Caso de justicia que primeramente  
Coneste de araucu de araucu  
de bordinas de araucu en la qual  
Dece justicia de bordinas de araucu  
Fuer de bordinas de araucu =

Handwritten signature or initials.





nempe octo Tomos , iam typis mandatos , & nunquam fatis per eorum approbatores adhuc, vt merentur , elogiatos.

Hunc igitur Authorem , vndequaue Præclarissimum, in primo præfenti opere strenuum bellatorem inuenio, & quamvis hæc ingeniosa certamina ex parte appareant cruenta, cum ex sanguine, & vsque ad sanguinem Athletico conatu dimicetur ; in re tamen incruentum est prælium, intercedente duntaxat prætiosissimo, & benefico sanguine N. Mediatoris Christi D. ex quo non vulnera, & cedes timeri possunt; verum pax floridissima erumpit, manente concordia voluntatum inter intellectualia disidia, in quibus scriptor Doctissimus certat; non tam, vt aliena castra diripiat, quam vt propria defendat.

In secundo est subtilis contentio inter subtiles discipulos subtilissimi Doctoris Scoti, in qua veluti in gladiatorio ludo, non tam hostiles ictus, quam mira dexteritas in præliando pares, mutua corona, nitet. In tertio, tam mira splendet in arguendo subtilitas, quã in solvendo resplendet profunditas. Hæc omnia, subtilitas, nempe, & profunditas, quibus summa, & singularis claritas est adiuncta, seu ( vt melius dicam ) Authori congenita, in triplici volumine dicto valde notoria apparent. Sed hæc, & plus mirantur in quarto. Quid ergo plus ? Tanto plus miratur in illo, vt nec lingua dicere valeat, neque id intellectus capere possit. Ob hoc itaque in illius excellentiam mihi dicere liceat, illud Proverb. cap. 30. v. 18. *tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro.*

Atque hinc se se aperit, quod visis, & sollicitè visis, his quatuor istius vere Magni Doctoris operibus, supra octo opera præfacta, etiam, & iure, mihi clamare licet de illo, quod illa magna, & vere magna Regina 3. Reg. cap. 10. v. 7. locuta fuit de Salomone: *maior est sapientia tuâ, quam rumor, quem audivi.* Hæc satis de illius excellentia; licet *de tanto viro nunquam satis.* Iudico ergo, quod quatuor præfata volumina, vtpotè, non solum fidei, verum & bonis moribus, consona, prælo mandentur. Ita sentio. Salvo, &c. In hoc Capucinatorum Conventu Civitatis prædictæ. Die 30. Septembris. Anni Dñi. 1719.

*Fr. Petrus Reinosas.*

# LICENCIA DEL ORDINARIO.



OS el Doct. en ambos Derechos D. Juan Manuel de Azitores, Cathedratico de Prima de Leyes en la Real Vniversidad, Provisor, y Vicario general de esta Ciudad de Valladolid, y su Obispado: Por el Illmo. Señor Don Fr. Joseph de Talavera, Obispo dèl, Prior, y Señor de Junquera de Ambia, del Consejo de su Magestad, &c. Por la presente damos licencia, para que se puedan imprimir, y dár à la estampa quatro libros, intitutados: el vno, *Domestica Bella Philosophia*: el otro, *Bellum de Sanguini Christe*: el otro, *Uera axiomatum explicatio*: y el otro, *Varia Theologica argumenta*. Compuestos por el Rmo. P. Maestro Fr. Manuel Perez de Quiroga, de la Orden de Nuestro Padre San Francisco; atento de nuestra orden estàr vistos, y reconocidos dichos Libros, y constarnos no tener cosa alguna contra nuestra Santa Fè Catholica, buenas, y loables costumbres. Dada en la Ciudad de Valladolid à veinte y ocho de Março de mil setecientos y veinte años.

*L. V. Doct. D. Juan Manuel  
de Azitores.*

Por su mandado.

*Antonio Lopez Remirez.*



CENSURA R. ADM. P. Fr. FRANCISCI  
de Fuente Novilla In Sacr. Theolog. Doct. Supr. & m.  
Inquisit. Qualificat. Reg. Convent. Matrit. Ord.  
Fratr. Dei Genitr. Virg. Mar. de Mont.  
Carmelo, olim Prior.

**S**VPREMI Castellæ Senatus iusu avidus discendi potius, quam censendi, legi, & agnovi (cum D. Basilio loquor) opus ut *ij* facere solent, qui amicorum libros ex similitudine in eis conspicua agnoscunt. Legi, & agnovi (inquam) iucundè quatuor libros, quorum primi titulus est: *Bellem de Sanguine Christi*. Secundi est: *Domestica bella Philosophica*. Tertij est: *Varia Theologica argumenta*. Et quarti denique: *Vera Axiomatum explicatio*. Authore Rmo. Patre Magistro Fr. Emmanuele Perez de Quiroga Seraphicæ Magni Parentis Francisci Religionis Alumno, & Iubilato bis Lectore, in Immaculatæ Conceptionis Provincia iterum, atque iterum Meritissimo Superiore, fama evulgat, & experientia tangitur. Huic Authori convenire quod ad alterum casum Vincentius Lirinensis suffecit atentius: *Ingenio nonne tam gravi, ac vehementi excelluit, ut nihil sibi ad propugnandum proposuerit, quod non, aut acumine excelluit, aut pondere eliserit, cuius pene verba tot sententia, tot sensus, tot victoria?* Sic octo anteriora volumina, quæ in lucem dedit, vociferant vniformi plausu.

Hoc etiam hæc quatuor volumina vniformiter clamant, attenta in illis singularissima huius præclari Authoris

thoris subtilitate, & ita speciali, vt alter Scotus dignissime appellari mereatur. Omnia certe valde vtilia omnibus apparent; sed quartum præcipue, necessarium cernitur vltra; nam cum nemo ignoret, quod necessaria sit cuilibet sapientiæ cultori, principiorum cognitio ad altiorum facultatum vniuersam noticiam, perfecte, & facile obtinendam, eo quod omnis disciplinæ progressus à generalibus præceptis recte ducitur; hoc habetur in quarto; cum axiomata sint principia vniuersalia, sine quibus ad particularium noticiam, minime pervenitur, vt satis omnibus apparet; ideòque quatuor relata volumina digna sunt, & valde digna, vt prælo mandentur, in quibus (præter sanam, & Catholicam Doctrinam, bonis que moribus consonam) subtilitatem dexteram in explicandis Axiomatibus, in veritate indaganda, & eruenda, ac subtilis Doctoris mente enucleanda reperio; sunt que communi vtilitati valde proficua. Sic censeo, salvo, &c. In hoc Matritensi Carmelitarum de antiqua Observantia Regali Cœnovio. Die 15. Maij Anni 1720.

*Fr. Franciscus Montiel  
de Fuente Novilla.*

SVMA

FEE DE ERRATAS:

**Q**uæst. 1. num. 11. lignis, leg. ignis. Quæst. 3. num. 44. perfectiorem, leg. perfectionem. Num. 55. debito, leg. debite. Quæst. 4. num. 9. propositione, leg. proportione. Quæst. 5. num. 36. creaturam, leg. creaturarum. Num. 46. & leg. sed. Numer 50. vasi lectuli, leg. vasis, lectuli. Quæst. 6. num. 28. formatur, leg. formantur. Quæst. 8. num. 49. minore, leg. minori. Quæst. 9. num. 38. singulare, leg. singulari. Num. 47. etiam, leg. enim. Num. 98. natura, leg. naturæ. Ex tractat. Logicæ, num. 16. tantum, leg. tantum. Num. 18. temperante, leg. temperate. Num. 41. potuisset, leg. posuisset. Ex lib. Phisicor. num. 8. aliquo, leg. alio. Num. 9. propositionem, leg. proportionem. Ex lib. de Gener. numer. 3. format, leg. formam. Ex lib. de Anima, num. 37. resquondico, leg. respondeo. Ex tractat. Metaphisic. num. 19. tolli, leg. tolli.

Este libro intitulado : *Domestica Bella Philosophica*, su Autor el Reverendissimo Padre Fray Manuel Perez de Quiroga, del Orden de Nuestro Padre San Francisco, con estas erratas corresponde à su original. Madrid, y Agosto 23. de 1720.

*Licenciado Don Benito*

*del Rio y Cordido.*

Corrector general por su Magestad

*SVMMA DB LA TASSA.*

**T**Assaron los Señores del Consejo Real à seis maravedis cada pliego de este libro, como consta del original refrendado por Don Balthasar de San Pedro Azevedo, su fecha en Madrid à 23. de Agosto de 1720.







# DOMESTICA BELLA PHILOSOPHICA.

**A**D disputandas Quæstiones in hoc tomo referendas, triplici moveor ratione. Primò, quia principaliores sunt in Philosophia; secundo, quia valdè utiles ad plures ex gravioribus Theologiæ; tertio, quia (quinta excepta) valdè oppositos in illarum intelligentia Scotistas reperio: Ex his autem maximè Mastrium, qui hoc tempore floret, attentè legi, illiusque opiniones nec Scoto, nec rationibus concordēs (ni fallor) invenio. Ob hæc itaque *Domestica bella Philosophica* pro titulo proposui; quo ad vires completo, varia argumenta in Philosophicas Quæstiones, ordine tractatum servato, tam contra Scoticam sententiam, quàm contra Thomisticam, & Jesuiticam, ostendam.

2  
Q U Æ S T I O

P R I M A.

An materia prima possit existere naturalitèr sine  
omni forma?

S. I.

*Resolvitur difficultas.*

N. I.

**N**aturalitèr hanc quæ-  
tionem propono, &  
non de potentia Dei absolu-  
ta, quia in hoc secundo sensu  
omnes Scotistæ, contra Tho-  
mistas omnes litigant, nu-  
llumquè inter ipsos est be-  
llum, in ipsisque Scoti mens  
videri valet. Naturalitèr, in-  
quam, propono, quia in hoc  
Scotistæ disconveniunt, be-  
llumque habent, ad quod  
mihi aliqui in manu scriptis  
motivum dederunt, & præ-  
sertim quidam ingeniosus  
valdè, quem ut Magistrum  
venero, partem afirmativam  
substinuit, quem plures in  
manu scriptis secuti sunt  
postea. Venia igitur Scotistæ  
ingeniosi, non intentione  
impugnandi, sed veritatem  
aperiendi, contra ipsum pro-  
cedam.

2  
Conclusio: materia pri-  
ma de potentia Dei ordina-  
ria, seu naturalitèr, nequit

existere sine omni forma. Est  
communissima omnium Pe-  
ripateticorum, & omitendo  
aliquas probationes valdè  
non vtilis, probatur primò  
conclusio: ordo univèrsi ita  
ab Authore naturæ est insti-  
tutus, vt agens naturale non  
corrumpat formam in mate-  
ria, quin aliam generet; ex  
quo deducta fuit illa propo-  
sitió: *Generatio unius est cor-  
ruptio alterius, & è contrariis*; sed  
hic ordo ab agente naturali  
nequit inverti ex Scoto in 2.  
*distinct. 2. quæst. 2. lit. C.* ergo  
agens naturale nequit cor-  
rumpere formam in mate-  
ria, quin aliam in ipsa pro-  
ducat: ergo materia num-  
quam naturalitèr est sine  
omni forma.

3  
Confirmatur, & declara-  
tur simul: si materia prima  
possit esse naturalitèr sine  
omni forma, esset, quia da-  
retur agens potens expellere  
for-

formam sine introductione alterius; sed hoc naturaliter repugnat: ergo quia non potest existere sine omni forma. Probatur minor: repugnat, dari agens, quod naturaliter agat contra intentum per se primo agentis; sed intentum per se primo agentis non est expellere formam, sed eam introducere: ergo illud naturaliter repugnat. Maior est certa; alioquin non naturaliter ageret. Minor constat: quia intentum per se primo agentis est producere sibi simile; sed non potest producere sibi simile, expellendo formam sine introductione formæ: ergo intentum per se primo agentis non est expellere formam sed eam introducere. Consequentia est legitima.

Dices cum prædicto Scotista: hoc probare: materiam non posse esse sine forma naturaliter ex virtute limitata agentium naturalium; non verò, quod ipsa materia ex sua entitate non possit esse naturaliter sine illa. Nego: nam ratio, cur materia nequit naturaliter esse sine forma, non sumitur ex natura ipsius materiæ, sed ex ordine naturæ universalis, seu ordine univèrsi, ita ab Authore naturæ disposito, ut agens per se non intendat

corruptionem, quo ordine ablato, fortassè posset esse.

Dices cum ipso: quod licet corruptio non posset intendi per se ab agente necessario, ab agente tamen libero potest per se intendi, ut si Deus auferret (si vellet) formam à materia, absquè introductione alterius. Concedo; sed nego tunc materiam existere naturaliter sine forma; quia Deus de potentia ordinaria non potest auferre formam à materia sine introductione formæ; quia de potentia ordinaria agere debet iuxta ordinem ab ipso, ut Authore naturæ, institutum; quare si Deus ageret contra hunc ordinem, supernaturaliter operaretur.

Probatur secundo conclusio: maiorem dependentiam dicit materia à forma, quam corpus à loco; sed hoc naturaliter nequit esse sine aliquo loco: ergo nec materia sine aliqua forma. Probatur maior: talem dependentiam dicit materia à forma, quod in sententia probabili Scoti, & Scotistarum, nec de potentia Dei absoluta potest materia prima cum duplici existere forma; sed talem dependentiam dicit corpus à loco, quod nec Scotus, nec Scotistæ dubitaverint, de potentia Dei abso-

luta corpus existere posse in duplici loco: ergo maiorem dependentiam dicit materia à forma, quam corpus à loco. Fiat idem argumentum de substantia respectu quantitatis, & cæterorum accidentium.

7 Et claritatis gratia sub hac forma probationē conficio: maiorem dependentiam dicit materia à forma, quam compositum à quantitate, alijsque accidentibus; atqui nequit compositum naturalitèr esse sine aliqua quantitate, & sic de alijs accidentibus: ergo nequit materia prima esse naturalitèr sine forma aliqua. Minor, & consequentia tenent. Maior autem probatur primo: nam materia prima dependet à forma dependentia per se simili dependentiæ essentiali; compositum verò non sic dependet à quantitate, alijsque accidentibus; sed dependentia per se similis dependentiæ essentiali maior est quam dependentia non talis: ergo maiorem dependentiam dicit materia à forma, quam compositum à quantitate, alijsque accidentibus.

8 Probatur secundo, maior, clariùs, & non minus efficacitèr: dependentia materia à forma est dependentia per se potentiæ à per se actu;

dependentia verò compositi à quantitate, alijsque accidentibus, est dependentia subiecti à quantitate, & ab alijs accidentibus; sed illa est maior dependentia, quam dependentia subiecti ab accidentibus: ergo maiorem dependentiam dicit materia à forma, quam compositum à quantitate, alijsque accidentibus. Minor, & consequentia tenent. Maior autem est axioma Philosophicum dicens: *Quod materia est per se potentia, & forma per se actus*, vt dicam (Deo salutem tribuente) in explicatione axiomatum. Tertio probatur, & non minori efficacia: dependentia entis per se in completi à suo complemento per se, est maior, quam dependentia entis completi per se à suo non complemento per se; atqui prima est materiæ à forma dependentia, & secunda est dependentia compositi à quantitate, alijsque accidentibus: ergo maiorem dependentiam habet materia à forma, quam compositum à quantitate, alijsque accidentibus. Totum ex terminis apparere videtur.

9 Probatur tertio conclusio: ratio probans: materiam primam non posse habere duplicem formam naturalitèr,



tèr, probat : non posse esse naturalitèr sine aliqua : ergo materia prima nequit naturalitèr existere sine forma. Probatur antecedens : ratio probans : materiam primam non posse habere duplicem formam naturalitèr, est, ob dependentiam materiæ à forma; sed hæc dependentia probat : materiam naturalitèr non posse esse sine aliqua forma : ergo ratio probans : materiam non posse habere duplicem formam naturalitèr, probat : non posse naturalitèr esse sine aliqua. Maior est certa, nam si dependentia materiæ à forma esset, sicut dependentia subiecti ab accidentibus, naturalitèr haberet plures formas. Minor probatur : dependentia materiæ à forma est dependentia connaturalitatis : ergo hæc dependentia probat : materiam naturalitèr non posse esse sine aliqua forma. Probatur consequentia ; quia homo dependet à colore dependentia connaturalitatis, nequit naturalitèr esse sine colore ; sed per te dependentia materiæ à forma est dependentia connaturalitatis : ergo non potest esse materia sine forma.

IO Probatur quarto conclusio : hoc axioma : *Corruptio unius est generatio alterius,*

est æquè verum, ac hoc: *Generatio unius est corruptio alterius* ; atqui ratione huius secundi axiomaticis nequit materia habere duplicem formam naturalitèr : ergo ratione primi nequit naturalitèr esse sine omni. Maior est apud Philosophos certa, vtrumque enim est axioma Aristotelicum. Minor est evidens, nam si esset generatio absque corruptione, essent in materia forma corrumpenda, & forma genita. Consequentia legitima apparet.

Deniquè probatur conclusio : vt materia ligni posset esse naturalitèr sine omni forma, requiritur necessario, quod forma ligni posset naturalitèr corrumpi, ante quam forma lignis, v. g. generetur : ergo corruptio esset prior prioritate temporis, quam generatio ; atqui hæc prioritas naturalitèr repugnat iuxta Philosophos : ergo repugnat, materiam esse naturalitèr sine omni forma.

§. II.

*Argumenta prædicti Scotista, & alia specialia solvuntur.*

PRædictus Scotista obicit primo : materia pri-

II

12

ma fuit in initio creationis absquẽ vlla forma; sed tunc fuit naturalitèr producta: ergo naturalitèr potest esse sine vlla forma. Probatur maior: tùm ex Augustino, qui ita videtur sentire; tùm ex illo Genesis 1. *Terra erat inanis, & vacua*; id est, materia prima erat sine omni forma: ergo materia prima fuit in initio creationis sine vlla forma.

13 Respondeo primo negando maiorem; ad probationem ex Augustino dico: ipsum velle, materiam esse priùs natura, quam forma, non verò prioritate temporis. Ad locum Scripturæ dico, debere intelligi, non de materia prima, sed de ipsa terra, quæ est compositum ex materia, & forma, quæ terra carebat tunc ornatu, arboribus, & plantis. Respondeo secundo: nos loqui ex suppositione productionis materiæ sub formis; non verò quantum ad actionem causæ primæ, qua produceretur primo ante quam informaretur vlla forma.

14 Obijcies secundo cum prædicto Scotista: materia non dependet à forma, nec à priori, nec à posteriori: ergo potest esse sine vlla. Probat Scotista antecedens quo ad secundam partem dupli-

citèr, idque confirmat. Quæ omnia ommito, quia hac solutione omnia ruunt. Distinguo igitur antecedens quo ad secundam partem: materia non dependet à forma à posteriori, dependentia eius à forma, ommito antecedens; dependentia eius ab ordine naturali rerum à Deo præfixo, nego antecedens, & consequentiam. Hac ratione dicimus, materiam non posse esse sine forma, vt patet ex prima probatione.

15 Obijcies tertio cum eodem: materia, per nos, habet propriam existentiam independentèr à formâ: ergo destructa forma, quam nunc habet, in eaque alia non introducta, sine miraculo, materia esset sine omni forma: ergo naturalitèr. Distinguo antecedens: habet propriam existentiam independentèr à forma, & independentèr ab ordine naturali rerum à Deo præfixo, nego antecedens: dependentèr ab hoc ordine, concedo antecedens, & distinguo consequens: ergo destructa forma, sine miraculo esset existens sine vlla forma, præscindendo à prædicto ordine, omito consequens: stante illo ordine, nego consequentiam. Imo retorqueo argumentum in composito respectu accidentium,

tlum, scilicet, quantitatis, qualitatis, &c.

16 Compositum substantiale per te habet propriam existentiam independentem à quantitate, aliisque accidentibus: ergo destructa quantitate, aliisque accidentibus, quæ nunc habet, in eoque nullo introducto, sine miraculo esset sine omni accidente: ergo naturaliter. Solutio ad retorsionem erit ad argumentum solutio.

17 Obijcies quarto ex eodem: omnes rationes, quibus Scotus probat, materiam primam posse existere sine forma, probant naturaliter posse sine vlla existere: ergo sic potest naturaliter existere. Nego antecedens; probet Scotista hoc; quia ego falsum reperio, & constabit attendendo ad primam probationem nostræ conclusionis.

18 Obijcies quinto ex Francisco Bonæ spei: materia prima creatur, nec minus subsistens est, quam anima rationalis; sed anima potest naturaliter ab omni materia separari: ergo & materia potest naturaliter esse sine omni forma. Nego consequentiam: disparitas est, quia anima rationalis non existit cum dependentia ab illo ordine; bene verò materia prima.

Dices: quare anima rationalis non existit cum dependentia ab ordine prædicto, bene verò materia? Respondeo, quod cum anima rationalis sit actus spiritualis, potens elicere suas operationes sine materia, non est ordinata ad semper naturaliter cum materia existere; cæterum materia adhuc cum sua existentia, & subsistentia, est potentia susceptiva, ita ordinata ad formam, vt ad corruptionem vnius, generetur alia, ex prima probatione.

20 Obijcies sexto: appetitus materiæ non petit necessario naturaliter formam; ergo potest existere sine illa. Probatur antecedens: secundum Philosophum, materia appetit formam, sicut foemina vitum; sed appetitus foeminae non petit necessario naturaliter virum: ergo appetitus materiæ non petit necessario naturaliter formam. Explico Philosophum: sicut, & eodem modo, nego; & diverso modo, concedo.

21 Obijcies septimo: si materia prima non posset esse naturaliter sine omni forma, esset, quia materia naturaliter appetit formam, & forma est perfectio debita materiæ; sed hoc non obest, vt materia naturaliter possit esse,

imo & quod de facto sit sine omni forma : ergo potest. Probat<sup>ur</sup> minor: corpus naturalitèr apetit animam rati<sup>on</sup>alem, & hæc est perfectio debita corpori; sed hoc non obstante, potest naturalitèr esse sine anima: ergo nec illud obstat, vt materia possit esse sine omni forma.

22 Respondeo primo, hoc argumentum multum probare; probat enim de facto, quod nec Scotista prædictus, nec alius v<sup>er</sup>usque dixit. Respondeo secundo distinguendo maiorem; quia materia naturalitèr apetit formam, & forma est perfectio materiæ, materia se habente, vt pura, & per se potentia, & ita ordinata ad formam, vt ad productionem vnius generetur alia, concedo maiorem: materia non ita se habente, nego maiorem, & cum eadem distinctione minoris, nego consequentiam. Nec paritas de corpore vim facit; quia corpus respectu animæ nec est pura, & per se potentia, nec est ordinatum ad illam, vt ad absentiam vnius animæ producat<sup>ur</sup> alia.

23 Obijcies octavo: genus methaphisicum methaphisicè potest existere naturalitèr sine eius differentia; sed materia prima est genus phisicum: ergo phisicè potest

existere sine forma, quæ est eius differentia. Maior patet, nam possum cognoscere animal, quin vt rationale, vel vt irrationale cognoscam. Minor etiam patet, nam materia prima per proportionem est genus phisicum, quia constituit per modum partis perfectibilis ad modum generis methaphisici. Consequentia infertur.

24 Respondeo negando consequentiam, quia genus methaphisicum est independens ab ordine naturali rerum à Deo præfixo in ordine ad existentiam methaphisicam, seu per intellectum. Cæterum materia prima dependet ab ordine prædicto in ordine ad existentiam phisicam, vt satis ex dictis apparet. Imo retorqueo argumentum: genus methaphisicum nequit existere naturalitèr phisicè sine aliqua eius differentia: ergo nec genus phisicum phisicè potest existere naturalitèr sine aliqua differentia: ergo nec materia prima sine aliqua forma.

25 Obijcies nono: ratio Scotica probans, materiam primam posse de potentia absoluta existere sine omni forma, probat etiam naturalitèr: ergo potest materia naturalitèr sine vlla existere. Probat<sup>ur</sup> antecedens: ratio  
Sco.



Scotica est hæc: materia prima potest esse sine hac, vel illa forma, alias habet propriam existentiam realiter distinctam ab existentia formæ, & est terminus actionis creativæ per se, quod non habet forma; sed totum hoc habet naturaliter materia prima: ergo ratio Scotica probans de potentia absoluta, probat de ordinaria. Respondeo negando antecedens, ad cuius probationem distinguo minorem; sed totum hoc habet materia prima naturaliter cum dependentia ab ordine naturali rerum à Deo præfixo, concedo minorem; independentè à prædicto ordine, nego minorem, & consequentiam.

26

Obijcies deniquè: etsi detur voluntas decretiva Dei de hoc, quod est, materiam primam non existere sine forma, non sequitur naturaliter non posse esse sine illa: ergo potest. Probatur antecedens: eo quod detur voluntas decretiva Dei de hoc, quod est, effectum semel corruptum non reddere per naturam, non infertur quod naturaliter reddere non possit: ergo similiter.

27

Respondeo concessio antecedenti, cuius veritatem convincit illius probatio, negando consequentiam, cuius

falsitas apparet ex probatione antecedentis. Disparitas autem inter voluntatem decretivam Dei in ordine ad non existentiam materiæ sine aliqua forma, & ad non reproductionem effectus semel corrupti, est; quia voluntas decretiva Dei in ordine ad non existentiam materiæ sine aliqua forma, involuit impotentiam naturalem ad esse sine illa, vt liquet ex nostris probationibus. At voluntas decretiva Dei in ordine ad non reproductionem effectus semel corrupti, non involuit impotentiam naturalem ad reproductionem, quia non extrahit effectum corruptum à statu potentiæ obiectivæ.

Declaratur solutio: certum itaque est, quod est voluntas Dei decretiva de non existentia materiæ sine aliqua forma, & voluntas decretiva de non reproducendo effectum semel corruptum; sed licèt vtraque voluntas æqualiter teneat de facto, tamen non vtraque de possibili tenet. Ratio autem, cur in ordine ad materiam de facto non teneat, convincitur ex probationibus nostræ conclusionis; & ratio, cur teneat in ordine ad effectum semel productum, est; quia vt diximus,

28

manet in eadem potentia | qua erat ante generationem,  
obiectiva ad existendum, in | ex Scoto in 4. dist. 43. quæst. 3.

# QUÆSTIO

## SECUNDA.

An materia prima possit simul informari pluribus  
formis substantialibus?

### §. I.

*Statuitur conclusio contra Mastrium, & Pontium.*

N. I.

**C**ertum est, eandem numero materiam posse informari pluribus formis partialibus, incompletis, subordinatis, imo & non subordinatis successive, ut constat. Etiamque est certum materiam numero eandem non posse simul informari naturaliter pluribus formis substantialibus adæquatis, & non subordinatis, quare de his solum super naturaliter est quæstio; quia in hoc tantum sensu est inter Scotistas bellum.

Circa quod Mastrius, & Pontius affirmativam substantent partem, citante Mastrio pro se Scotum in 4. dist. 10. quæst. 2. sub P. in quo ab Scoto non doceri, existimat Pontius, nec alium adducit

locum. Hac opinione Scotum problematicum facere voluerunt, sed abest fundamentum, neque in ipsis pro ipsis antiquiorem reperio Scotistam citatum, nisi Sghemham 1. *Phisic. digr. 7. quæst. 14. conclus. 2.* Et sub dubio Tromb. 8. *Metaphisic. quæst. 2. §. Dico ergo aliter ad quæstionem.* In oppositum autem stat Fuentes 1. *Phisic. quæst. 4. diffic. 3. artic. 1.* citans Arentinum 1. *Phisic. quæst. 24.* & ait: esse communem inter Scotistas. Hoc mihi placet, & opinionem Mastrij, & Pontij, ut Scoto contrariam, iudico, & liquet ex 4. dist. 49. quæst. 16. Et dist. 11. quæst. 3. §. *Alij concedentes.* Et dist. 10. quæst. 2. §. *Dico ergo,* ubi proponit argumenta probantia pos-

2  
Referuntur  
opiniones.

possibilitatem receptionis duarum formarum in vna numero materia, & ea solvit; proponitque rationes probantes impossibilitatem, & ad eas non respondet: ergo hanc tenet, & illam reuincit.

3  
Conclus.  
Prob. 1.  
Conclusio est negativa, eamque tenet Scotus in locis citatis, & in 3. dist. 1. quæst. 2. §. Ad quæstionem, & ego cum eo contra Mairium, & Pontium. Probatur primo conclusio: secundum Scotum, in omni dependentia essentiali, implicat, quod vnum dependens dependeat nisi ab vno, quod totaliter, & adæquatè terminet eius dependentiam; sed potentia susceptiva materiae essentialiter dependet quantum ad informari à formis substantialibus, & quælibet ex vltimis adæquatè, & totaliter terminat istam dependentiam: ergo implicat, quod eadem numero materia informetur pluribus formis substantialibus.

4  
Secundo  
Probatur secundo conclusio ratione speciali: materia per proportionem est genus physicum: ergo forma est differentia essentialis physica. Antecedens cum consequentia patet; nam sicut genus methaphysicum constituit per modum partis perfectibilis, & differentia per

modum perfectientis, ita materia, & forma, vt de se patet; ideoquè communiter à Philosophis dicitur, materiam in physicis induere rationem generis, & formam rationem differentiae: ergo nequit materia prima informari duplici forma. Probatur hæc consequentia: genus methaphysicum nequit de potentia Dei absoluta simul determinari per diversas differentias essentielles in eodem subiecto; sed per te materia est genus physicum, & forma differentia essentialis: ergo nequit informari à duplici forma.

5  
Confirm.  
Confirmatur: etsi materia prima de se habeat capacitatem ad recipiendas formas, semel determinata per vnam, nequit de potentia Dei, per aliam simul determinari: ergo nequit à pluribus informari. Probatur antecedens paritate generis methaphysici; & consequentia claret: nam sicut se habet in methaphysicis genus, & differentia, ita in physicis materia, & forma.

6  
Dices.  
Responsum fuit mihi: hoc argumentum potius probare intentum contrariorum, quia genus methaphysicum, scilicet, animal, determinatur per diversas differentias essentielles, scilicet, per ratio-

nalitatem, & irrationalitatem. Sed præter quam quod hoc non est in eodem subiecto. *Contra.* ergo sicut potest genus methaphisicum per diversas essentielles differentias determinari, ita materia prima per diversas formas substantiales informari; atqui methaphisicum genus naturalitèr per illas determinatur: ergo & materia prima naturalitèr per has informatur; sed hoc est falsum in tua, & omnium sententia: ergo & quod possit materia pluribus informari formis.

*7*  
*Prob. 3.* Probatur tertio à paritate: ex *Scoto in 3. citato*, natura creata personata vna personalitate, nec divinitus potest alia personari: ergo paritèr: materia prima semel informata vna numero forma, nequit simul informari alia. Probatur consequentia: ideò natura creata personata vna personalitate nec divinitus potest alia personari, quia iam personalitas prima esset totalis terminus, & non esset in linea personandi; esset, vt supponitur; non esset, quia secunda esset totalis; sed si materia prima semel informata vna forma, ab alia informaretur, iam prima forma esset totalis, & non esset propter eandem rationem: ergo materia semel in-

formata vna numero forma, nequit simul informari alia.

Confirmatur primo. ideò natura creata semel personata vna numero persona, divinitus nequit alia personari, quia dependeret totalitèr à prima, & non dependeret ab eadem; sed si materia prima informata vna numero forma, alia informaretur, dependeret à prima totalitèr, & non dependeret ab eadem: ergo nequit à pluribus simul informari. Probatur minor: dependeret, vt supponitur; non dependeret, quia totalitèr dependeret à secunda: ergo dependeret, & non dependeret.

Vidi Pontium, vidi Mastrium, & ad has rationes hanc disparitatem adducunt, scilicèt, quod natura creata dependet essentialitèr à personalitate in suo esse; non verò materia à forma. *Contra* primo: quia falsum est, naturam creatam in suo esse essentialitèr dependere à personalitate, vt omnibus constat; supponitur enim ante personalitatem essentialitèr adæquate constituta.

Hæc est vtriusque solutio, & ne fidelitati videatur me deficere, solutionem Mastrij ad litteram transcribo. Respondeo (ait Mastrius in hac forma *numer. 69.*) ne-

8

*Confirmat. 1.*

9

*Solutio Mastrij, & Pëtij.**Contr. 1.*

10

*Litteralis Mastrij solutio.*

gan-



gando paritatem: nam natura bene dependet ad suppositum in ratione communicabilis; sed materia non dependet à forma; cum forma non det esse materiæ, sed composito; vnde positus in materia pluribus formis, non sequitur, idem dependere à pluribus causis totalibus; cum materia secundum suam entitatem non sit effectus formæ. Hæc Maftrius.

**II**  
Sed liceat mihi mirari, tantum Doctorem talem disparitatem tribuere, vt ferè evidentè illius falsitas appareat. Et vt clarescat. Contra primo: ideò iuxta Maftrium materia non dependet à forma, quia forma non dat esse materiæ, sed composito; atqui subsistentia non dat esse naturæ, sed supposito; ergo natura non dependet à supposito, contra Maftrium. Minor, in qua vnicè potest esse difficultas, omni difficultate caret, quia certum est apud omnes, naturam supponi pro priori ad personalitatem essentialitèr adæquate constitutam, vt apparet tam in creata, quam in Divina natura.

**12**  
Contra secundo: ideò iuxta solutionem Maftrij natura creata nequit triplici Divina personalitate terminari, quia natura creata verè

dependet à supposito in ratione communicabilis; atqui materia prima verè dependet à forma in informari: ergo nequit informari pluribus formis. Totum videtur certum, quia eadem est in vtraque ratio.

Contra tertio: ita natura ordinatur ad subsistentiam, & vtraque ad faciendum vnum per se subsistens, ac materia ordinatur ad formam, & vtraque ad faciendum vnum per se compositum: ergo ita dependet materia à forma, dependentia per se, ac natura à subsistentia: ergo nulla est Maftrij disparitas. Hoc videtur certum, vt clarebit facienti comparisonem inter naturam respectu subsistentiæ, & materiam respectu formæ.

Contra quarto: ideò iuxta solutionem Maftrij, positus in materia pluribus formis non sequitur, idem dependere à causis totalibus, quia materia secundum suam entitatem non est effectus formæ; atqui natura creata secundum suam entitatem non est effectus personalitatis; ergo positus in natura creata pluribus personalitatibus, non sequitur, idem dependere à causis totalibus; ergo potest natura creata personari pluribus personali-



ratibus. Tum sic; sed hoc est contra Matrium; ergo contra se ipsum est ipsius solutio

15  
Contr. 5.

Contra quinto: ad hominem contra Matrium, & subscribo verba illius. Ait enim *num. 69. in fine* sic. Ex eo quod materia existat complete, & formaliter ratione formæ, non sequitur ob id, vnum, & eundem effectum à pluribus causis totalibus dependere, si pluribus formis simul informaretur; quia tunc materia non haberet vnam tantum existentiam formalem, sed tot, quot formas haberet, & vna quæque formalis existentia, quæ est materiæ extrinseca, penderet totaliter à sua propria forma. Hæc Matrius. Nunc contra ipsum susumo; atqui hoc idem potest dici de natura, si pluribus personalitatibus personaretur: ergo potest natura illis simul personari. Consequentia est legitima, & contra Matrium. Susumpta est notoria, dicendo de natura respectu personalitatis, quod Matrius dicit de materia respectu formarum.

16  
Contr. 6.

Contra sexto: disparitas à Matrio posita, consistit in hoc, quod substantia dat esse naturæ; forma verò non dat esse materiæ; atqui falsum est, quod substantia det

esse naturæ creatæ: ergo falsa, & nulla est disparitas à Matrio tradita. Probatur minor: si personalitas daret esse naturæ creatæ, natura creata in suo esse essentialiter dependeret à personalitate; atqui hoc est falsum: ergo personalitas non dat esse naturæ creatæ.

17  
Contr. 7.

Contra septimo: eodem modo, quo natura dependet à personalitate, materia dependet à forma: ergo ruit disparitas. Probatur antecedens primo: in tantum natura dependet à personalitate, in quantum est quidditas metaphysicè incompleta, petens metaphysicè compleri per personalitatem; sed materia est quidditas physicè incompleta, petens per formam physicè compleri: ergo eodem modo, quo natura dependet, & dependet materia prima. Probatur secundo idem antecedens: nam sicut natura præcisè quoad personari, dependet à personalitate, ita materia præcisè quoad informari, & sicut illa est dependentia per se similis dependentiæ essentiali; ita & hæc: ergo eodem modo, quo natura dependet, & dependet materia. Ad hoc nec Matrius, nec Pontius respondent.

Confirmatur secundo:  
ideo

18

Confir-  
mat. 2.

ideò natura creata personata vna personalitate, nequit alia personari, quia vna personalitas satiat appetitum naturæ creatæ ad personandum secundum essentialem dependentiam, quam dicit à personalitate, vt personetur; sed etiam forma totalis satiat totum appetitum materiæ secundum essentialem dependentiam, quam dicit ad compositionem compositi; alioquin non esset forma totalis: ergo eodem modo, quo natura dependet à personalitate, materia dependet à forma. Deniquè hæc est paritas, quæ in via Scoti vim semper habet, & meo videri æqualitèr de materia, & natura creata non philosophari, inconsequens est. Vide dicta à nobis tom. 1. in 3. Sentent. disput. 26.

§. II.

Argumenta Mastrij, & Pontij solvuntur.

19  
Obicit 1.  
Mastr.

**O**bjicies primo ex Mastrij: ideò materia cum vna forma nequit simul recipere aliam, quia naturalitèr vna forma disparata expellit aliam: ergo impedimentum, cur materia non posset informari duplici forma, non oritur ex natura materiæ, sed ex parte formarum, eo

quod vna forma expellit aliam; atqui hoc potest Deus impedire, vt potè, effectus secundarius formæ: ergo potest materia prima pluribus informari formis. Respondeo primo distinguendo antecedens, ideò materia cum vna forma nequit simul recipere aliam quoad assistentiam, quia naturalitèr vna forma expellit aliam, concedo antecedens; quoad informationem, nego antecedens; quia ratio huius est repugnantia ex natura materiæ. Primo, quia cum vna forma iam est per se essentialitèr completa, vt de personalitate dixi. Secundo, quia materia non habet potentiam, vt simul à duobus informetur; ex quo nego consequentiã, & distinguo similitèr subsumptam. Respondeo secundo retorquendo argumentum ipsis terminis in natura creata respectu personalitatis, ideò natura creata cum vna personalitate, nequit simul personari alia, quia naturalitèr vna expellit aliam: ergo impedimentum, cur natura creata non posset personari pluribus, non oritur ex parte naturæ, sed ex personalitate, eo quod vna expellit aliam; atqui hoc potest Deus impedire, vt potè, effectus secundarius personalitatis:

Resp. 2.

Resp. 2.

ergo potest natura creata pluribus personalitatibus personari. Solutio Matrij ad retorsionem, erit solutio ad argumentum.

20  
Obiciunt  
2. Maf-  
trius, &  
Pontius.

Respond.

Obicies secundo ex Maftrio, & Pontio: de potentia Dei absoluta duo corpora possunt esse in eodem loco, plures relationes in eodem fundamento, duo contraria in summo in eodem subiecto: ergo & plures formæ in eadem materia. Respondeo concedendo antecedens, pro prima, & secunda parte, & dato pro tertia, negando consequentiam. Disparitas est, quia omnia illa sunt extrinseca subiectis, eisque adveniunt in suo esse completo essentialitè constitutis, ideo què ab eis in compleri dependentiam essentialem non dicunt; formæ verò substantiales totales intrinsicè complent materiam, vt cum eis faciat compositum, quare in compleri phisicè dependet materia essentialitè à formis, ob quod completa per vnã nequit per aliam compleri. Item retorqueo argumentum in natura creata respectu personalitatum. De potentia Dei absoluta duo corpora possunt esse in eodem loco: plures relationes in eodem fundamento: duo contraria in summo in

Retor-  
queo.

eodem subiecto: ergo & plures personalitates in eadem natura creata. Disparitatem assignent Maftrius, & Pontius, & sua erit ad suum argumentum disparitas.

Obicies tertio: nulla est repugnantia in eo, quod materia pluribus simul formis informetur: ergo potest sic informari. Probatur antecedens: in primis non stat ex parte materiæ, nam est subiectum receptivum omnium formarum; deindè non ex parte formæ, nam maior incompossibilitas datur inter duas qualitates contrarias, quam iater duas formas substantiales; illa enim est propria contrarietas, non verò hæc; sed illa vincitur de potentia Dei absoluta: ergo & hæc vinci potest: ergo ex vtroq; capite non repugnat.

Respondeo negando antecedens, & distinguo primam partem probationis: materia est subiectum receptivum omnium formarum seorsim, & successivè, concedo; simul nego. Item retorqueo argumentum: materia est subiectum receptivum formæ, & privationis: ergo potest vtrumque simul habere quod est falsum. Deindè: lignum est subiectum receptivum formæ artificialis Joviæ, & Mercurij: ergo vtram-

21  
Obije. 3.

22  
Respond.

Retor-  
queo.

vtramque simul potest habere, quod nemo concedit. Ad secundam partem nego maiorem; nam licet vna forma substantialis non contrarietur alteri, tamen cum quælibet totalitèr terminet dependentiam essentialem potentia subiectivæ materiae, quò ad informari, implicat, quod simul à duobus terminetur, vt toties de natura dixi creata; quare ex vtraque parte repugnantia provenit.

Deniquè contra Scotistas sic arguentes retorqueo etiam argumentum: nulla est repugnantia in eo, quod natura creata pluribus simul personetur personalitatibus: ergo potest sic personari. Probatur antecedens: in primis non stat ex parte naturæ creatæ, nam est subiectum receptivum omnium personalitatum; deindè, non ex parte personalitatis; nam maior impossibilitas datur inter duas qualitates contrarias, quam inter duas personalitates; illa enim est propria contrarietas, non verò hæc; sed illa vincitur de potentia Dei absoluta: ergo, & hæc vinci potest: ergo ex vtroque capite non repugnat. Solvant Scotistæ, & solvemus.

Obijcies quarto: materia istius ligni non est satiata for-

ma istius ligni: ergo potest satiari per aliam. Probatur antecedens: hæc materia appetit omnes formas: ergo forma istius ligni non satiat appetitum materiae istius ligni. Probatur consequentia: forma istius ligni non est forma in se continens omnes formas: ergo forma istius ligni non satiat appetitum materiae istius ligni. Probatur consequentia: quia appetitus hominis est ad omne bonum, non satiatur nisi à bono, in se continente omne bonum; sed per te materia istius ligni appetit omnes formas, & forma istius ligni non est forma in se continens omnes formas: ergo forma istius ligni non satiat appetitum materiae istius ligni.

Respondeo negando antecedens, ad probationem concessio antecedenti, nego consequentiam, ad cuius probationem distinguo antecedens: forma istius ligni non est forma in se continens omnes formas, nec facit, quod omnes simul facere possunt, nego antecedens; & facit, quod omnes simul facere possunt, subdividuo: quo ad informationem, & satietatem materiae, concedo antecedens: quo ad assistentiam, vel extensionem, nego antecedens; & distin-

guo

23

Retor-  
queo con-  
tra Sco-  
tistas.

25

Respondi

24

Obijc. 4



quo consequens: non est satiata extensivè, omitto consequens, intensivè, nego consequentiam. Ad paritatem respondeo, non valere; quia etsi homo habeat aliquid bonum, cum hoc non possit facere, quod omne bonum facere potest, scilicet, hominem beare, hinc est, quod illud bonum non sit totalitèr satiativum appetitus hominis; secus verò in materia, cum quælibet forma totalis sit illius totalitèr satiativa.

26  
Retorq.

Hoc etiã argumentum dicta paritate retorqueo: natura creata non est satiata personalitate Patris; v. g. ergo potest satiari per aliam. Probatur antecedens: natura appetit omnes personalitates: ergo ab vna non est satiata. Probatur consequentia: personalitas Patris non est personalitas, in se continens omnes personalitates: ergo non est satiata personalitate Patris. Probatur consequentia: quia appetitus hominis est ad omne bonum, non satiatur nisi à bono, in se continente omne bonum; sed per te natura appetit omnes personalitates, & personalitas Patris non est personalitas in se continens omnes personalitates: ergo non est satiata personalitate Patris.

Dices contra solutionem: forma ligni non facit, quod omnes simul facere possunt: ergo ruit solutio. Probatur antecedens: si materiæ cum forma ligni adveniret forma papiri, v. g. hæc forma faceret aliquid, quod non faciebat forma ligni: ergo forma ligni non facit, quod omnes simul facere possunt. Probatur antecedens: hæc forma papiri redderet materiam, subiectum recipiens actualitèr formam papiri. Item: redderet materiam informatam forma papiri. Item: redderet materiam informatam duplici forma; sed nihil horum faciebat forma ligni sola: ergo si materiæ cum forma ligni adveniret forma papiri, hæc forma faceret aliquid, quod in materia non faciebat forma ligni. Respondeo negando antecedens, & distinguo probationem: faceret aliquid, quod non faciebat forma ligni, quoad informationem, nego; quoad assistentiam, concedo, & nego consequentiam. Ex hoc deduci potest solutio ad alias probationes.

Replicam etiã retorqueo: personalitas Patris non facit, quod omnes simul facerent: ergo potest natura creata per alias personari. Probatur antecedens: si na-

27  
Dices.

Respond.

28  
Retor-  
queo re-  
plicam.



turæ creatæ cum personalitate Patris, adveniret personalitas Verbi, hæc personalitas faceret aliquid, quod non faciebat personalitas Patris: ergo personalitas Patris non facit, quod omnes simul facerent. Probatur antecedens: personalitas Verbi redderet naturam actualiter recipientem personalitatem Verbi. Item: redderet naturam personatam personalitate Verbi. Item: redderet naturam personatam duplici personalitate; atqui nihil horum faciebat sola personalitas Patris: ergo si naturæ creatæ cum personalitate Patris, adveniret personalitas Verbi, hæc personalitas faceret aliquid, quod non faciebat personalitas Patris: ergo ruit replica.

Obijcies quinto: posita dispositione naturali ad formam in materia, potest naturaliter poni forma in materia; atqui possunt supernaturaliter poni in materia dispositiones ad duplicem formam accidentalem: ergo potest supernaturaliter ab illis informari. Sussumptum patet ex consequentia: nam si materia potest informari a duplici forma accidentali ex Scoto asserente, ab illis per se non dependere materiam, etiam possunt poni dispositiones ad illas formas. Infero

nunc: ergo de potentia Dei potest informari a duplici forma substantiali. Patet consequentia: politis per nos dispositionibus supernaturalibus in materia ad formas accidentales, potest materia a duplici forma accidentali informari; sed possunt poni de potentia Dei dispositiones in materia ad duplicem formam substantialem: ergo ab illis potest informari. Probatur minor: possunt per nos de potentia Dei poni in materia duæ formæ accidentales; sed illæ sunt dispositiones ad duas formas substantiales; nam calor est dispositio ad ignem, humiditas ad aquam, &c: ergo possunt poni de potentia Dei dispositiones in materia ad plures formas substantiales. Respondeo, quod non possunt poni in materia duæ formæ accidentales in summo, quod requiritur ad egressionem formarum substantialium. Sic ruit argumentum.

Dices: ab illis formis in summo materia non dependet per se: ergo possunt poni in materia. Probatur antecedens: illæ formæ in summo sunt accidentales: ergo ab illis non dependet per se materia. Distinguo antecedens: sunt accidentales, ex quibus sequitur contradictio, con-

*Respond.*

30  
*Dices.*

*Respond.*

cedo; ex quibus non sequitur, nego antecedens; & distinguo consequens: ergo ab illis non dependet per se, per seitate substantiali, concedo consequentiam; per seitate repugnantia, seu contradictionis, nego consequentiam.

Dices iterum: ergo nequit materia informari duplici forma accidentali in summo. Concedo consequentiam; quia ut certum habeo, duas qualitates contrarias in summo non posse esse adhuc divinitus, in eodem subiecto, ut habet Scotus in 1. *distinct.* 17. Secundo, quia qualitates summæ ex natura sua methaphisicè, & gradualitèr opponuntur. Tertio, quia oppositio formalis provenit à formis; sed duæ formæ totales oppositæ duorum contrariorum in summo nequeunt de potentia Dei esse simul: ergo neque duo contraria in summo. Probatur consequentia: duo contraria in summo opponuntur formalitèr ex oppositione suarum formarum scilicèt, calor, & frigus, ex oppositione ignis, & aquæ formalitèr opponuntur; sed formæ totales ignis, & aquæ nequeunt esse simul in eodem subiecto: ergo neque duo contraria in summo. Claret adhuc consequentia:

nam contraria opponuntur ex oppositione formarum, sed formæ in summo, seu totales nequeunt esse simul: ergo neque duo contraria in summo.

Obijes sexto: materiam informari duplici forma, æquè impossibile est, ac formam informare duplicem materiam; sed æquè impossibile est, formam informare duplicem materiam, ac idem accidens informare plura subiecta: ergo æquè impossibile est, informari duplici forma materiam, ac idem subiectum informari duplici accidenti: tunc sic; sed ita impossibile est, idem subiectum informari duplici accidenti, quod de potentia absoluta vinci potest: ergo ita impossibile est, materiam informari duplici forma, quod de potentia absoluta vinci potest. Maior est certa. Minor est Scoti in 3. *distinct.* 1. *quæst.* 2. §. *Contra. v. Confirmatur.* Consequentia inferitur. Sussumptum patet ex dictis *num.* 12.

Respondeo negando minorem: nam ex eo, quod eadem forma informaret duplicem materiam, sequeretur, quod idem effectus dependeret totalitèr à duplici causa; quia materia esset causa formæ, Ex eo autem quod idem

31  
Dices iterum.

Respondeo 1.

Secundo.

Tertio.

32  
Obijes 6.

33  
Respond.

Idem accidens esset in pluribus subiectis, solum sequeretur, quod eadem causa haberet plures effectus, quod est valdè diversum. Ad probationem ex Scoto inhibitam, dico: Scotum loqui de impossibilitate naturali, non verò de supernaturali.

Denique retorqueo etiam argumentum: naturam creatam personari duplici personalitate equè impossibile est, ac vnam personam personare duplicem naturam; sed ita impossibile est, vnam personam personare duplicem naturam, quod de potentia absoluta vinci potest, vt omnes Scotiste concedunt, cum omnibus Theologis, & nos diximus tom. 1. in 3. Sentent. disput. 16. numer. 166. & sequentibus: ergo ita impossibile est, naturam creatam duplici personalitate personari, quod de potentia absoluta vinci potest. Respondeant Scotistæ, & respondebimus.

Obijcies vltimo: stat, materiam esse determinatam ad certam formam, quoad intensionem, & non, quoad extensionem: ergo stat, à duplici forma posse informari. Probatur antecedens: stat, formam naturalem esse determinatam ad certam quantitatem, quoad intensionem, & non, quoad extensionem: ergo similiter. Respondeo

hoc argumentum ad summum probare, materiam posse habere duplicem formam quoad assistentiam, quod non negamus; non verò quoad informationem, vt diximus num. 31.

Retorqueo tandem argumentum: stat, naturam creatam esse determinatam ad certam personalitatem, quod intensionem, & non, quoad extensionem: ergo stat, à duplici personalitate posse personari. Probatur antecedens: stat, formam naturalem esse determinatam ad certam quantitatem, quoad intensionem, & non, quoad extensionem: ergo stat, naturam creatam esse determinatam ad certam personalitatem, quoad intensionem, & non, quoad extensionem. Si enim, vt notum apparet, omnia, quæ Scotistæ tradunt pro possibilitate informationis materiae à duplici forma simul, omni cum æqualitate conuincunt possibilitatem personationis naturæ creatæ à duplici simul personalitate; quis non videbit, notoriam esse inconsequentiam, eodem omnino modo de vtraque non philosophare? Maneat ergo rationabilius esse, & Scoto conformius, quod nos contra Mastrium, & Pontium propugnamus.

34  
Retorq.  
denique.

35  
Obijcies  
vltimo.

36  
Retorq.  
tandem.

# QUÆSTIO

## TERTIA.

An de ratione naturæ sit esse principium activum, vel passivum, vel utrumque simul?

### §. I.

*Necessaria ad questionem supponuntur, & referuntur sententiæ.*

N. I.  
*Suppono*  
1.

**S**uppono primo: ut certum apud omnes, quod natura multipliciter accipitur. Primo: collectivè pro tota entium universalitate, & hoc modo dicimus, aliquid esse in rerum natura. Secundo: pro ipso Deo, rerum omnium opificè, & sic à Divo Augustino 15. de *Trinitate, cap. 5.* natura creatrix, & ab alijs natura naturans appellatur. Tertio: pro cuiuscumque rei essentia, & sic à Theologis summitur, dum dicunt: in tribus Divinis personis univiam esse naturam, & à Philosophis, dum aiunt: diffinitionem explicare naturam rei. Quarto: pro generatione viventium, quæ nativitas dicitur: natura enim dicitur à nascendo. Quinto: pro agente absque

electione, & libertate, ut sunt bruta, plantæ, & inanimata. Sexto: pro habitu adquisito, & sic dicere solemus: consuetudinem esse alteram naturam. Multis alijs modis accipitur natura; sed in præsentem solum usurpatur, prout est principium motus corporalis, qui & phisicus appellatur, & à Philosopho 2. *Phisic.* diffinitur; dicendo: *Natura est principium, & causa motus, & quietis, eius, in quo est, primo, & per se, & non secundum accidens, quam diffinitionem omnes Philosophi sunt amplexi.* Hoc itaque scito, & ad quætionem deveniendo.

Suppono secundo: quod ens naturale tot accipitur modis, quot natura accipi diximus. Distinguitur tamen

2

*Suppo. 2.*



natura ab arte, & ens naturale ab artificiali in aliquibus, & si in aliquibus conveniat. Conveniunt natura, & ars, primo; in eo, quod sicut natura producit sibi simile secundum esse, etiam ars secundum ideam. Secundo: sicut ars imitatur naturam, sic natura Deum. Tertio: sicut ars incipit ab imperfectioribus, ita & natura. Quarto: sicut natura non nisi ex materia operatur, ita & ars non nisi ex materia, sed circa materiam operatur.

3 Differunt tamen primo: quod natura sine arte operari potest, non tamen ars. Secundo: natura res veras producit, v. g. homines, arbores, &c; ars verò solum apparentes, & pictas. Tertio: principia naturæ sunt ei intrinseca; artis verò extrinseca. Quarto: natura operatur circa materiam, quæ est substantia incompleta, ars verò circa materiam quæ substantia completa est.

4  
Suppo. 3. Suppono tertio: quod ens naturale, & artificiale in aliquo conveniunt, & in aliquibus differunt. Conveniunt in hoc, quod sicut ens naturale fit secundum formam exemplaris ideæ existentis in mente Divina; ita artificiale fit secundum normam exemplaris ideæ exist-

tentis in mente artificis. Differunt tamen primo: quia ens naturale habet in se principium motus substantiale, & radicale; non verò artificiale. Secundo: quia ens naturale producit aliud, ut homo hominem; non verò artificiale. Tertio: quia forma entis naturalis est substantialis; artis verò accidentalis. Omittit alia plurima, in quibus distinguuntur, ut de natura, pro ut ab arte distincta, principalem controversiam inter domesticos resolvamus.

Suppono quarto: diffinitionem naturæ à Philosopho 2. *Phisc. textu 3.* traditam, & *Suppo. 4.* num. 1. assignatam, ab omnibus Philosophis esse admittendam, ut quidditativam, & bonam; constat namque genere, & differentia: nam *ly principium* ponitur loco generis; quia per ipsum convenit natura cum quocumque principio, sive extrinseco, sive intrinseco. Reliqua autem loco differentiarum. *Causa*, ut distinguatur à privatione. *Motus*, & *quietis* (supple *disiunctive*, & *pro vel*) ut distinguatur à Deo, qui est principium Angelorum, & materiæ primæ, quæ non producantur per motum alicuius subiecti, habent enim esse per creationem. *Eius in quo est*, ut distinguatur à principijs



pijs extrinsecis. *Primos* à principijs secundarijs. Denique *per se*, & *non secundum accidens*, vt distinguatur ab artificialibus, quæ per accidens moventur.

6 Ex quo manifeste apparet, quibus non conveniat ratio naturæ, provt in præfenti capitur ab Aristotele; quibus autem conveniat, est disidium, de quo videatur *Mastrius in Phisica disput. 6. quæst. 2.* & si mihi numquam placuisset, quod ipse asserit, scilicet, quod ratio naturæ cōveniat formæ totius. Tum ob id, quod dixit Aristoteles *2. Phisicorum, textu 1. & 12.* Et etiam *5. Methaph. textu 5.* nempe: *Quod autem ex his sit* (loquitur de forma totius) *natura quidem non est, sed à natura.* Tum: quia de ratione naturæ, vt sumitur in præfenti, est esse principium motus primum, radicale, & simplex, quod nequit convenire formæ totius, quæ ex alijs prioribus principijs componitur.

7 *Suppo. 5.* Suppono quinto: quod principium, quo ad præfens attinet, est duplex, activum, scilicet, & passivum. Activum est, quod in genere causæ efficientis influit, vt ignis producendo ignem. Passivum est, quod in genere causæ materialis influit, vt ignis reci-

piendo ipsam formam ignis. Deinde principium activum est duplex, intrinsecum, & extrinsecum. Intrinsecum est illud, quod ab eodem subiecto, in quo recipitur motus, procedit, vt quando homo se movet. Extrinsecum est, quod in alio subiecto, à quo est motus, reperitur, vt quando Angelus movet Cælos, qui motus est in Cælo, & non in Angelo.

8 Similiter principium passivum est duplex. Vnum intrinsecum, & est illud, quod naturaliter est inclinatum ad motum recipiendum, vt lapis ad descendendum, ignis ad ascendendum. Aliud extrinsecum, & est illud, quod naturaliter non est inclinatum ad motum, imo dicit resistantiam, vt principium passivum aquæ ad recipiendum calorem. Et denique tam activum principium, quàm passivum est duplex, scilicet, radicale, seu remotum, & est ipsa essentia, & entis motiva moventis, & mobilis; & proximum, & hoc est potentia, secundum quam immediatè est movens, & motum mobile.

9 *Suppo. 6.* Suppono sexto: res naturales non dicere inclinationem, & propensionem naturalem ad recipiendum hunc motum, potius, quam alium, v.

v.g. ignem ad sursum, & terram ad deorsum, ratione solius materiæ; alioquin omnes motus dicerentur ex parte principij passivi naturales; nam ratione materiæ non habet ignis, cur magis inclinetur passivè ad ferri sursum, quam ad moveri deorsum; est enim materia prima ad omnes motus indifferens; quare hoc principalius convenit ratione formæ, quæ sicut principalius, quam materia, tribuit rebus naturalibus esse essentielle determinatum, ita principalius illis tribuit propensionem, & inclinationem naturalem determinatam ad recipiendum hunc motum, potius, quam alium.

**IO** Suppono septimo: ex Scotto in 4. dist. 43. quæst. 4. §. *Intelligendum est, lit. A.* motum, & quietem posse tripliciter appellari naturalem, & consequenter eius principium quo naturam. Primo, sumpto naturali, vt distinguitur contra supernaturale, & hoc modo est naturale omne illud, quod non est supernaturale. Secundo, sumpto naturali vt distinguitur contra liberum, quo modo, naturale dicitur, quod procedit à principio determinato ad agendum, sicut & contra: liberum est, quod procedit à principio

determinativo sui ad agendum. Tertio, sumpto naturali, vt distinguitur contra violentum, & hac ratione motus & quies dicuntur naturales, quando sunt secundum propriam, & internam inclinationem, sicut è contra, dicuntur violenta, quando sunt contra talem inclinationem. Alium deniquè modum naturalitatis addit Faber, scilicet, aliquid dici naturale, quia est proprium illius, vt risibile dicitur naturale homini.

Suppono octavo: quæstionem non procedere de natura, in tot acceptionibus accepta, vt in initio quæstionis enumeravi, sed tantum provt natura est principium, & causa motus, &c. Nec est ad rem, materiam non esse naturam, vt aliqui volunt, & oppositum certius est, quia hoc dato, adhuc remanet quæstio de forma examinanda. Nec procedere de naturali, vt supernaturali opponitur, & libero, in hoc enim omnes conveniunt Auctores. Restat igitur quæstio examinanda de naturali, vt opponitur violento; sed vt hæc magis declaretur difficultas, sciendum est, quæstionem non procedere de violento secundum quid, quia sic tantum erit naturale

**II**  
Suppo. 8.

secundum quid; sed ut opponitur violento simpliciter; sic enim naturale simpliciter correspondet, quod nunc explicare non oportet; erat enim necesse, longum consumere tempus; ex solutione tamen argumentorum patebit clarius. His itaque suppositis.

12  
Sententia refertur.

Duplicem in presenti sententiam invenio. Prima est *Mastrij distinct. 6. quæst. 1. asserentis*, non solum principium passivum, verum, & activum, esse de ratione naturæ, licet principaliter in passivo consistat. Secunda tenet, de ratione naturæ esse tantum principium passivum. Sic *Scotus in 2. dist. 18. In confutatione opinionis Alberti de rationibus seminalibus, & in 4. dist. 43. quæst. 4. Et 5. Methaph. cap. de Materia in expositione*. Cum quo, & contra *Mastrium* ego.

§. II.

Statuitur conclusio, & auctoritatibus probatur.

13  
Conclus.

**C**onclusio: De ratione naturæ, ut à Philosopho in presenti diffinitur, est tantum esse principium passivum. Probatur primo ex *Scoto in 2. dist. 2. quæst. 10. dicente: Motus non est naturalis in se ex hoc, quod habeat res principium activum in se; sed solum ex hoc, quod*

Prob. 1.  
ex Scoto,  
& Philo-  
sopho.

*mobile habet principium passivum naturalis inclinationis ad motum: ergo vera est mea conclusio secundum Scotum. Deinde, Aristot. 2. Physic. text. 5. declarans, quæ sunt illa, quæ sunt secundum naturam, ait: Quod sunt illa, quæ insunt rebus naturalibus per se, ut ignem ferri sursum, & terram deorsum; atqui si Philosophus sentiret, quod de ratione naturæ esset, esse principium activum, potius diceret oppositum: ergo iuxta Philosophum principium tantum passivum est de ratione naturæ. Item: Philosophus citatus declarans, quod materia non est principium per accidens, ait: Quod infirmo accidit esse medicum, & per medicinam sanari: ergo ex Aristotele principium activum illius, scilicet, sanitatis, per accidens est, esse medicum, & principium activum per se esse medicinam, & infirmum esse principium passivum per se; tunc sic; sed de ratione naturæ non est medicina: ergo de ratione naturæ non est esse principium activum per se: ergo est esse principium passivum.*

Dices: *Philosophus text. 3. ait: medicinam non esse naturam in medico ægroto, quia est principium per accidens; sed certum est, artem medicinam esse in medico prin-*

14  
Dices.

cipium activum sanitatis: ergo si esset principium per se, esset natura; atqui si esset principium per se, semper esset principium activum: ergo etiam principio activo per se competit ratio nature.

15  
NOTO.

Ante solutionem noto, quod medicina, & est principium passivum sanitatis, & principium activum illius. Ut passivum, est principium per accidens: nam in tantum est principium passivum, in quantum Hypocrates, v. g. non ut Medicus, sed ut Hypocrates, à se ipso sanatur, ad quod per accidens requiritur medicina. Ut autem est principium activum, est principium per se: nam in tantum est principium activum, in quantum Hypocrates, ut Medicus, se ipsum sanat, ad quod medicina est per se necessaria. Hoc notato, respondeo: Aristotelem excludere medicinam à ratione nature: quia si aliquo modo esset natura, esset in quantum est principium passivum, & cum hoc modo sit principium per accidens, ideo excludit eam Philosophus à ratione nature. Ut autem est principium activum, supposebat Philosophus, non esse naturam, ut manet ex ipso probatum in prima probatione, & constabit ex secunda. Ex quo

Respond.

distingue maiorem, minorem, & consequens replica.

Video iam Mastrium numer. 11. dupliciter occurrentem prædictæ Scoti auctoritati. Primo: dicendo, Scotum loqui de principio, quod principaliter, & independentè ab alio sit natura, quale est passivum, cum quo stare potest, quod principium activum sit etiam natura, & si minus principaliter, & à passivo dependentè. Sed contra primo: nam Scotus ibi ait: solum principium passivum esse naturam: ergo particula *solum* indubiè excludit principium activum.

Contra secundo: nam Scotus 5. *Metaphisicè in exposit. cap. 4* hæc habet verba: *Principium motus, quod dicitur natura, à quo dicitur motus naturalis, distinctus contra violentum, accipitur non pro principio activo, ut quidam dicunt, sed pro principio passivo.* Videat Mastrius verbis Scoti suam refutatam solutionem. Contra tertio: nam Scotus 7. *Metaph. quæst. 12. §. Ad primum*; ait: *Numquam motus dicitur naturalis propter principium activum intrinsecum, sed tantum propter passivum.* Speculetur nunc Mastrius suam voluntariam solutionem.

Ocurret etiam secundo

D 2

Mas-

16

Respon-  
dei Mas-  
trius 1.

Contr. 1.

17

Contr. 2.

Contr. 3.

18



*Resp. 2.* Maffrius citatus, dicendo: Scorum loqui de naturalitate, vt violentiæ passivæ opponitur; non verò vt opponitur violentiæ privativæ. Sed licet hoc sit verum, à me que tenendum in responsione ad rationem Maffrii; tamen hoc impertinens est, vt in eadem responsione videbitis; quia cum violentia privativa sit violentia secundum quid, naturale, vt ei opponitur, est tantum secundum quid naturale, de quo in presenti non agimus, vt dixi in *num. 11*. Immo Maffrius in hac solutione suæ opinioni contradicit, vt videbitis in argumentis ad hominem contra ipsum ante solutionem ad eius præcipuam rationem.

Probatur secundo ex Philosopho 2. *Physicor. text. 71. Et 3. Physicor. text. 8.* ubi querens discrimen inter moventia naturalia, & non naturalia, assignat ipsum penes principium passivum; dicit enim: *Quod moventia mota sunt physice considerationis; non verò moventia non mota, & reddens rationem, cur moventia non mota non sint philosophiæ considerationis, seu (quod idem est) non sunt entia naturalia, subdit: Quia non habent principium motus in se ipsis.* Ex quibus verbis sic ar-

gumentor: movens non motum secundum Aristotelem non est ens physicum, seu naturale, quia non habet in se principium motus; sed habet in se principium activum motus: ergo ex Aristotele ad rationem entis physici, seu naturalis, principium activum motus est, quasi non esset. Omitto alias auctoritates.

## §. III.

*Rationibus probatur conclusio.*

**P**robatur primo conclusio ratione fundamentali: motus non dicitur naturalis, pro vt naturale opponitur violento; ex eo, quod procedat à principio activo intrinseco, dicente naturalem inclinationem ad illum producendum: ergo natura, de qua hic loquimur, non constituitur in esse talis per principium activum. Consequentia est certa. Antecedens verò probatur exemplo calefactionis aquæ factæ ab igne, quæ etiam si procedat à principio intrinseco activo, qui dicit naturalem inclinationem ad illam producendam, non tamen dicitur naturalis, sed violenta, non alia ratione, nisi quia aqua non est naturaliter inclinata ad illam recipiendam; ergo

20

*Prob. 12  
conclusio  
ratione*

19  
*Prob. 2.  
ex Philo-  
sopho.*



natura in esse naturæ a principio passivo constituitur. Mastrius ad hanc rationem nullam aliam solutionem tradit, quam fundamentum suæ opinionis, de quo §. 4.

21  
*Prob. 2.*  
 Probatur secundo conclusio ratione posita ab Scotto in 4. dist. 49. quæst. 13. lit. T. & ex Aristotel. 8. *Physicorum*, text. 27. illud est principium motus naturalis, ut naturale opponitur violento, quo posito, & circumscripto quocumque alio, ponitur talis denominatio; sed posita in subiecto naturali propensione ad recipiendum motum, etiam si ex parte principij activi auferatur naturalis inclinatio ad illum producendum, ponitur motus naturalis, ut naturale opponitur violento; non autem è converso: ergo ad rationem naturæ solum requiritur naturalis passiva inclinatio, & omnino est impertinens activa. Maior est Scoti, & Philosophi loco citato.

22  
*Probat. min. pro 3. part.*  
 Minor pro prima parte probatur: quia frige factio facta in aqua dicitur naturalis, ut naturale opponitur violento, etiam si effective procedat ab Angelo, vel quocumque alio agente, non habente naturalem inclinationem ad illam producendam; sed hoc nulla alia ratione, ni-

si quia est naturalis propensio ad illam recipiendam: ergo ablata à principio activo naturali inclinatione ad motum naturalem producendum, stat motus naturalis, pro ut opponitur violento.

23  
*Probatur pro 2.*  
 Probatur minor pro secunda parte: si calefactio recipiatur in aqua, dicitur violenta, etiam si principium illam producens habeat naturalem inclinationem ad illam producendam: ego posita in principio activo naturali inclinatione, deficiente tamen passiva propensione, non stat naturalis: ergo tantum in principio consistit passivo.

24  
*3. contra Mastrium probat. conclusio.*  
 Probatur tertio contra Mastrium: ad naturalem, ut opponitur violentiæ secundum quid, non requiritur principium activum: ergo nec ad naturalitatem, ut opponitur violentiæ simpliciter. Probatur antecedens: posita in subiecto naturali propensione ad recipiendum motum, etiam si ex parte principij activi auferatur naturalis inclinatio ad illum producendum, ponitur motus naturalis, ut naturale opponitur violento; & non è converso: ergo ad naturalitatem, ut opponitur violentiæ secundum quid, non requiritur principium activum.

Pro-

Probatur antecedens quoad primam partem: nam moderata calefactio facta in corpore humano est naturalis, vt opponitur violento secundum quid, etiam si procedat effective ab Angelo, vel alio quocumque agente, non habente naturalem inclinationem ad illam producendam: ergo posita in subiecto naturali propensione ad recipiendum motum, etiam si ex parte principij activi auferatur naturalis inclinatio ad illum producendum, ponitur motus naturalis, vt naturale opponitur violento. Quoad secundam probatur: quia si talis calefactio recipiatur in aqua, dicitur violenta, etiam si principium illam producens habeat naturalem inclinationem ad illam producendam: ergo ablata à subiecto naturali propensione ad recipiendum motum, etiam si ex parte principij activi ponatur naturalis inclinatio ad illum producendum, non ponitur modus naturalis, vt naturale opponitur violento.

Dices: si corpus humanum haberet naturalem inclinationem ad moderatam calefactionem, vt naturale opponitur violento, esset cum moderata frigectione violentum; sed hoc est fal-

sum: ergo & illud. Probatur maior: ideo lapis sursum est violentus, quia est forma opposita formæ, quam naturaliter petit; sed moderata frigiditas est forma opposita moderatæ calefactioni, & hanc naturaliter appetit: ergo si corpus humanum haberet naturalem inclinationem ad moderatam calefactionem, vt naturale opponitur violento, esset cum moderata frigectione violentum. Respondeo primo: corpus humanum esse indifferentem ad vtramque, & sic sub nulla est violentum, vt patet de materia, ad singulas formas indifferentiam habente, quare sub nulla est violenta. Respondeo secundo distinguendo maiorem: quia est forma opposita formæ, quam naturaliter appetit, potentia non dicente indifferentiam ad vtramque, concedo maiorem, dicente talem indifferentiam, nego maiorem, & distincta similiter minori, nego consequentiam, hacque distinctione distinguatur prima maior. Alijs terminis distinguo: quia est forma opposita formæ, quam naturaliter appetit potentia determinata, concedo maiorem: indeterminata, nego maiorem, distinguo similiter minorem, & nego consequentiam.

*Resp. 1.*

*Secundo*

25

*Dices.*

Di-

26  
Dices.

Dices: ergo moderata calefactio est naturalis corpori humano, sicut habere formam est naturale materiæ primæ; atqui materiæ primæ naturalitas est tantum secundum quid naturalitas, quia tantum opponitur violentiæ secundum quid, scilicet, privatiuæ: ergo moderata calefactio est corpori humano tantum secundum quid naturalis; tunc sic, sed de hac in præsentī non loquimur: ergo prædicta probatio non est ad conclusionem. Concedo totum; sed advertite: prædictam probationem esse tantum, vt videat Mastrius, quod adhuc ad naturalitatem oppositam violentiæ secundum quid, non ita requiritur principium actiuum, vt sine ipso, stante passiuo, non reperiatur, vt dixi in ipsa probatione.

Respond.

27  
Alitèr formatur probatio: natura, vt in præsentī ab Aristotele definitur, est principium motus, & quietis eius in quo est: ergo solum id habet rationem naturæ, vt sic definitæ, quod est tale principium; atqui principium actiuum non est tale principium: ergo principio actiuo non conuenit ratio naturæ, vt hic diffinitæ. Probatur suspumpta: hæc particula, eius in quo est, est valde distincta

27  
Alitèr format. probatio.

ab hac: Eius à quo est; sed hæc conuenit principio actiuo: ergo principium actiuum non est principium motus, & quietis eius in quo est.

Hæc ratio, quæ ex ipsa nature diffinitione est deducta, vni habere videtur, & ipsam explicando, clarebit. In præsentī itaque loquimur de natura, vt in præsentī est ab Aristotele definita, & eo præcisè, quod Philosophus dixit, eius in quo est, Mastrius, & omnes tenentur asserere: rationem naturæ conuenire principio passiuo. Cum ergo Philosophus non dicat: Eius à quo est, tenentur etiam asserere, quod principio actiuo non conuenit ratio naturæ, vt hic diffinitæ. Si enim Philosophus sensisset, principio actiuo conuenire, adderet, & eius à quo est, quod non fecit. Vnde ipsa naturæ diffinitio, quæ ipsos cogit ad fatendum, rationem naturæ conuenire principio passiuo, ipsos etiam cogit, ad negandum principio actiuo conuenire.

Probatur quarto conclusio ratione desumpta ex ipsa diffinitione Aristotelis, quæ sic se habet: Natura est principium motus, & quietis eius, in quo est, primo & per se; sed principium actiuum motus non est primo, & per se in

28

Explicatur probatio.

29

Prob. 4. conclusio

sub-

subiecto, in quo est motus, motus enim est in passivo, & principium activum in agente: ergo principium activum motus non est natura, vt diffinitur in præsentibus: ergo principium passivum tantum.

30  
Prob. 5.  
Probatur quinto: id, quo posito, circumscripto quocumque alio, ponitur rei essentia, est constitutum eius; sed posito principio passivo, circumscripto principio activo, ponitur natura: ergo natura constituitur per principium passivum. Minor quoad primam partem probatur ex Philosopho hic: Medicus naturaliter movetur ad sanitatem; atqui in ipso Medico unicum est principium passivum per se, licet sit principium activum, scilicet, medicina, quod est per accidens: ergo posito principio passivo, circumscripto principio activo, ponitur natura. Probatur secunda pars: posito principio activo intrinseco, circumscripto passivo, non ponitur natura: ergo posito principio passivo, circumscripto principio activo, ponitur natura. Probatur antecedens: homo sursum saltans habet principium activum intrinsecum sui motus; atqui hic motus non est naturalis, quia non est in ipso principium passivum, seu

inclinatio, vel propensio naturalis ad moveri sursum: ergo posito principio activo, circumscripto passivo, non ponitur natura. Item: in homine datur principium activum intrinsecum moriendi, in sententia probabili; sed hic motus non est naturalis, sed violentus: ergo posito principio activo, circumscripto passivo, non ponitur natura. Probatur minor: homo non habet inclinationem ad moriendum; nemo enim appetit sui destructionem: ergo talis motus non est naturalis.

31  
Prob. 6.  
Probatur sexto: ad phisicum spectat, agere de omni phisica mutatione, vt mutatio tantum est: ergo ad phisicum spectat, agere de principijs ipsius mutationis, vt mutatio tantum est: ergo ad phisicum spectat, agere de principijs ipsius mutationis, vt passiva tantum sunt. Primum antecedens ex prima consequentia claret. Probatur ergo prima consequentia. Primo: nam quando phisicus quærit de principijs mutationis, quærit de principijs mutationis, vt mutatio tantum est: ergo ad phisicum spectat, agere de principijs mutationis, vt mutatio tantum est. Secundo: quia phisicus agit de substantia corporea, vt moveri, seu mutationi

sub.

Prima  
consequē  
tia pro  
bat. I.

Secunda



*Tertio.*

substat : ergo ad phisicum spectat , agere de principijs mutationis , vt mutatio tantum est. Tertio , & melius : nam si ad phisicum non spectaret , agere de principijs mutationis , vt mutatio tantum est , tria tantum non assignaret principia ; nam , vt actio est , habet pro principio efficiens : ergo ad phisicum spectat , agere de principijs mutationis , vt mutatio tantum est.

32  
*Secunda consequentia prob.*

Secunda consequentia probatur : si ad phisicum non spectaret , agere de principijs mutationis , vt passiva tantum sunt , ad phisicum non spectaret , agere de principijs mutationis , vt mutatio tantum est ; sed per te ad phisicum spectat , agere de principijs mutationis , vt mutatio tantum est : ergo ad phisicum spectat , agere de principijs mutationis , vt passiva tantum sunt. Probatur maior : si ad phisicum , non solum spectaret , agere de principijs mutationis , vt passiva tantum sunt , sed etiam vt activa sunt , ad phisicum spectaret , agere de principijs mutationis , vt mutatio , & actio est : ergo si ad phisicum non spectaret , agere de principijs mutationis , vt passiva tantum sunt , ad phisicum non spectaret , agere de principijs

mutationis , vt mutatio tantum est. Probatur antecedens : quia ad phisicum spectat , agere de principijs mutationis , vt passiva tantum sunt , ad phisicum spectat , agere de principijs mutationis , vt mutatio tantum est : ergo si ad phisicum non solum spectaret , ageret de principijs mutationis , vt passiva tantum sunt , sed etiam vt activa sunt , ad phisicum spectaret , agere de principijs mutationis vt mutatio , & actio est : ergo nulla phisica mutatio est à principio activo : ergo de ratione naturæ non est esse principium activum , sed passivum.

Probatur septimo contra Thomistas : corpora inanimata sunt obiecta Phisicæ ; de ipsis enim agit Phisica ; sed si natura est principium activum , inanimata non sunt obiectum Phisicæ : ergo natura non est principium activum , sed passivum. Probatur minor : obiectum formale phisicæ iuxta Thomistas est ens mobile ; sed inanimata , vt sunt Cœlum , lapis , &c. nullum principium activum habent iuxta ipsos : ergo si natura est principium activum , inanimata non sunt obiecta Phisicæ.

Deniquè probatur conclusio contra Mastrium , Mas-

33  
*Prob. 74*

34

Denique  
probat.  
contra  
Mastriū

trij inconsequentiam ostendendo : natura ita est principium activum , & passivum iuxta Mastrium , vt magis principaliter in passivo , quā in activo consistat ratio naturæ ; sed hæc est clara contra Mastrium inconsequentia : ergo inconsequenter in sua opinione procedit. Probatur minor : semel concessio, quod natura in principio activo , & passivo consistat , vt consequenter procedat Mastrius , debet dicere , quod magis principaliter in activo consistat : ergo Mastrium asserere : naturam consistere in principio activo , & passivo , in hocque magis principaliter , est clara contra Mastriū in consequentia. Probatur antecedens : semel à Mastrio concessio : beatitudinem formalem in visione , & fruitione consistere , vt consequenter procedat , debet dicere , vt de facto dicit in 1. disput. 6. quæst. 12. artic. 1. magis principaliter in fruitione consistere : ergo semel concessio , quod natura in principio activo , & passivo consistat , vt consequenter procedat Mastrius , debet dicere , quod magis principaliter in activo consistat. Probatur consequentia : ideo semel à Mastrio concessio , beatitudinem formalem in visione , & frui-

tione consistere , debet dicere , vt consequenter procedat , magis principaliter in fruitione consistere , quia fruitio est visio perfectior iuxta Mastrium ; atqui etiam iuxta Mastrium , & ex terminis , principium activum est passivo perfectius , quia perfectius est agere , quam pati : ergo semel concessio , quod natura in principio activo , & passivo consistat , vt consequenter procedat Mastrius , debet dicere , quod magis principaliter in activo , quam in passivo consistere.

Hæc ratio valde efficax contra Mastrium apparet , & amplius ab opposito roboratur : nam licet Thomistæ vnanimè asserant , beatitudinem formalem in sola visione consistere , semel tamen admissio , quod simul in visione , & fruitione consistat , vno ore fatentur , quod magis principaliter in visione consistat , eo præcisè , quia apud Thomistas visio est fruitione perfectior ; & oppositum dicere esset clara illorum inconsequentia : ergo asserere Mastrium , quod natura simul in principio activo , & passivo consistat , magis tamen principaliter in passivo , quod est activo imperfectius , est clara contra Mastrium inconsequentia.

35  
Roboratur  
probatio ab  
opposito.

§. IV.

*Argumenta Mastrij sol-  
vuntur.*36  
*Obijc. 1.  
Mastr.**Respond.*

**M**Astrijus citatus obijcit primo *num. 5.* plures authoritates Philosophi, quibus significat: principium activum esse naturam: ergo ita est. Respondeo ad omnes, Philosophum sumere naturam in illis locis, prout distinguitur ab agente libero, & à proposito, quale est artificiale; non verò sumitur natura prout opponitur violento, de quo in præsentia. Patet explicatio hæc ex ipso Aristotel. qui in omnibus illis locis, vel comparat artificialia naturalibus, vel artificialia distinguit à naturalibus.

37  
*Dices pro  
Mastrio*

Dices pro Mastrio: *Aristotel. 6. Methaphis.* ait: *Principium artificialium esse in cognoscente, & principium naturalium esse in motu.* Ex quo sic eformatur argumentum: hic Philosophus accipit nomen principium uniformiter (alioquin argumentum nihil valeret) sed principium artificialium, quod est in cognoscente, non est passivum, sed activum: ergo principium naturale, quod est in motu non erit passivum, sed activum. Respondeo primo cum

*Respond.  
ideo 1.*

Scoto in 2. *dist. 18.* concedendo assumptum, & ad formationem argumenti, nego maiorem; nec enim erat necessarium, ut argumentum Aristotel. concluderet, quod principium in utroque loco uniformiter accipiatur; quia in secundo loco non accipit naturale, prout opponitur artificiali, sed prout opponitur violento, & sic non de activo, sed de passivo secundus locus est intelligendus. Respondeo secundo, argumentum multum probare; tollit enim à principio passivo rationem naturæ, quod nec Aristotel. voluit, nec intendit Mastrijus.

*Secundo:*

Obijcies secundo ex eodem Mastrio Scotum *quæst. 1. Prologi. §. Ad argumenta, pro opinione Aristotel. litt. Q.* refundentem diffinitionem naturæ traditam à Philosopho ad principium activum: ait enim: *Non correspondet omni passivo naturaliter principium activum, quod sic sit natura, quia multa sunt naturaliter receptiva alicuius perfectionis, quæ non habent principium activum intrinsecum:* ergo quæ habent tale principium activum intrinsecum, dicuntur iuxta Scotum habere naturam 2. *Phisic.* diffinitam: ergo principium activum est natura. Item: 5. *Methaphisic. in*

38  
*Obijc. 2.*

E 2

*sue*

*fine Comm. cap. 4.* subdit: formæ, vt est natura, non repugnare principium activum: ergo natura est principium activum.

39  
Respond.

Respondeo: Scotum citatum docere tantum, in rebus creatis quædam esse habentia capacitatem recipiendi aliquam perfectionem, non tamen habere in se virtutem activam producendi illam, vt corpus respectu animæ, & anima respectu gratiæ, & gloriæ. Cæterum, vtrum natura sit principium activum, vel passivum, non decidit loco citat. Ad locum ex 5. *Metaphisic.* respondeo, quod etsi formæ, vt est natura, non repugnet principium activum; tamen non ob activum principium dicitur natura, sed ob passivum; quia licet aliquid in se potatur principio activo naturali producendi aliquid, vt grave tendendi deorsum, & leve sursum; non tamen propter principium activum dicitur natura, sed propter passivum; per accidens namque est, quod gaudeat principio activo, vt de Medico ægroto dixi *numer. 7.* Adverte hanc solutionem, quia per ipsam multa solvuntur argumenta.

40  
Dices pro Mastro: Scotus in 4. dist. 49. quæst. 13. §.

ad 3. ait: si aqua deorsum descenderet, relicto vacuo, motus ille esset simpliciter violentus: sed motus ille erat iuxta principium passivum aquæ: ergo natura non est principium passivum. Distinguo maiorem: esset simpliciter violentus respectu potentiæ convenientis ipsi, vt est pars totius vniversi, concedo maiorem: respectu potentiæ convenientis ipsi secundum propriam naturam, nego maiorem, & distinguo similiter minorem, & nego consequentiam. Explico solutionem, & pro explanatione sciendum est, quod Scotus docet loco citat. ait enim: quando in aliquo sunt duæ potentiæ ordinatæ, naturalitas potentiæ superioris magis attendenda est, quam naturalitas potentiæ inferioris, & cum in aqua detur duplex ordinata potentia, vna inferior, sibi que conveniens secundum propriam naturam, scilicet, moveri deorsum; & alia superior, sibi que conveniens, quatenus est pars totius vniversi, simul cum alijs ipsum realiter, & intrinsicè integrans, & componens, scilicet, ad moveri sursum; ne detur vacuum; ideò motus aquæ deorsum, vacuo relicto, est violentus simpliciter, quia est contra superioriorior.

Respond.



*Confirm.*

riorem potentiam, ad quam magis ex Scoto debet attendi. Confirmatur clarissimè, & efficacitè: nam licèt corruptio rei sit contra inclinationem propriam ipsius rei; nemo enim appetit sui destructionem, est tamen simpliciter naturalis secundum cursum communem naturæ, quia est superior potentia: ergo licèt motus deorsum in aqua, relicto vacuo, sit naturalis naturalitate potentiæ inferioris, post esse violentus, attenta naturalitate potentiæ superioris.

41

*Obijcit  
deniquè  
Mastr.*

Obijcit deniquè Mastrius num. 6. & est tota illius ratio: non minus naturale est igni, debite aproximato, calefacere, & aquæ calidæ se reducere ad suam pristinam frigiditatem, provt naturale opponitur violento, quam gravi ferri deorsum; sed ista conueniunt igni, & aquæ, vt actiua sunt: ergo non minus motus ignis, & aquæ in producendo est naturalis, provt opponitur violento, quam gravi ferri deorsum. Minor cum consequentia tenet. Maiorem probat Mastrius: non minus violentum est igni, impediri à calefactione, quando est debite aproximatus, vt fuit in fornace Babilonis, & aquæ calidæ potenti se reducere in pristinam frigi-

ditatem, si à Deo impediretur per suspensionem concursus, quam gravi detineri sursum: ergo non minus naturale est igni debite aproximato calefacere, & aquæ calidæ se reducere ad suam pristinam frigiditatem, provt naturale opponitur violento, quam gravi ferri deorsum. Probatur antecedens: ideo esse sursum est gravi violentum, quia impeditur ab actu secundo, ad quem naturaliter est propensum; sed etiam ignis non calefaciens, quando est debite aproximatus, impeditur ab actu secundo, ad quem naturaliter est propensus: ergo non minus violentum est igni, impediri à calefactione, quando est debite aproximatus, vt fuit in fornace Babilonis, & aquæ calidæ potenti se reducere ad pristinam frigiditatem, si à Deo impediretur per suspensionem concursus, quam gravi detineri sursum. Sic Mastrius.

Sed antequam solutiones ab ipso traditas, & refutatas numerem, & specialem responsionem, vt argumento satisfaciam, declarem, sic contra ipsum ad hominem arguo primo: secundum Mastrium principium in definitione naturæ principalius sumitur pro passivo, & mi-

42

*Ad homi  
nē cōtra  
Mastrium  
arguo I.*

dus

nus principaliter pro activo; sed hoc suo repugnat fundamento: ergo sibi contradicit. Probatur minor: repugnat, non minus naturale, provt opponitur violento, esse, agere, quam pati, & quod principaliter naturale competat pati, & minus principaliter ipsi agere; sed secundum Matrium non minus naturale est igni debite proximo agere, quam gravi ferri deorsum: ergo si concedit, magis principaliter dici de pati naturale, quam de agere, est contradictio asserere: non minus naturale est agere, quam pati. Minor, & consequentia tenet. Maior constat ex illo axioma: *Sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis.*

43  
Instabis.

Non me latent claræ contra hoc instantiæ: nam non minus est constitutiva hominis animalitas, quam rationalitas; & tamen rationalitas perfectiori modo constituit. Item: in sententia asserente: formalem Beatitudinem ex æquo consistere in visione, & amore, & tamen asserunt, perfectiori modo in fruitione consistere, sententiam Scoti tenentes, & in visione, sententiam Thomistarum amplectentes.

44  
Respond.  
ad 1.

Respondeo ad primam, esse disparitatem: nam si ra-

tionalitas perfectiori modo, quam animalitas, constituit, est, quia per modum differentie, seu formæ constituit, de cuius ratione est, esse genere perfectior; at in presenti principium passivum non se habet per modum differentie, neque activum per modum generis. Ad secundam dico: perfectiorem maiorem non provenire ex æquali constitutione, imo hoc oppositum postulat; sed quia in Scoti sententia voluntas perfectior est intellectu, & consequenter actus voluntatis perfectior actu intellectus, quare (semel in hac opinione concessio, quod in utroque consistat actu) necessario debet concedi, perfectiori modo in fruitione, quam in visione, consistere, & sic de opposita sententia respectu visionis. Cæterum in presenti principium passivum ex se non est perfectius principio activo, imo imperfectius, ex terminis enim perfectius est agere, quam pati; quate si utrumque rationem naturæ participat, potius in activo, quam in passivo principio, principaliter ratio naturæ reperiri debet, quod est alia retorasio.

Si dicas: formam perfectiori modo participare naturæ rationem, quam materia,

45  
Dices.

licet

*Respond.*

licet non sit differentia respectu naturæ. Ultra hoc, quod iam dixi, hoc esse, quia forma entitativè est perfectior materia, potius in meum favorem argumentum, sumo: omnes rationes communes in perfectioribus contractivis perfectiori modo reperiuntur: hoc patet discurrendo per omnes; atqui ex terminis perfectius est principium activum, quam passivum, ut de se patet: ergo si utrumque rationem naturæ participat, principium activum perfectiori modo illam debet participare: ergo cum Matrius concedendo, utrumque rationem naturæ participare, postea affirmeret, perfectiori modo in passivo inveniri, sibi simul, & rationi contradicit: non ergo hæc opinio est sublinenda.

Contra ipsum ad hominem arguo secundo: supponit Matrius cum omnibus in præsentia, §. de Ilo; ad Phisicum non spectare, agere de principio activo transeunte, & hoc non esse naturam, quia deficit ei conditio illa posita in diffinitione naturæ, scilicet, *eius, in quo est*. Hoc supposito, sic contra Matrium sumo: atqui fundamentum Matrij probat, principium activum transiens esse naturam: ergo malè probat. Pro-

batur sùsumptura: fundamentum Matrij est ex violentia, quam patitur ignis debite aproximatus, si non calefacit, inferre in ipso naturalitatem violentiæ oppositam, ex eo quod calefaciat; sed ipse ignis est principium transiens; nam ipsa calefactio est transiens; ignis enim non movetur per calefactionem, sed subiectum alienum, ab ipso calefactum: ergo fundamentum Matrij probat, principium activum transiens esse naturam. Maior est sua unica ratio. Minor in *numer. 6.* conceditur ab ipso. Consequentia certè deducitur rectè.

Respondet Matrius, quod licet hoc argumentum concludat, agere in igne non esse naturale, prout hic diffinitur, quia non est principium immanens, adhuc tamen non evitatur instantia de frigectione aquæ ad pristinum redeuntis frigus, hæc enim actio verè est immanens. Sed contra primo: quia præterquam quod hæc responsio conditionem non necessariam exposulet, & omninò ad naturalitatem actuum immanentem: possunt quippè dari actus naturales transeuntes, ut est calefactio moderata in corpore humano recepta, ab igne proveniens

47

*Respond. Matri.**Contr. II*

(præ)

46

*Arguo 2. contra Matrium*

(preter hoc inquam) ista restrictione suam destruit doctrinam, & sententiam, & nostram magis confirmat; nam si ad naturalitatem actionis non sufficit, quod sit secundum proportionem activam illius, à quo procedunt; sed etiam requiritur quod sit immanens, profecto hoc erit, quia ad naturalitatem actus omnino impertinens est ordo ad principium activum, & summè necessarius ordo ad subiectum, in quo talis recipitur motus.

48  
Contr. 2.

Potest secundo responderi, quod & ipse Maftrius nomine Authorum oppositæ sententiæ respondet: scilicet, frigefactionem activam non esse motum, quo movetur aqua, sed frigefactionem passivam; quare principium activum, ratione cuius competit aquæ frigefactio, non esse naturam, prout hic diffinitur. Et hoc licet à Maftrio traditur, certe ab ipso non solvitur.

49  
Respond. aliqui.

Assignemus iam solutiones ab ipso Maftrio traditas, & refutatas. Aliqui enim respondent, actionem naturalem dici à principio activo, non reduplicative, sed specificative, seu identice. Sed hæc non placet solutio: quia argumentum Maftrij probat de principio activo reduplicative

Contra.

ut active, quod de se constat.

Alij respondent: principium activum non dici naturam, eo, quod non est principium per se motus, potest enim à Deo separari, sed optimè hanc Maftrius refellit solutionem: quia saltem in sententia Aristotelis, possibilitatem huius impedimenti non cognoscentis, natura erit principium activum. Omitto alias contra hoc rationes.

Respondent communiter Scotistæ, distinguendo maiorem hæc communi distinctione: calefacere in igne est naturale, prout naturale opponitur supernaturali, & libero, concedo; prout opponitur violento, nego. Sed hoc solum non satisfacit, quia negari nequit, ignem ab omni calefactione suspensum, esse violentum, consequenterque calefacere in igne erit naturale, prout naturale opponitur violento.

Nec sufficit ratio allata à Licheto, & Tartareto, dicentibus: in casu posito ignis non comburentis, non violentari principium activum, quia est in perfecta potentia obedienciali ut in ipso, & ipse fiat, quidquid Deus voluerit, ratione cuius omnis tollitur violentia. Non (inquam)

50  
Alij respondent.

Contra.

51  
Respond. communit. Scotistæ.

Contra.

52  
Dices cum Licheto, & Tartareto.

Contra.



quam) sufficit, nam implicat (vt ait Maftrius) aquam, v.g. fursum ascendere, & non esse violentam: ergo si in principio passivo (quod magis est in potentia obedientiali ad Deum, quam activum, quia in illo potest formam oppositam introducere; non tamen potest istud elevare ad producendam formam contrariam, v.g. aquam, ad producendum calorem) non tollitur ratio violentiæ propter potentiam obedientialem, multo minus ab activo tolletur, si propria impeditur actione.

Philippus Fabro aliam assignat solutionem, dicendo, quod calefacere in igne est naturale, id est, proprium ignis, ex quo non sequitur, quod de ratione naturæ, vt hic difinitur, sit principium activum. Sed non placet, quia adhuc remanet Maftrij argumentum in vigore suo.

Scotista verò *quæst. i.* à me refutatus, aliam assignat solutionem, sic distinguendo, si privaretur ignis omni actione calefactiva, esset violentus, quia vt activus ignis non ageret, nego; quia non haberet satiaturum appetitum naturalem passivum, quem habet ad recipiendum in se calorem, concedo. Contra: quia non solvit argumen-

tum Maftrij; nam ipse Maftrius supponit, ignem in statu naturali pœnes principium passivum, quia supponit calorem receptum in igne, & sic eius appetitus passivus satiatur; & deinde ponit ignem in statu violento præcisè, quia non agit, quod probat Maftrius, & bene, vt videre est in argumento.

Respondeo igitur directè ad argumentum Maftrij, negando maiorem, ad probationem nego antecedens, cuius probationem distinguo: ideo esse fursum est gravi violentum, quia impeditur ab actu secundo, ad quem naturalitèr est propensum tantum, nego; quia impeditur ab actu secundo, & aliàs habet formam positivè oppositam formæ, ad quam naturalitèr est propensum, concedo; distinguo minorem; sed ignis non calefaciens, quando est debito aproximatus, impeditur ab actu secundo, ad quem naturalitèr est propensum tantum, concedo minorem; aliàs habet formam positivè oppositam formæ, ad quam est naturalitèr propensus, nego minorem, & consequentiam.

Explico distinctionem: nam iam dixi *num. 5.* quæstionem non procedere de naturali, vt opponitur violento

55  
Respond.  
directè  
ad arg.

53  
Dices cū  
Fabro.

Contra.

54  
Dices cū  
quodam  
Scotista.

Contra.

56  
Explicat.  
Solutio.

to secundum quid, quia sic tantum erit secundum quid naturale; sed de naturali, ut violento simpliciter opponitur. Quo animadverso, dico, quod ignis ab omni calefactione suspensus, est tantum violentus secundum quid, non tamen simpliciter; quare tantum secundum quid erit naturale. Ratio autem, cur sit violentus tantum secundum quid, constat ex eorum diffinitione: nam violentia simpliciter est violentia positiva, quæ datur, v. g. quando in aqua recipitur forma opposita suæ inclinationi: violentia verò secundum quid, est violentia privativa, quæ datur, quando aliquid est privatum, vel propria actione, vel propria forma sine alterius receptione.

Deinde: quia violentia, de qua *in present.* ut potè, positiva, solum attenditur pœnes principium passivum, & hoc etiam affirmat Mairius *in present. num. 9.* qua propter cum ignis ab omni calefactione suspensus non sit violentus, violentia, de qua, nunc loquimur, sequitur, quod calefacere non sit naturale naturalitate, de qua *in present. disputamus.*

s. V.

*Alia solvuntur argumenta.*

**O**bjicies quarto: si ignis à Deo deorsum moveretur, naturaliter, & non violentè moveretur; sed moveretur contra suam passivam inclinationem: ergo natura non est principium passivum. Minor constat. Maior autem probatur: quia ad motum violentum requiritur, quod passum faciat vim, & resistat agenti, ut patet ex diffinitione violenti tradita ab Aristotel. 3. Ethic, scilicet, *violentum est, cuius principium est extra, passio non conferente vim.* Et ab Scoto *in 4. distinct. 29. quæst. 1. §. Ad quæstionem;* sic exposita, id est, passio non præbente inclinationem, imò potius repugnantiam; atqui nulla creatura potest Deo resistere: ergo tunc moveretur naturaliter, & non violentè.

Respondeo negando maiorem, ad cuius probationem dico: quod ad motum violentum non requiritur, quod passum resistat activè, sed sufficit, quod resistat in genere causæ materialis, vel quod moveatur contra impetum innatum & propriam inclinationem; & sic dicitur resistere Divinæ Omnipoten-

58  
Objc. 4.

59  
Respond.

ten-

tentia, quatenus, scilicet, effectus ille est contra propriam inclinationem; non verò sic, quod effectû Dei impedire, vel retardare possit.

60

Dicas.

Dices: Creaturam esse in perfectissima subijcibilitate respectu Dei, ita, ut maior nequeat intelligi: ergo neque passivè resistit; alioquin daretur maior subijcibilitas excogitabilis, nempe, quæ neque passivè resistit. Concedo antecedens, & nego suppositum consequentiæ: supponit enim dari subijcibilitatem sine passiva resistantia, quod est falsum; implicat namquè dari rem sine propria passione.

61

Obijc. 5.

Obijcies quinto: natura diffinitur per hoc, quod sit principium, & causa influens; sed causa influens est activa: ergo natura est principium activum. Distinguo maiorem: per hoc quod sit principium, & causa influens receptiva motus, & quietis, concedo maiorem; productiva nego maiorem; distinguo similiter minorem, & nego consequentiam. Distinguo aliter: & causa influens in genere causæ materialis, concedo maiorem; efficientis, nego maiorem; distinguoque similiter minorem, & nego consequentiam.

Respond.

62

Obijcies sexto: princi-

pium, quod est natura, est principium per se; sed passivum, ut passivum, non est principium per se. ergo principium passivum non est natura. Probatum minor ex Scoto in 1. distinct. 3. quæst. 7. lit. 5. dicente: *Quod passio per se, & necessario predicatur de subiecto, non quia causa materialis passionis, ex hoc enim habet necessitatem cum illo, sed quia est causa efficiens*: ergo passivum, ut passivum, non est principium per se. Respondeo negando minorem, ad probationem dico: Scotum loqui de perfectitate connexionis causæ cum effectû; non verò de perfectitate respiciente rem naturalē. In hoc secundo sensu sumitur natura; non verò in primo.

Obijc. 6.

Respond.

63

Obijc. 7.

Obijcies septimo: ex conclusione sequitur primo: quod omnis motus esset naturalis, quia quilibet habet potentiam receptivam motus. Secundo: quod dum materia habet unam formam, esset illi violentum, carere aliâ, ad quam dicit inclinationem. Respondeo ad primum, negando antecedens, & distinguendo probationem: quodlibet subiectum habet potentiam susceptivam motus, vel cum inclinatione, vel cum repugnantia, concedo probationem;

Respond.

præcisè cum inclinatione, nego, & solum ille motus est naturalis, qui est cum inclinatione. Ad secundum nego antecedens, quia materia est naturalitèr sub vna forma, etiam si careat alia; quia naturalitèr tantum appetit vnâ, indifferentèr verò omnes.

Obijcies octavo: sicut principium intrinsecum passivum opponitur violento, ita principium activum intrinsecum opponitur libero; sed si auferatur à principio intrinsecè passivo illud, ad quod dicit inclinationem, res illa, cuius est principium, est violenta, vt patet, exemplo lapidis: ergo si auferatur à principio activo intrinsecò illud, ad quod dicit inclinationem, res illa, cuius est principium activum, erit libera: ergo ablata ignefactione ab igne, ignis erit liber: ergo non est causa naturalis, quod est apud omnes falsum.

Respondeo negando maiorem; nam licet verum sit; quod dicitur de principio passivo, falsum tamen est, quod asseritur de principio activo; nam dato casu, illa res erit non determinata, vt patet in fornace Babilonico, in quo Deus ab igne abstulit ignefactionem, & tamen non erat indeterminatus talis ignis, sed erat non deter-

minatus, & consequentèr non erat liber, quia ad hoc requiritur, quod res sit indeterminata.

Obijcies nono: secundum Scotum gravia, & levia moventur à principio intrinsecò activo; sed talis motus est naturalis: ergo principium activum est natura. Probatur minor: talis motus est oppositus motui violento; sed motus oppositus motui violento est naturalis: ergo talis motus est naturalis. Respondeo distinguendo minorem: talis motus est naturalis, prout naturale opponitur libero, concedo minorem; prout opponitur violento, nego minorem, & consequentiam; distinguoque maiorem probationis: talis motus est oppositus motui violento ratione principij passivi, concedo maiorem; ratione principij activi, nego maiorem; distinguoque minorem, vt supra, & nego consequentiam.

Ratio est; quia etiam si non daretur tale principium activum, semper ille motus esset naturalis, prout naturale opponitur violento; nam esset à principio intrinsecò passivo, vt patet ex num. 22. & ille motus, quo gravia, & levia moventur, dicitur naturalis, prout naturale oppo-

66

Obijc. 9.

Respond.

67

Ratio solutionis.

64  
Obijc. 8.65  
Respond.



nitur libero; quia entitas illa est determinata ad esse deorsum, & cum illud, quod est determinatum, potius dicatur naturale, prout naturale opponitur libero, quam prout opponitur violento, sic ille motus est naturalis, prout naturale opponitur libero, non verò prout opponitur violento.

Obijcies decimo: quotiescumque aliquid est indifferens ad duo, potest esse vnum, & potest esse aliud; sed natura est indifferens ad duo: ergo potest esse vnum, & potest esse aliud: ergo potest esse principium activum, & passivum. Probatur consequentia hæc: natura est indifferens ad duo, quorum vnum est activum, & aliud passivum; sed per nos quotiescumque aliquid est indifferens ad duo, potest esse vnum, & potest esse aliud: ergo potest esse principium activum, & passivum. Probatur maior: natura est indifferens ad materiam, & formam; sed materia est quid passivum, & forma quid activum: ergo natura est indifferens ad duo, quorum vnum est activum, & aliud passivum. Probatur minor: materia non habet actum physicum, benè verò forma: ergo materia est quid

passivum, forma verò quid activum.

Confirmatur: materia, & forma sunt natura secundum suas entitates; sed entitas physica materiæ est passiva, & formæ entitas activa: ergo si natura est indifferens ad materiam, & formam, natura erit in materia vt passiva, & in forma vt activa: ergo natura est principium activum, & passivum. Maior patet: nam natura est principium intrinsecum; nam est principium motus, & quietis eius, in quo est primo, & per se. Minor, & consequentia tenent.

Respondeo ad argumentum, negando secundam consequentiam, ad cuius probationem distinguo maiorem: natura est indifferens ad duo, quorum vnum est activum, & aliud passivum, distinguo (inquam) ly *activum*, activum respectu principiati, seu compositi, concedo maiorem: respectu motus, nego maiorem; concedo minorem, & nego consequentiam. Ad confirmationem, distinguo minorem similiter quo ad secundam partem, & nego consequentiam.

Obijcies undecimo: Scotus in 4 dist. 49. quæst. 14. §. Ad illud quod obijcitur. *Ÿ. Ad*

*pri.*

69  
Confirm.

70  
Respond.  
ad arg.

Ad cora  
firmat.

71  
Obijc. 12

68

Obijc. 10

*primum dico*, probat, quod licet aquam esse sursum sit ei secundum quid violentum attenda potentia superiori, quam habet, ut sit sursum ad replendum vacuū, hoc non tollit, quod non inspecta tali potentia superiori, esse sursum sit aquæ simpliciter violentum: ergo licet carentia actuum sit tactui, & gustui secundum quid violenta, attenda potentia superiori, quam habet voluntas Beatorum ad prædictam carentiam, hoc non tollit, quod non inspecta tali potentia superiori, carentia actuum sit tactui, & gustui simpliciter violenta.

72 Patet consequentia: nam Scotus ibi ex hac consequentia declarat antecedens, ut videre est in ipso citato. Infero: ergo sicut aquæ esse deorsum, non inspecta tali potentia superiori, est simpliciter naturalis, pro ut naturale opponitur violento; producere gustum, & tactum suos actus est ipsis simpliciter naturale, ut naturale opponitur violento; atqui tactum, & gustum suos producere actus, ipsis convenit ratione principij activi, ut de se claret: ergo de ratione naturæ, ut in *present.* diffinitur ab Aristotele, est esse principium activum, & passivum.

73  
Respond: Respondeo concedendo antecedens, & negando suppositum consequentis: supponit namquæ quod carentia actuum sit tactui, et gustui in Beatis secundum quid violenta respectivè ad potentiam superiorem, quam habent ad prædictam carentiam; quod est falsum; quia prædicta carentia independenter à comparatione ad prædictam potentiam superiorem est violenta secundum quid duntaxat, cum sit violentia privativa, de cuius ratione est, esse violentam tantum secundum quid, ut omnes fatentur ad distinctionem violentiæ positivæ, quæ est simpliciter talis, & fatetur etiam Mastr. *num. 9.* Nec aliud intendit Scotus in argumento citatus; nam solum vult, quod carentia illorum actuum in Beatis non dicatur violenta in illis, quia licet sit violenta secundum proprias illorum naturas, est tamen secundum inclinationem voluntatis Beatorum, quæ inclinatio est potentie superioris; unde licet prædicta carentia sit secundum quid violenta sensibus tactus, & gustus; tamen in Beatis non dicitur violenta, sed naturalis, quia est secundum inclinationem potentie superioris.

74  
Vera Scoti  
mens.

Et quod hæc sit vera, & propria mens Scoti patet ex ipso, nam hoc adducit ex illo recepto principio, scilicet, *quando in aliquo sunt due potentie ordinate, naturalitas potentie superioris magis est attendenda, quam naturalitas potentie inferioris.* Ex quo deducit, quod motus sursum aquæ sit naturalis, attenda potentia superiori, quam habet, ut sit sursum ad replendum vacuum, quod declarat exemplo sensuum tactus, & gustus Beatorum. Unde ex hoc solum valet inferri, quod carentia actuum tactus, & gustus in Beatis sit naturalis, attenda potentia superiori, non verò quod, attenda propria natura, sit illis plusquam violenta secundum quid, ut per oppositum est in aqua motus sursum, quia attenda propria aquæ natura, non solum secundum quid, sed simpliciter est illi violentus. Et per hoc patet disparitas ad argumentum, & falsitas suppositi consequentis.

75  
Contra  
me pro  
Mastrio  
arguo.

Pro Mastrio denique contra me obijcio: Mastrius in hac disputatione, solum intendit, quod naturale, ut opponitur violento privativo, seu secundum quid proveniat à principio activo, ut claret ex eius probatione, &

ex ab ipso in hac disputatione adductis; sed hoc nos concessum habemus multoties §. 4. & 5. ergo opinio Mastrii non solum impugnanda non est, verum & à nobis amplectenda. Ad quid ergo omnia tradita?

Respondeo: concessis præmissis, negando consequentiam, cuius prima ratio est: nam hic non agitur de naturali, ut opponitur violento privativo, seu secundum quid, ut diximus num. 5. Secundo: quia hic disputamus de natura, ut ab *Aristotele 2. Phisic. text. 3.* diffinitur, ut eodem num. 5. diximus. Tertio: quia loquimur de natura, modo quo ad phisicam pertinet considerationem, quo sensu dixit *Aristoteles 3. Phisic. text. 8.* *Moventia mota esse phisice considerationis; non sic moventia non mota;* idèque hæc Aristotelis verba pro probatione nostræ conclusionis adduximus num. 13. Cum ergo Mastrius in his sensibus debeat disputationem instituire, & in nullo ex his ratio naturæ conveniat principio activo, Mastrii opinio impugnanda est, & nullo modo amplectenda.

Hoc efficaciter confirmo. Opinio asserens: naturam consistere in eo, quod est naturale, prout naturale oppo-

76  
Respond.

77  
Confirm.

nitur supernaturali, & libero impugnanda est, & nullo modo amplectenda: ergo opinio Matrij asserens: naturam consistere in eo, quod est naturale, vt naturale opponitur violento privativo, seu secundum quid, impugnanda est, & nullo modo amplectenda. Antecedens est certum; quia non loquimur in præsentī de naturali, vt opponitur supernaturali, & libero, ex dictis num. 5. Consequentia probatur: ideo opinio asserens: naturam consistere in eo, quod est naturale, vt naturale opponitur supernaturali, & libero, impugnanda est, & nullo modo amplectenda, quia non loquimur in præsentī de naturali hoc modo sumpto; atqui nec loquimur de naturali, vt opponitur violento privativo, seu secundum quid, ex dictis eodem n. 5. ergo opinio Matrij asserens: naturam consistere in eo, quod est naturale, vt naturale opponitur violento privativo, seu secundum quid, impugnanda est, & nullatenus amplectenda.

Deniquè vt omnibus appareat, argumentum prædictum pro Matrio à me contra me factum, nullius esse valoris, eo, quod in præsentī non loquamur de naturali vt opponitur violento

privativo, seu secundum quid, non meis dictis assensum præbeat, Matrium audite. Hic enim num. 11. *propè finem*, hæc verba ad litteram adducit: *Certum est, Scotum in hac re ad utramque partem interdum inclinasse; quamvis, vbi loquitur ex professo, inclinet magis, ad negantem naturam de activo.* Hæc Matrius.

Nunc contra ipsum primo: Scotum loqui ex professo in hac materia, est Scotum loqui de natura, vt ab Aristotele in præsentī diffinita; sed loquendo de natura sic accepta, magis se inclinat Scotus ad negantem naturam de activo: ergo magis se inclinat Scotus ad negantem, hic loqui de naturali, vt opponitur violento privativo, seu secundum quid. Probatur hæc consequentia: loquendo de natura, vt ab Aristotele in præsentī diffinita, Scotus, iuxta Matrium magis se inclinat ad negantem naturam de activo; sed iuxta ipsum naturam dici de activo, est dumtaxat naturale vt opponitur violento privativo, seu secundum quid: ergo magis se inclinat Scotus ad negantem, hic loqui de naturali, vt opponitur violento, seu secundum quid.

Contra secundo: quando

79  
Contr. 1.  
contra  
Matrius

80  
Contr. 2.  
de

78  
Firma-  
tur solu-  
tio ex ip-  
so Matrio.



de natura, loquitur de illa vt in præfenti ab Aristotele diffinita: ergo sentit Scotus, quod in præfenti non loquitur de naturali, vt opponitur violento privativo, seu secundum quid. Probatur consequentia: si Scotus non sentiret, quod in præfenti non loquitur de naturali privativo, seu secundum quid, Scotus non magis se inclinaret ad negantem naturam de principio activo; atqui iuxta Maffrium, quando Scotus loquitur ex professo de natura, quod per te est, loqui de illa, vt in præfenti ab Aristotele diffinitur, magis se inclinatur ad negantem naturam de principio activo: ergo sentit Scotus quod in præfenti non loquitur de naturali, prout opponitur violento privativo, seu secundum quid.

81  
*Probat. maior.*  
 Probatur maior: loquendo de naturali, vt opponitur violento, tam positivo, quam privativo, seu tam simpliciter, quam secundum quid, nequit Scotus negare naturam de principio activo: ergo neque se magis inclinare ad negantem naturam de principio activo. Consequentia est legitima. Antecedens est certum; nam loquendo de naturali, utroque modo sumpto, indubitabile est, na-

turam convenire principio activo, vt argumentum Maffrij demonstrat.

82  
*Contr. 3.*  
 Contra tertio; & inquiri à Maffrio. Quando Scotus magis se inclinatur ad negantem naturam de activo, in quo sensu naturam accipit? Vt opponitur violentiæ privatiæ, seu secundum quid? Non; quia sic potius activo, quam passivo convenit natura, vel ad minus, innegabile est convenire principio activo. Ergo accipit naturam, vt opponitur violentiæ positivæ, & simpliciter. Ergo cum Scotus sic accipiat naturam, quando de natura loquitur ex professo, sic de natura loqui debemus in præfenti; nam quando Scotus loquitur ex professo de natura, loquitur de illa, vt fuit in præfenti ab Aristotele diffinita, vt dictum est, & est apud Maffrium certum.

83  
*Integra ad arg. solutio.*  
 Iam ex hoc se se manifeste apparet: nos hic loqui modo, Scoto conformiori; Maffrius vero, minus Scoto conformi, quod negare nequit Maffrius; est namque in hoc convictus, & confessus: ergo dato, & numquam concessio, quod illius opinio de principio activo sit apud Scotum probabilis, fateri tenetur, nostram esse probabiliorem, quod erat sufficiens,

vt in sua confessione stando, opinionem suam relinqueret, & nostram amplecteretur. Melius, igitur & proprius, quam Maltorius, nos in præfenti loquimur, & hæc est integra ad argumentum solutio.

# QUÆSTIO

## QUARTA.

An motus successivus possit fieri in instanti?

§. Unicus.

*Resolvitur quæstio.*

N. I.

*Sensus  
quæstio-  
nis ope-  
ritur.*

**P**rocedit quæstio de motu materialitèr, & propissimè accepto, qui solum ad quantitatem, qualitatem, & ad ubi per se terminatur, vt communiter tenent Scotticæ. Procedit etiam de potentia absoluta; nam de ordinaria omnes negant, motum successivum posse fieri in instanti, cuius ratio est modus incipiendi, & desinendi motus successivi; in quo etiam omnes conveniunt.

2  
*Suppositio  
necessaria.*

Suppono pro resolutione; quod in motu successivo tria possunt considerari. Primum radix, seu exigentia ad successione, quæ est essentia successione. Secundum, aptitudo ad illam, à radice dimanans, quæ est passio motus successivi. Tertium,

ipsa successio actualis, quæ est accidens connaturale motus successivi. Eodem modo philosophatur de accidente, quod per inhærentiam constituitur, ubi dicitur quod inhærentia radicalis est eius essentia, aptitudo ad inhærendum eius passio; actualis inhærentia accidens naturale ipsius.

Quo supposito duplex ex diametro opposita reperitur sententia. Prima asserit, motum successivum non posse de potentia Dei absoluta fieri in instanti. Hæc opinio ita generalis videtur, vt eam in sensu, in quo à nobis examinatur, supponat Maltorius in *Phisic. disput. 15. quæst. 6. artic. 5. num. 60.* Secunda tenet, motum cum sua successio-

3  
*Referuntur  
opinionem.*

ne,

ne, seu ipsam successionem, posse fieri in instanti de potentia Dei absoluta. Sic colligitur ex Scoto in 2. dist. 2. quæst. 11. & 12. Et in 3. dist. 2. quæst. 3. §. Quantum ad secundum; & dist. 4. §. Potest dici. Et in 4. dist. 43. quæst. 5. §. de Secundo, lit. C.

**4**  
**Concluf.**  
Conclusio: motus successivus cum sua successione, seu ipsa successio, potest fieri in instanti de potentia Dei absoluta. Hæc conclusio deducitur ex Scoto locis citat. Et licet alium Patrum non invenerim (Patrum excepto) ratio nititur hoc principio: non repugnat Deo separare accidens connaturale cuiuscumque rei; ut patet in Sacramento Eucharistiæ, in quo accidentia sunt sine actuali inhærentia; sed successio actualis est accidens connaturale motus successivi: ergo sicut Deus potest facere, quod accidens existat sine subiecto, ita quod motus successivus existat in instanti temporis.

**5**  
**Prob. 2.**  
**paritat.**  
Probatur secundo à paritate: indivisibilia secundum durationem possunt incipere in tempore: ergo divisibilia secundum durationem possunt incipere in instanti; sed successio est divisibilis secundum durationem: ergo potest incipere in

instanti; atqui, quod incipit in instanti, producitur in instanti: ergo motus successivus, seu ipsa successio, potest fieri in instanti, de potentia Dei absoluta. Hæc omnia vera sunt ratione paritatis, si verum est antecedens. Antecedens autem est Scoti in 2. dist. 5. quæst. 1. §. de Secundo articulo, licet Maltrius disput. 14. quæst. 2. artic. 4. oppositum teneat, & problematicum censeat Scotum. Et ne antecedens prædictum improbatum maneat, pro illius probatione.

**6**  
**Nota**  
**quedam**  
Nota: quod ad hoc, ut res incipiat in tempore, non est necesse, successionem se tenere ex parte rei, quæ incipit, sic, quod una pars rei correspondeat alteri parti temporis, & alia aliæ; sicut ad occupandum spatium divisibile, non requiritur divisibilitas ex parte occupantis; alioquin Angelus non posset spatium palmare occupare, nec anima rationalis spatium Corporis; sed sufficit, quod res, quæ incipit, sit tota in toto tempore, & tota in qua libet parte, ut anima rationalis dicitur esse in corpore.

**7**  
**Probat.**  
**antec. 1.**  
Hoc itaque notato, probatur primo antecedens prædictum: Angelus conservatur à Deo in tempore: ergo potest Deus illum in tempo-

re producere : atqui tunc Angelus inciperet in tempore: ergo potest Angelus incipere in tempore. Tum sic sed Angelus est indivisibilis: ergo indivisibile potest incipere in tempore secundum durationem. Probatur secundo efficaciter : stat, rem esse indivisibilem ex se, & divisibilem ex parte temporis: ergo indivisibile secundum durationem potest incipere in tempore. Probatur antecedens: stat, rem esse indivisibilem ex se, & divisibilem ex parte spatij, vt de Angelo, & anima rationali diximus numero antecedenti, & videtur ab omnibus debere admitti: ergo stat, rem esse indivisibilem ex se, & divisibilem ex parte temporis.

8

Prob. 3.  
conclus.

Probatur tertio conclusio: ita motus successivus petit, quod vna pars fluat post aliam, ac petit quantitas, quod vna pars excludat aliã ab eodem spatio; sed hoc non obstante, potest de potentia Dei absoluta vna pars quantitatis non excludere aliam ab eodem spatio: ergo non obstante, quod motus successivus petat, quod vna pars fluat post aliam, poterit de potentia Dei absoluta fieri in instanti. Consequentia est paritate legitima. Minor est doctrina Catholicorum

communis: credimus namque, duo corpora posse esse de potentia Dei absoluta in eodem loco, vt patet in corpore Christi. Primo: quando ex vtero Virginis natus fuit. Secundo: in Resurrectione, quando clauso Sepulcro, resurrexit. Tertio: quando clausis ianuis, intravit ad Discipulos. Quarto denique: quando in Ascensione penetravit Cœlos, vt ait Apostolus. Maior autem videtur certa: quia sicut aptitudo, vt vna pars fluat post aliam, est proprietas motus successivi in quarto modo; ita aptitudo, vt vna pars excludat aliam ab eodem loco, vel spatio, est proprietas quantitatis in quarto modo, iuxta communem sententiam Philosophorum.

Probatur quarto conclusio: successio potest stare modo instantaneo: ergo motus successivus potest fieri in instanti. Probatur antecedens: divisibile potest stare modo indivisibili: ergo pariter: successio, potest stare modo instantaneo. Antecedens est certum, & claret in corpore Christi in Eucharistia, vbi stat modo indivisibili, nempe, diffinitivo, vel sacramentali. Consequentia verò probatur: æquè, & non magis opponitur successioni

9  
Prob. 4.



modus instantaneus, ac divisibili opponitur modus indivisibilis; sed iuxta concessa, divisibile potest stare modo indivisibili: ergo etiam successio potest stare modo instantaneo. Minor, & consequentia tenent. Maior verò, ultra hoc, quod ex terminis apparere videtur, probatur propositione servata, vt probata manet maior probationis præcedentis.

Obijcies primo: de ratione motus successivi est, quod vna pars fluat post aliam; sed hoc nequit in instanti fieri: ergo motus successivus nequit fieri in instanti. Distinguo maiorem: quod vna pars fluat post aliam radicaliter, vel aptitudinaliter, concedo maiorem; actualiter, nego maiorem; & distincta similiter minori, nego consequentiam. Dices: de ratione motus successivi est, quod vna pars fluat post aliam actualiter: ergo ruit solutio. Probatur antecedens: illud est de ratione motus successivi, per quod distinguitur à generatione, & corruptione, quæ fiunt in instanti; sed per successionem actualem distinguitur ab illis: ergo de ratione motus successivi est, quod vna pars fluat post aliã actualiter. Distinguo maiorem; per quod distinguitur

essentialiter, vel radicaliter; à generatione, &c. concedo maiorem; per accidens, vel actualiter; nego maiorem; distinguo similiter minorem, & nego consequentiam; nam etiam per accidens successio convenit generationi. Retorque argumentum cū inhærentia accidentis.

Obijcies secundo: motus localis est successivus; sed nequit fieri in instanti: ergo motus successivus nequit fieri in instanti. Probatur minor: motus localis est motus de loco in locum, percurrente omnes partes spatij, quod est inter locum à quo, & ad quem; sed hoc nequit fieri in instanti: ergo motus localis nequit fieri in instanti. Probatur minor: nam id, quod sic movetur, debet acquirere præsentiam in vna parte spatij, & hanc in alia amittere, aliam de nobo adquirendo, quod in instanti nequit fieri: ergo hoc nequit fieri in instanti. Nego minorem, & distinguo maiorem probationis: motus localis est motus de loco in locum, percurrente radicaliter, vel exigentialiter omnes partes spatij, concedo maiorem; actualiter, nego maiorem; negoque minorem, cuius probationem distinguo similiter, & nego consequentiam.

Retorq.

II

Obijc. 2.

IO  
Obijc. 1.

Respond.

Dices.

Respond.

Respond.

*Retorq.* tiam. Solutio constat in accidentis inhærentia, ex qua argumentum retorque.

**12**  
*Obijc.* 3. Obijcies tertio: quod competit alicui rei per se, eius oppositum, neque per se, neque per accidens competere potest; atqui, quod competit per se motui successivo, est, quod fiat in tempore: ergo eius oppositum, scilicet, quod fiat in instanti, neque per accidens competere potest. *Respond.* Respondeo distinguendo maiorem: quod competit alicui rei per se, eius oppositum per se, neque per se, neque per accidens competere potest, concedo maiorem; eius oppositum accidentaliter, nego maiorem. Distinguo minorem: sed quod competit per se motui successivo est, quod fiat in tempore exigentialiter, concedo minorem; actualiter, nego minorem; & distingo consequens: ergo eius oppositum per se, scilicet, quod fiat in instanti exigentialiter, neque per se, neque per accidens, potest ei competere, concedo consequentiã; eius oppositum accidentaliter, scilicet, quod fiat actualiter in instanti, neque per se, neque per accidens ei competere potest, nego consequentiã. Hoc etiam argumentum evidentè etiam instat

ur in inhærentia accidentis, ex qua.

Efficaciter meam probo conclusionem: quod est magis proprium rei, est minus separabile à re, quam id, quod non est ita proprium rei; sed magis proprium est accidenti actualiter inhærente, quam successioni actualis successio: ergo minus separabilis est inhærentia actualis ab accidenti, quam successio actualis à successione; atqui potest à Deo separari ab accidente actualis inhærentia: ergo & successio actualis à successione. Probatur minor syllogismi: magis proprium est rei id, quod non convenit alijs à re, quam id, quod convenit alijs à re; sed actualiter inhærente, neque per accidens convenit substantiæ, quæ est aliud ab accidente, & successio actualis, saltem per accidens convenit generationi, quæ est aliud à successione: ergo magis proprium est accidenti actualiter inhærente, quam successioni actualis successio.

Obijcies quarto, & ultimo: essentia motus successivi est, quod una pars, commensurata parte temporis, fluat post aliam, commensurata alia parte temporis actualiter: ergo eius oppositum essentialiter est, quod fiat

**13**  
*Probat.*  
*efficacit.*  
*conclusio*

**14**  
*Obijc.* 4.

*Retorq.*

fiat

fiat in instanti. Probatur antecedens: motus successivus essentialitèr dicit actum: ergo essentia motus successivi est, quod vna pars, commensurata parte temporis, fluat post aliam, commensuratam alia parte temporis actualitèr. Probatur antecedens: motus successivus est relatio; sed relatio essentialitèr dicit actum referendi: ergo motus successivus essentialitèr dicit actum. Probatur minor: relatio essentialitèr distinguitur ab absoluto; sed

hoc esset falsum, si relatio non diceret essentialitèr actum referendi: ergo relatio essentialitèr dicit actum referendi. Probatur minor: absolutum dicit aptitudinem ad referendum: ergo relatio essentialitèr dicit actum referendi. Respondeo, quod absolutum dicit per accidens aptitudinem referendi, quia per se dicit aptitudinem essendi ad se; relatio verò dicit aptitudinem per se essendi ad aliud.

*Respond.*

# QUÆSTIO

## QUINTA.

Utrum ens univocè dicatur de Deo, & creaturis, substantia, & accidenti?

§. I.

*Necessaria ad questionem supponuntur.*

**N. I.** **U**T ad principales Methaphisicæ difficultates inter Scotistas reperitas, & à me contra Mastrium, & alios Scotistas declarandas, perveniam, necessarium est, disputationè propositam, Scotistis communem, declarare, & ab ea principium sumere. Pro quo.

Suppono primo: ad tollendam æquivocationem inter æquivocum, univocum, analogum, ab vno, & ad vnum, quod circa hos terminos æquivocum, & univocum clara est sententia Aristotelis in antepredicamentis, dicentis: *Æquivoca dicuntur, quorum nomen est*  
com-

2  
*Suppo. I.*

*commune, ratio verò substantia est diversa secundum illud nomen.* Vni voca autem dicuntur, quorum nomen est commune, ratio verò substantiæ est eadem secundum illud nomen. Exemplum primi ponitur communiter in cane respectu animalis latrabilis, piscis marini, & Syderis Cœlestis, qui solum est commune quoad nomen, non quoad rationem, seu quoad differentiam: quia Canis in communi non habet vnam differentiam, in qua conveniunt animal latrabile, piscis marinus, & Sydes Cœlestis. Exemplum secundi communiter assignatur in animali respectu hominis, & equi; nam homini, & equo convenit, & nomen *animal*, & ratio animalis: ita quod licet homo, & equus, ut potè, diversæ species, diversas habeant differentias, tamen ut conveniant in illo nomine *animal*, eandem habent differentiam, scilicet, esse substantiam, animatam, sensibilem.

Suppono secundo pro declaratione analogiæ, analogia esse illa, quorum nomen est commune, ratio verò significata per illud nomen partim est eadem, & partim diversa. Ex qua analogorum diffinitione, ab omnibus re-

cepta, deducitur analogiam in nominibus debere præferre aliquam rationem, quæ aliquam vnitatem, simul & diversitatem importet, ut ex eius descriptione clarè constat. Et ut hoc magis clarescat.

Suppono tertio: duplicem esse analogiæ speciem; nam etiam si aliæ assignentur, ad hæc tamen duo reducuntur. Vna est proportionis, seu similitudinis, vel proportionalitatis, quæ licet rationes habeant simpliciter diversas, quia tamen sunt proportionaliter similes, ideo participant commune nomen, quo pacto membrum, quod est principium vite animalibus, est ipsis analogum, nam in sanguineis, est cor; in non sanguineis est aliquid cordi proportionem, & similitudine correspondens, quia fungitur in his eodem munere, quo cor fungitur in sanguineis. Hoc etiam analogiæ genere dicuntur vnum os, & spina, quia eisdem funguntur muneribus.

Altera analogiæ species dicitur attributionis, seu comparationis, vel inæqualitatis, quæ propriè dicitur ab Aristotele ab vno, sive ad vnum, & hoc modo illa dicuntur vnum, quæ ab vno aliquo,

4  
Suppo. 3.

Duplex  
analogiæ  
species  
declaratur.  
Primæ

5  
Secundæ

3  
Suppo. 2.

ad



ad quod habent attributionem, dependent, quatenus talia sunt. Et hoc modo sæpè docet Aristoteles, sanitatem analogicè dici de animali, cibo, medicina, & urina, per habitudinem, quam dicunt ad sanitatem, quæ in solo animali propriè reperitur. Et similiter hoc docet de speciebus respectu sui generis, quia habent ordinem essentialitatem. Vult enim 10. *Methaph.* quod in quolibet genere sit unum primum, quod est metrum, & mensura omnium aliorum in illo genere; & de hac unitate attributionis, ait Scot. in 1. *distinct. 8. quaest. 3. Respondendo ad tertium, & in 1. dist. 3. quaest. 3. litt. 2. Respondendo ad secundum contra univocationem entis*, quod est unitas minor unitate univocationis, & maior unitate æquivocationis, quod latius patebit in probationibus nostræ conclusionis.

6  
Suppo. 4. Suppono quarto: analogia in re, & materialitèr semper cum univocis, vel æquivocis coincidere, ita ut impossibile sit, conceptum purè analogum assignare: nam vel ratio significata per nomen est eadem, & sic cum univocis, vel est diversa, & sic cum æquivocis coincidit. Formalitèr autem, fem-

per alia est ratio univocationis, æquivocationis, & analogiæ: nam si analogum coincidit cum univoco, ratio univocationis in unitate nominis, & rationis constituit; analogia verò in illa unitate ordinis, & attributionis unius ad aliud; si verò coincidit cum æquivoco, ratio æquivocationis constituit in illa unitate nominis, cui diversæ rationes correspondent; ratio verò analogiæ in illa unitate proportionalitatis, aut attributionis unius ad aliud, quatenus illo communi nomine participant. Sic Scotus in 1. *distinct. 8. quaest. 3. subtil. E.* Neque hoc si bene adverteret, negaret Merinerus illust, ut negat in 1. *tom. disput. 1. de Æquivocis, quaest. 1. Quid sit analogia: num. 8. 9. & 10.*

7  
Ex quibus deducitur distinctio inter analogiam similitudinis, seu proportionis, & analogiam attributionis reperta quod illa nunquam coincidit cum univocis, nam vel ratio significata per illam est eadem in re, & sic destruitur talis analogiæ species, ut est clarum; vel diversa, & sic cum æquivocis coincidit; analogia autem attributionis, & coincidit cum æquivocis, ut in exemplo de animali, cibo, & medicina.

respectu sanitatis, in qua analogantur analogia attributionis, quia dicunt habitudinem ad sanitatem, & æquivocantur, quia non est eadem ratio in illis; nam sanitas propriè, & intrinsicè est in animali; in medicina est solum tanquam in causa effectiva, in cibo tanquam in conservativa, & in urina tanquam in signo; & coincidit cum univocis, nam species univocantur in tuo genere, & analogantur in eodem ex Aristotele 10. *Metaph.* concedente ordinem essentialè inter species eiusdem generis, quæ est analogia attributionis. His ita suppositis ad tollendam æquivocationem dictorum terminorum.

8  
Suppo. 5.

Suppono quinto: quod quatuor univocationis gradus communiter assignari solent, in quorum primo univocantur illa, quæ habent eandem rationem formalem, eundem modum essentialè, eundem ordinem essentialè, & eundem gradum perfectionis, in quo gradu solum species infima est individuè univoca. In secundo gradu univocantur illa, quæ habent tres primas conditiones; illis tamen deficit quarta, & hoc modo species univocantur in genere. In tertio gradu univocantur il-

la, quæ habent duas primas conditiones; tertia tamen, & quarta illis deficiunt; sic numerus est univocus univario, & ternario. In quarto deniquè univocantur, quæ habent tantum primam conditionem, quod sufficit ad univocationem simpliciter, ut claret ex diffinitione univocorum.

Suppono ultimo: hic supponi dari conceptum entis à Deo, & creatura, substantia, & accidenti, præcisum, illisque communem, si vè ei correspondeat à parte rei realitas aliqua communis, si vè non; nam de hoc est tantum inter Scotistas contentio, & quæstio de univocatione est inter Thomistas, & Scotistas desidium; quia prædicto conceptu admissio à Thomistis, ut benè notavit Faber *theorem.* 95. *cap.* 1. & à Suario concessio, ut advertit Mastrius *quæst. præsentis num.* 122. adhuc negant ens univocè dici de substantia & accidenti, Deo, & creaturis, cuius ratio est, nam supposito, quod conceptus entis communis in suis includatur inferioribus, difficultas ad hoc, ut sit univocus, itat in modo: an scilicèt ille conceptus debeat ab inferioribus participari æqualitèr, vel nihil impediatur ad univoca-

9  
Suppono  
ultimo.

tio.

tionem, quod participetur secundum prius, & posterius, & ordine quoddam ab inferioribus? Circa quod, quatuor sunt oppositæ sententiæ. Prima asserit, ens esse merè æquivocū, ita quod nec in conceptu, sed solo in nomine entis inferiora conveniant. Secunda docet: esse merè univocum absque vlla analogia. Ita Arriaga, Obiedo, & Mairon à Mastro citati. Tertia docet: esse merè analogum. Sic Divus Thomas, cum suis à Mastro citatus. Quarta deniquè asserit: ens esse analogum analogia attributionis, quæ univocationem, saltem in quarto gradu à nobis proposito, secum compatiatur.

## §. II.

*Statuitur conclusio, & probatur.*

IO  
Conclus.

**S**it ergo nostra conclusio: ens est analogum analogia attributionis, quæ univocationem saltem in quarto gradu à nobis proposito secum compatiatur. Quam conclusionem docet Doctor *quæst. 21. de Anima, & 4. Methaphis. quæst. 1. & in 1. dist. 3. quæst. 2. & in 1. dist. 8. quæst. 3.* quem omnes eius secuntur Discipuli. Probatur conclusio quoad omnes partes, &

in primis quoad partem, quam excludit, scilicet, ens non esse æquivocum substantiæ, & accidenti, Deo, & creaturæ, probatur primo authoritate Aristotelis *4. Methaphis. text. 2.* ubi ait: *Ens dici ad unum, & ad aliquam unam naturam, & non æquivocè. Et 11. Methaph. cap. 3.* ait: quod si ens diceretur æquivocè, id est, multipliciter, secundum rationem autem nihil; non caderet sub vna scientia; at ens, in quantum ens, universaliter cadit sub vna scientia: ergo ens non est æquivocum substantiæ, & accidenti, Deo, & creaturæ.

Probatur etiam ratione Divi Thomæ *in 1. part. quæst. 13. artic. 5.* Et Scoti *in 1. dist. 3. quæst. 2.* quia si ens esset æquivocum ad Deum, & creaturam, nihil posset de Deo cognosci, & demonstrari ex creaturis; sed hoc est contra Philosophos, multa de Deo ex creaturis demonstrantes, & contra Apostolum *1. Corinth. dicentem: Invisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspici:* ergo ens non est æquivocum Deo, & creaturæ, &c. Maior patet: nam si ens esset æquivocum: ergo similiter, & alia communia prædicata Dei erunt æquivoca: ergo arguendo ab his, quæ sunt in

*Authoritate Aristotel. probatur.*

II  
*Ratione D. Thom. probatur.*

creatura, ad Deum, interve-  
nirer semper fallacia equivo-  
cationis: ergo, &c. Hæ, &  
omnes rationes infra ponenda,  
probant etiam de ente  
respectu substantiæ, & acci-  
dentis.

12  
Confir-  
matur I.

Confirmatur primo: si  
ens esset æquivocum, non  
haberet passiones; passio  
enim unam, & determina-  
tam consequitur naturam;  
sed hoc est falsum: ergo ens  
non est æquivocum Deo, &  
creaturæ, substantiæ, & ac-  
cidenti. Confirmatur secun-  
do: æquivocum non habet  
vnitatem sufficientem ad es-  
se medium in demonstra-  
tione; sed ens vt sic potest  
esse medium in demonstra-  
tione: ergo ens nequit esse  
æquivocum, &c. Maior ab  
omnibus conceditur. Minor  
probatur: nam potest quis  
sic arguere: omne ens est  
bonum, Deus est ens: ergo  
est bonus; sed hæc est de-  
monstratio, & ens vt sic est  
medium: ergo ens vt sic po-  
test esse medium in demon-  
stratione.

Secundo.

13

Quo ad alteram partem,  
in qua analogia entis asseri-  
tur, est communiter certa, &  
probatur primo autoritate  
Philosophi citati: *Ens dicitur  
ad unum, & ad aliquam unam  
naturam; sed hoc est, esse  
analogum: ergo ens analo-*

gum est. Item: Scotus locis  
omnibus citatis, licet ponat,  
ens esse univocum, subdit  
tamen, esse analogum, quia  
analogia stat cum univoca-  
tione imperfecta, qualis est  
univocatio entis: ergo ex  
Philosopho, & Scoto ens est  
analogum.

Probatur primo ratione:  
creatura in ratione essendi  
talem attributionem habet  
ad Deum, vt analogiam in-  
ducat: ergo ens analogum  
est. Probatur antecedens:  
Deus est ens per essentiam,  
creatura per participationem.  
Item: ens habet diversum  
modum essendi in Deo, ac  
in creatura, nam in Deo est  
infinite, in creatura fini-  
tum. Item: habet diversum  
ordinem essentialem, prius  
enim est in Deo, quam in  
creatura, & tandem habet  
diversum gradum perfectio-  
nis essentialis, quia Deus est  
perfectissimum ens, creatu-  
ra verò multis scatur imper-  
fectionibus; sed ens per par-  
ticipationem attributionem  
dicit ad ens per essentiam, fi-  
nitum ad infinite, poste-  
rius ad suum prius, & imper-  
fectum ad perfectum: ergo  
creatura attributionem di-  
cit ad Deum, in ratione en-  
tis, quæ sufficiens est ad ana-  
logiam inducendam. Patet  
consequentia: nam vt toties  
dixi,

14  
Prob. I.  
rationes



dixi, inæqualitas essentialis in descensu rationis communis ad inferiora sufficit ex Scoto, & Philosopho ad analogiam inducendam.

Quo ad alteram verò partem, in qua asseritur: ens esse analogum analogia attributionis, suppono ad eius probationem, quod hæc analogia (& similiter dicitur de analogia comparationis) dupliciter contingere potest, vel ita, quod primum tantum analogatum propriè tale denominetur per formam sibi intrinsecam, reliqua verò solum extrinsecè, ratione solum illius habitudinis, quam habent ad illud primum, quo pacto sæpè docet Aristoteles: sanitatem analogicè dici de animali, cibo, medicina, & vrina, quia propriè, & intrinsecè sanitas solum reperitur in animali, extrinsecè verò in alijs, vt manet dictum; vel ita, quod omnia analogata formam illam propriè, & intrinsecè includant, licèt cum subordinatione, & dependentia vnus ad aliud, vel amborum ad tertium, & hunc analogiæ modum concedit Philosophus 10. *Metaphisicæ* speciebus respectu sui generis. Hoc supposito.

Dico: ens esse analogum substantiæ, & accidenti, Deo,

& creaturis, analogia attributionis, secundo modo accepta. Sic Scotus clarissimè in 1. *dist. 3. quæst. 3. lit. Q.* Et hoc indicat in 4. *distinct. 12. quæst. 1. litt. H.* & probatur: nam creatura habet suam intrinsecam, & essentialem entitatem distinctam à Deo, & accidens similiter respectu substantiæ; sed creatura habet hoc esse in habitudine, & essentiali subordinatione ad Deum, & accidens habet suum esse cum subordinatione ad substantiam, sic, quod naturalitèr saltim existere nequeat sine illa, qua de causa dixit Aristoteles, accidens non esse absolutè ens, sed entis ens, scilicèt, substantiæ, quia non existit nisi in substantia: ergo tam Deus, & creatura, quàm substantia, & accidens participant ens cum habitudine vnus ad aliud; sed hoc est prædictum analogiæ genus, secundo modo acceptum: ergo hoc genere analogiæ analogantur.

Item: ens tam respectu Dei, & creaturæ, quàm substantiæ, & accidentis, habet diversum modum essendi, diversum ordinem essentialem, & diversum gradum perfectionis essentialis, non obstante, quod quodlibet sit intrinsecè ens: ergo analogantur.

*analogia ens sit analogum, ostenditur 1.*

15  
*Analogia attributionis dupliciter potest contingere.*

17  
*Secundæ*

16  
*Quæ*

gantur prædicta analogia.

18  
 Conclusio pro 2.  
 parte pro  
 bat. 1. ex  
 Aristot.

Quo ad ultimam denique conclusionis partem, in qua asseritur, cum prædicta analogia entis, univocationem in quarto gradu à nobis posito, consistere, probatur primo ex Philosopho 10. *Metaphisic.* ubi concedit ordinem essentialem inter species eiusdem generis, quia vult, quod in quolibet genere sit unum primum, quod est metrum, & mensura aliorum omnium in illo genere; atqui mensurata dicunt ordinem essentialem ad mensuram: ergo species dicunt essentialem ordinem ad suum genus, quod est mensura; sed non obitante hac attributione, nemo negat, conceptum generis univocè dici de speciebus: ergo cum analogia attributionis stat univocatio: ergo cum hæc sit analogia entis respectu Dei, & creaturæ, substantiæ, & accidentis, optimè stare potest cum univocatione in quarto gradu.

19  
 Confirmatur 1.

Confirmatur primo, magis adversarios urgendo: tanto analogia excluditur, quanto univocatio est perfectior. Patet hæc propositio: nam quia individua perfectissimè univocantur, omnem excludunt analogiam; sed stat analogia attributio-

nis ex Philosopho cum univocatione perfectiori univocatione in quarto gradu: ergo & subsistit cum hac univocatione. Minor est Philosophi, concedentis analogiam cum univocatione in secundo gradu, in quo univocantur species, quæ est perfectior univocatione in quarto gradu, ut ex se patet. Consequentia est legitima: atqui nos solum damus, ens esse univocum in quarto gradu: ergo, &c.

Confirmatur secundo ex Philosopho *citato*: numquam aliqua comparantur ut mensurata ad mensuram, vel excessiva ad excedens, nisi in aliquo vno convenient aliquantulè univoco, præcipue si illud, in quo comparantur, intrinsicè dicitur de illis; sed Deus, & creatura, substantia, & accidens comparantur ut mensurata ad mensuram, vel excessiva ad excedens in entitate, quæ intrinsicè dicitur de illis: ergo in entitate aliquo modo univoca convenient. Maior patet: nam sicut comparatio simpliciter est in simpliciter univoco ex 7. *Philosorum*, text. 24. ita omnis comparatio est in aliquantulè univoco, quod ulterius claret: nam quando dicitur, hoc est perfectius illo, si queratur quid perfectius? Necess.

20  
 Secundus

cesse est, assignare aliquid commune utriusque extremo comparationis; non enim homo est perfectior homo, quam asinus, sed perfectius animal, in quo univocantur. Minor ab omnibus conceditur, consequentia est clara. Atqui omnis comparatio est analogia comparationis, quia est attributio unius ad aliud: ergo cum hac analogia stat univocatio.

Probatur secundo ratione: proportio est ratio, quæ fundatur super unitatem, ex 5. *Metaphis. cap. de Relativis*, ubi dicitur, hæc tria, scilicet, æqualè, idem, & simile, fundari super unum; sed omne analogum attributionis includit similitudinem: ergo illa similitudo fundatur in aliqua unitate: ergo illud analogum aliquomodo unum est: ergo ei non repugnat stare cum univoco, licet formaliter non sit tale.

Declaratur ratio: nam ex suppositione quarta, inter univocum non mediat analogum per ab negationem extremorum, quasi dari possit purum analogum, quod nec sit univocum, nec æquivocum, ratione ibi allata ex contradictione deducta: ergo analogum erit, vel cum æquivocatione, si importat diversas rationes, vel

cum univocatione, si importat eandem: ergo analogia ex sua ratione univocationem non excludit: ergo ex eo, quod ens sit analogum Deo, & creaturæ, substantiæ, & accidenti, non tollit univocationem ab eis.

Denique, quod analogia non excludat univocationem, probatur per singulas discurrendo: (seclusa analogia per metaphoram dicta, quam nullus enti respectu Dei, & creaturæ concedit) nam si ponatur ens analogum analogia attributionis per participationem intrinsecam formæ ab omnibus analogatis, ex dictis patet, univocationem non impedire. Si ponatur analogum analogia transcendentem, ut aliqui volunt, non impedit, quia transcendentia non impedit omnimodam entis identitatem in statu præcisivo, ut ipsi fatentur: sed hoc sufficit ad univocationem ex infra dicendis: ergo, &c. Si ponatur analogum analogia inæqualitatis, ut alij volunt, cum hæc inæqualitas sit extrinseca enti, & solum ex modis contrahentibus, vel differentiis procedens, univocationem non impedit, ut ipse Suarez fatetur. Denique si cum Thomistis ponatur analogum analogia propor-

23  
Amplius  
declaratur.

21

Prob. 2.  
ratione.

22

Declaratur ratio

tio.

tionis, & attributionis, per denominationem extrinsecam, adhuc non desunt, qui cum hac analogia univocationem compatiuntur, etsi nos hoc absolute negemus: ergo analogia non excludit univocationem: ergo stabit, ens esse analogum, & univocum Deo, & creaturæ, substantiæ, & accidenti.

24  
Prob. 3.

Probatum tertio, ex parte univocationis, quæ ex natura sua secum compatiatur prædictam analogiam: quia ex Scoto in 1. dist. 8. quæst. 3. lit. E. unitas attributionis minor est unitate univocationis; sed maior unitas secum compatiatur minorem unitatem: ergo stat, ens esse analogum, & univocum Deo, & creaturæ, &c. Maior est Scoti, & constat ratione; nam unitas univocationis constituitur per unitatem conceptus, vel realitatis, ab inferioribus perfecte præcipientis; unitas verò attributionis involuit, vel plures rationes inter se proportionem habentes, vel plures habitudines ad unam formam. Minor patet; nam quæ sunt unum specie, sunt unum genere. Consequentia inferitur.

25  
Confirm.

Confirmatur: quia univocatio non consistit in indivisibili: ergo statius unitas cum analogia. Probatum

antecedens: univocatio habet latitudinē gradualē per quatuor gradus iam explicatos in suppositione quinta; sed ratione huius latitudinis distingui solet in univocationem perfectam, & imperfectam, & hæc dicitur magis, & minus, secundum quod magis, & minus habet analogiæ mixtum: ergo univocatio non consistit in indivisibili.

Respondet Pasqualig: negando assumptum, quia non datur imperfecta unitas; nam unitas tolli non potest, nisi per multiplicitatem, & hæc ex natura sua perfecte unitatem tollit: ergo cum unitas, & multiplicitas consistant in indivisibili, si altera ab altera tollitur, adæquatè tollitur; unde concludit, dari non posse aliquid, quod non sit perfecte unum, aut perfecte multiplex, & ideo cum univocatio consistat in unitate, nequit cum univocatione analogia consistere, quia hæc plures involuit habitudines.

Sed contra primo: quia tam in unitate, quam in multiplicitate, datur latitudo: ergo ruit solutio. Probo antecedens: quia Arist. 5. Meth. text. 12. plures gradus unitatis distinguit, ait enim: *Alia numero, alia genere, alia specie, alia analogia unum sunt;*

26  
Respondi  
Pasquali

27  
Contr. II



sed cum vnitate specifica stat numeralis multiplicitas, & cum multiplicitate specifica stat vnitas generica: ergo non quælibet multiplicitas destruit vnitatem: ergo non quælibet vnitas est perfecta, ita quod nullam secum com patiatur multiplicitem: ergo tam in vnitate, quam in multiplicitate, datur latitudo.

28  
Contr. 1. Contra secundo: similitudo, & convenientia fundatur super vnitatem; sed non quælibet similitudo est summa, & omnino perfecta: ergo neque vnitas, super quam fundatur. Maior est Philosophi s. *Metaphisica*. Minor claret, a loquin non esset maior convenientia inter Petrum, & Paulum, quam inter Petrum, & Bucefalum. Consequentia legitime infertur.

29  
Prob. 4. Probatur quarto ex ipsa vnivocorum diffinitione: vnivoca sunt, quorum nomen est commune, ratio vero substantiæ est eadem secundum illud nomen; sed ratio entis est eadem in Deo, & creatura, habet enim vnū conceptum præcissum à suis inferioribus: ergo est vnivocum illis. Nec valet dicere, ens inæqualitèr descendere ad inferiora, quæ inæqualitas vnivocationem tollit.

Non valet, quia æqualitas descendendi ad inferiora non est conditio necessaria ad vnivocationem simpliciter, & absolute sumptam, vt patet ex eius diffinitione, sed tantum ad eius perfectionem. Et vt hoc aduersarij concedere teneantur.

30  
Prob. 5. Probatur quinto: vnivoca, & æquivoca, opponuntur: ergo per rationes oppositas constituuntur; atqui æquivocum præcissa æqualitate, vel inæqualitate, solum per multiplicationem rationum formalium constituitur: ergo eadem præcissione facta, vnivocum per vnitatem eiusdem rationis communis constituitur: ergo ad vnivocationem non requiritur æqualitas descendendi in inferiora.

31  
Efficacia proba- tionis ostenditur. Adeo hæc manifesta est ratio, vt si aduersarij aliquid amplius, quam vnitatem rationis, ad vnivocationem desiderent, nec diffinitionem vnivocorum receptam admittunt, & quæstionem de nomine faciunt. Et quando dicunt, se Scoto aduersari, vel ipsum non legerunt, vel cum non intellexerunt, quia vt quæstionem de nomine obiaret Doctor, sic ait: in 1. dist. 3. quæst. 2. litt. B. Et ne fiat contentio de nomine vnivocationis, conceptum vnivocum dico,

qui ita est vnus, quod eius vnitas sufficit ad contradictionem, affirmando, & negando ipsum de eodem, & sufficit pro medio syllogistico, vt extrema vnita in medio, sic vno, sine fallacia æquivocationis concludantur inter se vnum. Vbi ostendit, nomine vnivoci solum intelligere vnivocum, quod opponitur æquivoco, cuius namquæ vnitas ad contradictionem non sufficit. Omitto alias rationes, quas ad hoc adducit Scotus in 1. distinct. 3. quæst. 2. quæ à Fabro theorumate 95. latè tractantur.

Nunc autem probatur vltimo conclusio, quod omnes partes ex Philosopho: nam 4. Metaphis. text. 2. cum docuisset, Deum, & creaturam, substantiam, & accidens, de quibus agit metaphisica, esse ad vnum, significare volens, quo pacto omnium istorum possit esse scientia, hæc subdit verba: *Non enim solum eorum, quæ secundum vnum dicuntur, verum etiam verum, quæ ad vnam naturam dicuntur, vnus scientie est speculari; etenim hæc etiam quoddammodo secundum vnum dicuntur.* Ex quibus verbis sic argumentum efformatur: nam quando ait Philosophus. non solum eorum, quæ secundum vnum dicuntur, certum est, intelli-

gere de vnivocis, nam in sententia omnium interpretatum, per ly *secundum vnum dicuntur*, significatur vnivocum; quando autem ait: *Quæ ad vnam naturam dicuntur*, loquitur de analogis; hæc enim appellat ad vnum, ob attributionem, quam dicunt ad vnum primum; quando tamen ait: *Hæc quoddammodo dici secundum vnum*, significat analogia posse dici vnivoca, & cum analogia entis vnivocationem stare; addit tamen ly *quoddammodo*, vt indicaret vnivocationem in gradu imperfecto, quia vnivocatio in gradu perfectissimo non stat cum analogia: ergo ex Philosopho habetur, ens tam respectu Dei, & creaturæ, quam substantiæ, & accidentis, esse analogum analogia attributionis, quæ vnivocationem in quarto gradu, quæ est imperfecta, secum compatiatur, quæ fuit nostra adæquatè conclusio.

## §. III.

*Triplici argumento occurritur.*

**O**bjicies primo plures authoritates Philosophi probantes, ens esse merè æquivocum. Et primo Porphirius capit. de Specie, citat Aristotelem dicentem: si quis

om-

32

Probat.  
deniquè  
conclusio

Formatur ratio

33

Objec. 1.  
ab authoritat. 1.

**Secundo** omnia entia vocet, æquivo-  
cè nuncupabit. Item 1. *Phisicorum, text. 13.* arguens contra Parmenidem, & Mellisum, allumit, ens multipliciter dicitur, id est, æquivo-  
cè, arguit enim sic: si omnia sunt vnum ens, vt illi Philosophi dicebant, vel suat hoc vnum ens, vel illud vnum ens, quæ consequentia non teneret, si ens non esset æquiuocum.

**Tertio. Exemplū** Item 4. *Methaphisic. text. 21.* rursus ait: ens dici multipliciter, & dici de entibus, sicut sanum de sanis; at sanum æquivo-  
cè dicitur secundum omnes; ergo ens est æquiuocum. Item 7. *Methaphisic. text. 15.* ait: accidentia esse entia, sicut logici dicunt, non ens esse ens, & non scibile esse scibile; sed in his est æquiuocatio: ergo. Item ibidem *text. 2. 14. & 15.* ait: accidentia esse entia secundum quid, id est, entis entia; sed ei, quod est simpliciter tale, & secundum quid tale, nihil est vniuocum: ergo. Item 1. *Ethic. cap. 6.* ait: bonum tot modis dici, quot ens æquivo-  
cè, non à casu, sed à consilio.

**Ultimo.** Item Damascen. *in sua Logica tenet*: ens ad alia entia se habere æquivo-  
cè, quia sola vox est communis: ergo ens non est vniuocum.

34 Respond. ad 1.  
in 1. *dist. 3. quæst. 3. §. Contra*

*illam vniuocationem, & primo ad Porphyrium, inquit, citare Aristotelem, sed locum non inueniri. Ad secundum respondet, Aristotelem loqui de multiplicitate suppositorum, seu inferiorum, quæ stat cum vniuocatione; non verò significatorum, quæ est propria æquiuocorum; imo, hoc esse Aristotelis intentum, patet; nam arguebat ad hominem contra Philosophos dicentes, omnia esse vnum, loquendo de aliquo vno determinato, in qua hypotesi bonum erat Aristotelis argumentum. Ad tertium eodem modo respondeo. Ad exemplum de sano respondet, quod solum intendit, ens analogicè dici de entibus, præseindendo ab vniuocatione; quare ait Scotus in 4. *dist. 12. quæst. 1. litter. H.* exempla illa ita debere intelligi, vt simile illud non currat quatuor pedibus. Et in 2. *dist. 12. quæst. 2. lit. G.* ait, quod si ita est in isto exemplo de sano, quod ibi sit analogia sine vniuocatione, in centum alijs est contrarium. Ad quartum eodem modo respondet, & sic exponit Doctor, esse analogiam, sed non talem, qualis est in illis exemplis, quia ibi est cum vniuocatione, & in ente cū vniuocatione coniuncta.*

Ad 2.

Ad 3. &amp; ad exemplum.

Ad 4.

35  
Ad 5.

Ad quintum dico, accidentia esse entia secundum quid; ita quod *ly secundum quid* non sit distractivum entitatis ab accidente, sic quod verè, & realitèr non participet rationem entis, ut homo pictus dicitur secundum quid homo; sed quod *ly secundum quid* sit tantum diminutivum perfectionis entitatis, quia accidens deficit à perfectione entitatis substantiæ.

Ad 6.

Ad sextum ait Doctor: non esse illa verba in Philosopho, sed solum dicere, bonum tot modis, quot ens, quibus verbis ibi negat universalitatem, quam aprobat Plato ad ideam boni; non verò communiter univocationis.

Ad ultimam.

Ad ultimum de Damasceno dico primo, illud in sua Logica non habere, imò in oppositum ab alijs citatur. Secundo, supposito, quod illa habeat, dico, solum velle, ens esse æquivocum, ut opponitur limitatæ seu prædicamentali univocationi, non verò transcendentem, quomodo aliqui ex Scoto 4. *Metaphisicæ. quæst. 1.* respondent ad primam auctoritatem ex Porphyrio.

36  
Obijc. 2.

Obijcies secundo, probando ens esse merè analogum: quando aliquis effectus non adæquat virtutem causæ, nomen illis commune non est

univocum, sed solum analogum; sed creaturæ sunt effectus Dei, in nullo adæquantur virtutem eius; ergo ens est merè analogum. Probatur maior: nam quando effectus non adæquat virtutem causæ, non recipit similitudinem eius secundum eandem rationem: ergo quando aliquis effectus non adæquat virtutem causæ, nomen illis commune non est univocum, sed analogum. Confirmatur primo: ens diverso modo prædicatur de Deo, ac de creaturis: ergo non secundum eandem rationem. Confirmatur secundo: nihil convenit Deo, & creaturis secundum eandem rationem; nam sapientia in Deo est substantia, in creatura verò qualitas: ergo ens diverso modo prædicatur de Deo, & creaturis. Confirmatur tertio: ob distantiam quarundam creaturam ab invicem non habent aliquod commune univocum: ergo multo magis erit de Deo, & creatura, utpotè, magis distant. Confirmatur quarto: nihil potest univocè dici de exemplari, & exemplato; sed Deus est exemplar, & creatura exemplata: ergo Deus, & creatura non conveniunt univocè.

Confirmat. 1.

Secunda

Tertio.

Quarto.

Respondeo primo ad argu-

37



Resp. I.  
ad arg.

gumentū distinguendo maiorem: quando aliquis effectus non adæquat virtutem causæ in nullo conceptu, nomen illis commune non est univocum, sed analogum, omito maiorem: quando non adæquat in hoc, vel illo, adæquat tamen in aliquo, subdistinguo, non est univocum in illis, in quibus non adæquat, omito maiorem: in quo adæquat, nego maiorem, & minorem, quia licet non adæquet creatura virtutem Creatoris secundum rationem particularem; adæquat tamen in simplicissimo conceptu entis, qui consistit in habere esse in rerum natura citra opus intellectus, quæ notio ut sic æquæ Deo, & creaturæ convenit, consistit enim in indivisibili.

38  
Secundo  
Tertio.

Respondeo secundo aliter distinguendo maiorem: quando aliquis effectus non adæquat virtutem causæ, nomen illis commune non est illis univocum, univocatione in primo gradu, seu physica, concedo maiorem: in alio gradu, nego maiorem. Omito minorem, & distinguo similiter consequens. Ratio huius iam constat ex suprâ dictis. Tertio aliter distinguo: nomen illis commune non est vai-

vocum univocatione pura omnem analogiam excludente, concedo maiorem; non pura, non omnem analogiam excludente, nego maiorem, omito minorem, & distinguo similiter consequens.

Quarto, retorqueo argumentum: ignis, & aurum, à Sole producta, sunt substantiæ univocè cum Sole; sed non adæquant virtutem Solis: ergo cum non adæquatione virtutis causæ stat univocatio effectus cum causa: ergo falsa adhuc in opinione adversariorum est illa argumenti maior, quando aliquis effectus, &c.

Instant Complutenses: maiorem illam debere intelligi in sensu formali, scilicet, quod effectus in illa ratione, in qua est effectus, non adæquans virtutem causæ, non potest cum illa univocè convenire, licet in alia ratione, secundum quam non habet rationem effectus, possit univocè convenire, quod explicant in Sole, & auro; nam aurum secundum gradum corporis, & substantiæ non est effectus Solis, nisi per accidens, & ideò in illis possunt univocè convenire; si autem secundum propriam rationem, secundum quam producit, non adæquat virtutem

39  
4. Retor-  
queo.

40  
Dices cū  
Coplut.

tem Solis, erit proculdubio analogum; ex quo sequitur, creaturam nullo modo posse univoçè convenire cum Deo, utpotè, secundum omnem rationem à Deo producta est, & secundum nullam adæquans eius virtutè.

Contra: nam in primis falsum est, quod aurum procedat à Sole per se secundum rationem propriam, & secundum rationem communem substantiæ per accidens; quia, ut ait Scotus *in 4. dist. 1. quæst. 1. litt. D.* non est tanta distinctio inter rationem propriam, & communem in effectu, quod ab alia, & alia causa per se esse possint; sed attingens propriam, & communem. Item hoc admissio, eisdem distinctionibus, ac argumentum distincti, antecedens, & consequens distinguo.

Ad primam, & secundam confirmationem, distinguo antecedens: ens, ut contractum, diverso modo prædicatur de Deo, & creaturis (similiter de secunda confirmatione) concedo antecedens; ut præcissum, nego antecedens, & distinguo similiter consequens. Item retorqueo argumentum: animal diverso modo est in homine, ac in bruto, ut patet: ergo non prædicatur de illis

secundum eandem rationem, contra ipsos. Ad tertiam confirmationem respondeo, quod sicut nequeunt creaturæ à Deo ab invicem distare secundum rationes proprias, ut saltem non conveniant in conceptu entis finiti; ita nequeunt Deus, & creatura adèd invicem distare secundum rationes proprias, ut saltem in conceptu transcendentem non conveniant; quare negatur antecedens.

Ad quartam distinguo maiorem: nihil potest univoçè dici de exemplari, & exemplato, secundum quod exemplatum existit in mente exemplaris, concedo maiorem; quia sic tantum habet esse diminutum, & secundum quid. Secundum esse quod habet exemplatum actu, nego maiorem; concedo minori, distinguo similiter consequens.

Obijcies tertio ex Pasqualigio probante, ens non esse analogum attributionis per denominationem intrinsecam: analogum per attributionem ad aliud ab ipso sumit denominationem, ut patet de sanitate; sed analogum per denominationem intrinsecam non indiget denominatione ab alio, cum ex se sit tale: ergo ens non est

Ad 3.

43  
Ad 4.44  
Objc. 37

ana.

41  
Contra.42  
Ad 1. &  
2. confir-  
mat. res-  
pond.

analogum Deo, & creaturæ, cum intrinsicè Deus, & creatura participant entitatem. Confirmatur primo: quia esse intrinsicè tale, & per attributionem tale, opponuntur; quia hoc ab alio tale esse mendicat, non verò illud: ergo si Deus, & creatura sunt intrinsicè entia, &c.

Confirmatur secundo: quia attributio, quam dicit creatura ad Deum, non dicit illam tanquam ad formam denominantem; sed analogia per attributionem respiciunt formam analogiæ tanquam denominantem: ergo Deus, & creatura analogia non sunt. Confirmatur tertio: ordo creaturæ ad Deum est habitudo causati ad causam: ergo non est sufficiens ad analogiam inducendam; alioquin omnes alij effectus, etiam univoci, servarent analogiam ad suam causam.

Respondeo ad argumentum, distinguendo maiorem: analogum per attributionem ad aliud per extrinsecam denominationem, ab ipso sumit denominationem, ut patet in sanitate, concedo maiorem: per intrinsicam denominationem, subdistinguo: ab ipso sumit denominationem, ut sit tale absolute, nego maiorem; ut sit tale cum ordine ad illud,

concedo maiorem; distinguoque minorem: analogum per denominationem intrinsicam non indiget denominatione ab alio, ut sit tale absolute, concedo maiorem, ut sit tale cum ordine ad illud, nego minorem, & consequentiam.

Explico distinctionem: duo reperiuntur in analogis per intrinsicam denominationem, & esse, quod habent à forma intrinseca, & denominationem, quam dicunt ad quod attribuuntur. Primum non accipiunt ab alio, neque in hoc sensu sunt analogia univoca. Secundum accipiunt ab alio, quia est habitudo ad aliud, & in hoc sensu vocantur analogia. Exemplum stat in accidente, quod, ut dicatur ens, non indiget habitudo ad aliud; est enim tale per intrinsicam formam; ut verò sit ens dependens, indiget illo, & hoc modo tantum est analogum. Undè illa denominatio integra partim est intrinseca, & partim extrinseca: intrinseca, quia fundatur in forma intrinseca analogato; extrinseca, quia fundatur in ea non nudè sumpta, & ut ordinem fundat ad aliud analogatum. Dicitur denique absolute attributio intrinsicæ denominationis, tum ob formam

ana-

Confirmat. i.

Secundo

Tertio.

45

Respond. ad arg.

46

Explicatur solutio.

Exemplum.

analogam intrinsicè re-  
tam in omnibus; tùm ad dif-  
ferentiam alterius analogiæ  
attributionis, in qua analo-  
gata totalitèr talia denomi-  
nantur à forma existenti in  
principali analogato.

Ad primam confirmatio-  
nem, distinguo maiorem: esse  
intrinsicè tale, & per attri-  
butionem tale respectu eius-  
dem formæ absolutè accep-  
tæ opponuntur, concedo an-  
tecedens; cum habitudine  
sumptæ, nego antecedens, &  
consequentiam. Alijs termi-  
nis: respectu eiusdem formæ,  
sub eadem consideratione,  
concedo; sub diversa consi-  
deratione, nego. Et ratio est,  
nam sicut oculus dicitur vi-  
dens à visione, quæ est for-  
ma absoluta, oculo intrinseca,  
fundante tamen habitu-  
dinem ad obiectum, sic creatu-  
ra in præsent. Sic Scotus in 4.  
dist. 12. quæst. 1. lit. H. ubi lo-  
quens de substantia, & acci-  
dente, ait: *Quod in utroque  
extremo est aliquod absolutum,  
propter quod formalitèr  
utrumque dicitur ens, licèt su-  
per unum absolutum fundetur  
ordo ad aliud.*

Ad secundam concessa  
maiori, & minori de analo-  
gis per extrinsecam denomi-  
nationem; eamque nego de  
analogis per intrinsecam de-  
nominationem. Ad tertiam

respondeo, distinguendo an-  
tecedens: est habitudo cau-  
sati ad causam, habentibus  
communem rationem, im-  
perfectiori modo, & inequa-  
litàr participatam, concedo  
antecedens; ita perfectè, &  
æqualitèr, nego antecedens,  
& consequentiam. Respon-  
deo secundo, vt explicem  
distinctionem: quod præter  
dependentiam, requiritur ad  
analogiam inducendam præ-  
dicatum commune pluri-  
bus, & conveniens vni prin-  
cipalitèr quantum ad nomi-  
nis impositionem, & inde-  
pendentèr; alteri minus prin-  
cipalitèr, & dependentèr,  
quod non in qualibet causa  
invenitur, & effectum; nam  
calor, v. g. æquè primo sig-  
nificat calorem, ubi est de-  
pendentèr, & calorem ignis,  
ubi est independentèr, qua  
doctrina multa solvuntur  
argumenta.

## §. IV.

Occurritur quadruplici alio  
argumento.

O Bicies alitèr quarto  
probando, ens esse  
analogum proportionalita-  
tis: tùm, ab autoritate, quia  
Philosophus 12. *Metaphisic.*  
v. 4. in principio, & fine do-  
cet, principia prædicamen-  
torum, id est, prædicata com-

*Explicatur  
solutio.*

47  
*Ad 1. cõ-  
firmat.  
respond.*

*Alijs ter-  
minis.*

48  
*Ad 2.*

*Ad 3.*

49  
*Obijc. 4.  
ab auth.*



communis ipsi prædicamentis esse vnum proportionem, & analogiam: ergo ens tantum est analogum analogiæ proportionalitatis. Tum etiam ratione: quia sicut se habet Deus ad suum esse, ita creatura se habet ad suum; sed hæc est analogia secundum proportionalitatem: ergo. Item: si ens est quoque analogum attributionis, solum erit per extrinsecam denominationem, quia Aristoteles explicans entis analogiam 4. *Methaphis. text. 2. Et lib. 7. text. 14. & 15.* utitur exemplo analogiæ sanitatis ad animal, & medicinam, quæ solum est per extrinsecam denominationem, ut patet ex dictis; at hoc concedere nolumus: ergo cum ens sit æquivocum, &c.

Respondeo ad auctoritatem Philosophi, ibi non intelligere per principia prædicamentorum prædicata communia, sed materiam, formam, & privationem, quæ suo modo proportionaliter concurrunt ad mutationem accidentalem, sicut ad substantialem. Ad rationem concessam maiori, nego minorem, nam illa proportionalitas non est sufficiens ad talem analogiam inducendam, nam reperitur tam in univocis respectu suæ ra-

tionis communis, quam in æquivocis respectu nominis communis, imò tam in rebus diversæ speciei, nam ita se habent rationale ad constituendum hominem, sicut irrationale ad brutum; quam inter individua eiusdem speciei, inter quæ nulla versari potest analogia; quare illa analogia solum sequitur, quando proportionalitas fundatur, non in unitate alicuius rationis communis, sed solum in aliqua proportionem, quam dicit vnum analogum ad aliud: quod declaratur per exemplum de pede respectu plantæ animalis, basilectuli, & radici montis, quæ proportionantur ad invicem in munere sustinendi molem sibi impostam, quæ proportio non datur inter Deum, & creaturam. Ad additionem respondeo, Aristotel. solum voluisse, illo exemplo invenire analogiam entis, præscindendo ab eo, quod sit intrinsicæ, vel extrinsicæ denominationis; alioquin non esset exemplum, sed identitas.

Obijcies quinto, probando ab inconvenienti, ens non esse univocum: quia sequeretur, quod ens deberet poni in definitionibus inferiorum, contra Aristotel. 8. *Methaphis. text. 16.* Secundo:

quod

*Ratio  
ne 1.*

*Secundo*

50

*Respond.  
ad auth.*

*Ad 1. ra  
tionem.*

*Ad 2.*

SI

*Obijc. 5.  
ab incon  
venienti.  
Primo.  
Secundo.*

quod accidens non deberet  
diffiniri per substantiam, con-  
tra Aristotel. 7. *Metaphisic.*  
*cap. 1.* Sequela patet: quia  
quæ univocè conveniunt in  
aliqua ratione, conveniunt  
in eadem diffinitione: ergo  
ens non est univocum. Ter-  
tio: quod diffinitio entis, &  
nominis non sit eadem; quia  
in univocis alia est ratio dif-  
finitionis rei, alia vocis, &  
nominis alia. Quarto: quod  
esset genus; quia si ens est  
univocum, & prædicatur de  
pluribus plusquam numero  
differentibus, videtur esse  
genus; alioquin divisio uni-  
versalis, in quinque prædi-  
cabilia non esset adæquata:  
ergo ens non est univocum.

Respondes ad primum  
distinguendo antecedens:  
quod ens deberet poni in  
diffinitionibus inferiorum  
absolutè, omitto antecedens;  
in diffinitionibus determi-  
natorum, nego antecedens,  
& consequentiam. Hoc ne-  
gavit Philosophus, non ve-  
rò illud; nam non negat  
substantiam posse diffiniri  
per hoc, quod sit ens per se,  
è contra verò accidens; quod  
verò ibi negat Aristotel. est,  
quod ens ponatur in diffini-  
tione substantiæ, & acciden-  
tis determinati; quia cum  
diffinitiones dentur per ge-  
nus, & differentiam, & ens

in quocumque genere quid-  
ditativè includatur, si cum  
genere exprimeretur, negatio  
committeretur. Ad secun-  
dam distinguo sequelam: ac-  
cidens non deberet diffiniri  
per substantiam secundum  
rationem, per quam convenit  
cum illa, concedo; secun-  
dum propriam rationem,  
nego; quia cum dicat ordi-  
nem ad substantiam, potest  
per illam diffiniri. Distinguo  
etiam probationem: quæ  
univocè conveniunt in ali-  
qua ratione communi, con-  
veniunt in eadem diffinitio-  
ne, inadæquatè sumpta, sci-  
licet, in ratione communi,  
concedo; adæquatè accepta  
secundum rationem com-  
munem, & propriam, nego.  
Ad tertiam nego sequelam,  
& probationem distinguo:  
in univocis universaliori-  
bus, nego; non tam univer-  
salioribus omitto; nam sunt  
aliqui conceptus adeò uni-  
versales, ut in eis diffinitio  
rei, & nominis coincident,  
nam qualitas dicitur esse, se-  
cundum quam quales esse  
dicimur, & quantitas, secun-  
dum quam quanti, ubi diffi-  
nitio rei, & nominis coin-  
cidunt.

Ad quartam contra Tho-  
mistas, sufficit dicere, ens  
non esse genus ad Deum, &  
creaturam, quia solum con-

Ad 2.

Ad 3.

53  
Ad 4.

Tertio.

Quarto.

52

Respond.  
ad 1.

veniunt in conceptu inadæ-  
quato, non vero in realitate,  
quod requiritur ad esse ge-  
nus. Hæc etiam responsio  
est sufficiens, sequendo opi-  
nionem asserentem, ens non  
dicere realitatem commu-  
nem Deo, & creaturæ, vt  
Scotistis satisfiat; sed quia  
oppositum omnino iudico  
certius, respondeo distin-  
guendo sequelam; si per ge-  
nus nihil aliud intelligatur,  
quam aliquid vnum contra-  
hibile ad plura distinctæ ra-  
tionis adhuc per differentias,  
concedo sequelam; si requi-  
ratur vterius, quod sit quid  
positivè limitatum, nego  
sequelam. Sic Pontius *disput.*  
*69. quæst. 3. conclus. 2.* Obije-  
ctiones autem quas facit Mas-  
trius contra Pontium *disp. 2.*  
*de Natura entis, quæst. 5. à nu-*  
*mer. 132.* vide solutas in Pon-  
tio citato in additione.

Obijcies sexto probando,  
ens esse univocum nulla ana-  
logia admixtum: conceptus  
obiectivus entis est perfectè  
vnus: ergo quantum est de  
se, equalitèr descendit in in-  
feriora: ergo purè univocè.  
Confirmatur: analogum  
non habet vnum conceptum  
communem; sed ens habet  
talem conceptum: ergo est  
purè univocum. Respondeo  
ad argumentum negando  
ultimam consequentiam;

quia ad purè univocum non  
solum requiritur, quod in se,  
& intrinsecè equalitèr des-  
cendat in inferiora; sed etiã  
quod in ipsis equalitèr repe-  
riatur, vt ex dictis inferitur,  
& patet in specie infima, quæ  
tantum est purè univoca suis  
individuis. Ad confirmatio-  
nem respondeo distinguen-  
do maiorem: analogum per  
extrinsecam denominatio-  
nem, concedo maiorem; per  
intrinsecam denominatio-  
nem, nego maiorem, con-  
cedo minorem, & distingo  
consequens similiter.

Obijcies septimo: omne  
prædicatum univocum ha-  
bet propriam essentiam, &  
quidditatem, quæ consistit  
in indivisibili, ex 8. *Methaphi-*  
*sic. text. 10.* ergo si ens est  
prædicatum univocum Deo,  
& creaturis, habet essentiam,  
& quidditatem indivisibi-  
lem: arguo sic: Omnis quid-  
ditas debet participari à suis  
inferioribus, eo modo, quo  
participabilis est: ergo si ra-  
tio entis est univoca Deo, &  
creaturis, vt servet regulam  
illam generalem cuiuscum-  
que quidditatis, non nisi  
modo indivisibili participari  
potest: ergo cum omni aqua-  
litate: ergo nullo modo ana-  
logicè. Si dicas: quidditatem  
entis non esse perfectè vnã  
& ab inferioribus perfectè

Ad con-  
firmat.

55  
Obijc. 7.

54  
Obijc. 6.

Confirm.

Respond.  
ad arg.

abstrahens, est contra Scotistas omnes, hoc cum Scoto concedentes. Si dicas: quod eius essentia non consistit in indivisibili, est contra Aristotel. citat.

56  
Respond.

Respondeo negando ultimam consequentiam, quia nos non negamus, rationem entis ut sic æqualitèr participari ab inferioribus, & cum omni æqualitate: nam Deus non est nobilior ens, quam creatura, ex eo quod participet nobiliorem rationem entis communem; sed quia propriæ rationes, ad quas contrahitur ens, sunt nobiliores, & ex hac nobilitate provenit analogia; quia non dicimus, esse analogia in ratione entis, sed in ratione talis entis, ut constat ex divisione quatuor graduum univocationis. Quare hæc distinctione ruit argumentum: æqualitèr participatur ens, & est æqualitèr participatum, nego; inæqualitèr participatum, concedo.

s. V.

*Triplici alio argumento, ex Scoto deducto, occurritur.*

57  
Obije. 8.

Obijes octavo: Scotus in prædicamentis quæst. 4. §. Propter hoc dicendum, ait: ens non esse univocum decem prædicamentis,

sed analogum: ergo. Respondeo: Scotum velle non esse univocum univocatione physica, & esse analogum analogia attributionis, vel inæqualitatis, quæ univocatio metaphisica est. Sed contra: Scotus in prædicto loco in secunda conclusione affirmat: ens esse æquivocum decem prædicamentis: ergo responsio est nulla. Respondeo: Scotum belle esse æquivocum logicè, non verò metaphisicè, ut dicam quæst. 8. num. 1.

Respond.

Contra.

Respond.

58  
Obije. 2.

Obijes nono: Scotus lib. 1. Physic. quæst. 7. §. Nunc ponuntur conclusiones, tenet: ens non esse univocum ad substantiam, & accidens, & esse æquivocum ad prædicamenta accidentis: ergo. Respondeo primo: hos libros Philicorum non esse Scoti, ut optimè declarat Pater Vvadingus in censura ad eos, sed Ioannis Maior, vel Marsilij, ut dicitur ibi. Respondeo secundo: Scotum ibi loqui, de univocatione physica, & æquivocatione logica, ut dictum est. Et quod sic loquatur Scotus colligitur ex anotatione Picigiani ibi posita, in qua ait: *Ens non est univocum substantie, & accidenti univocatione physica, nec univocatione logica generica rigurosa, nec univoca-*

Resp. 1.

Secundo.



tionem in primo, & secundo gradu, est autem univocum in tertio, & in quarto gradu. Quibus univocationibus respondet ad obiectiones ex Aristotele positas.

Obijciens decimo: Scotus in quæst. i. de Rerum priorum, artic. 3 affirmat: ens esse analogum Deo, & creaturæ: ergo multo melius enti reali,

& rationis. Respondeo: Scotum velle non esse univocum in primo, vel secundo, vel tertio gradu, non verò tollit univocationem in quarto gradu. Item, vult esse analogum analogia attributionis, vel inæqualitatis, quæ univocatio methaphisica est.

Respondet:

Aliud:

59  
Obijc. 10

# QUÆSTIO

## SEXTA.

An conceptui univoco Deo, & creaturis, correspondeat aliqua realitas illis communis?

### §. I.

Supponuntur certa ad quæstionem, & opiniones Scotistarum referuntur.

N. I.  
Motivum  
exagitan-  
di quæst.

**P**resens exagitur quæstio, ut attentè circa hoc examinetur Scotus; nam inter eius Discipulos reperitur solum controversia; quia alieni conceptum univocum Deo, & creaturis non admittunt, consequenter quæ qua univocatione univocentur non curant. Et ut status quæst. aperiatur, quæ in hac doctrina sunt certa, supponamus, ut iuxta principia

Scoto conformiora difficultati resolutionem demus.

Suppono primo, ut apud omnes Scotistas certum: ens dicere unum conceptum tam formalem, quam obiectivum, nedum substantiæ, & accidenti, verum respectu Dei, & creaturæ, quem conceptum, & esse perfectè unum, & perfectè ab inferioribus præscindere, unumque gradum superiorem inferiori-

2  
Suppo. 1

ribus communicabilem importare, est Scotistarum omnium consensus. An verò hic gradus sit inferioribus ex natura rei communicabilis, an solum ratione cum fundamento in re? Est difficultas inter ipsos.

Suppono secundo etiam apud Scotistas certam: dicere ens conceptum univocè communem, etsi cum analogia mixturatum respectu Dei, & creaturæ, & respectu substantiæ, & accidentis; ut vidimus *questione præcedenti*, an autem etiam in realitate univocentur, est inter ipsos disensio, & bellum?

Suppono tertio ex Mastro: duplicem esse univocationem. Una perfecta, imperfecta alia. Univocatio perfecta est univocatio in aliqua realitate. Univocatio imperfecta est univocatio non in aliqua realitate, sed in conceptu confuso, & inadæquato. Itaque ait Mastro, quod univocatio imperfecta, seu in conceptu confuso, seu inadæquato, est quando univocatis nulla datur similitudo in ratione illa obiectiva, qua univocantur; quia realitas, vel formalitas est primo diversa in illis; hoc tamen non obstante, formalitas illa aliquos effectus, vel quasi effectus similes

habet in univocatis, ob quod intellectus creatus propter limitationem, & imperfectum modum cognoscendi; concipit formalitatem illam obiectivam explicitè in ordine ad illos effectus, in quibus univocata similia sunt in concipiendo illam explicitè in ordine ad illos effectus, in quibus disimilantur, propter quod vocat Mastro istum conceptum confusum, & inadæquatum, quia si intellectus distinctius illam formalitatem penetraret, cognosceret, esse primo diversam in univocatis. Hæc est in hac quæstione explicatio Mastroij.

Suppono quarto: omnes Scotistas convenire in hoc, quod substantia, & accidens univocentur in ratione entis perfectè, & adæquatè, tanquam in ratione una ipsis communi, ab ipsisque formalitè distincta. Et etiam homo, & equus habeant perfectam univocationem in ratione obiectiva animalis; quare nec ratio entis in substantia est primo diversa à ratione entis in accidenti, nec animalitas in homine est primo diversa ab animalitate in equo, sed habent unitatem formalem minorem unitate numerali, & convenientiam univocam perfectam,

3  
Suppo. 2.

4  
Suppo. 3.  
Duplex  
univocatio  
explicatur.

Explicat  
Mastro.  
univocatio  
imperfectam.

5  
Suppo. 4.

tam, & adæquatam inter se. His ita suppositis, quod hic inquiritur, est, an supposito, quod ens dicat vnum conceptum communem univocatum Deo, & creaturis, ille conceptus sit à parte rei aliqua realitas, in qua univocentur Deus, & creatura, ita perfectè, sicut homo, & equus in ratione animalis? Pro quo.

6  
Deniquè.  
Triplex  
quæst.  
proposit.

Suppono deniquè, quod hæc quæstio alijs solet terminis proponi, scilicet, an Deus, & creatura perfectè, & adæquatè univocentur, id est, in conceptu perfectò, & adæquato? An verò imperfectè, & inadæquatè, hoc est, in conceptu imperfectò, confuso, & inadæquato? Aliter etiam solet proponi: scilicet, an conceptus obiectivus entis præseindat à parte rei, seu formalitèr distinguatur à Deo, & creatura, sicut animal præseindit, & distinguitur à suis inferioribus? Aliter etiam proponitur: scilicet, an realitas entis in Deo reperta sit primò diversa à realitate entis, quæ in creatura invenitur?

7  
Duplex  
Scotistarum  
sententia.

Circa quam quæstionem, duplex ex diametro opposita versatur Scotistarum sententia. Magistrus, cum alijs Scotistis, quos sequitur, & citat *disput. 2. Methaph. quæst.*

4. num. 66. affirmat: ens non dicere conceptum univocum Deo, & creaturis, sic quod à parte rei ei correspondeat in Deo aliqua realitas ab infinitate distincta, in qua Deus, & creatura conveniant; & sic asserit quod ratio entis in Deo est primo diversa ab ente creato; quare concludit dicendo; quod Deus, & creatura solum in conceptu confuso, imperfecto, & inadæquato univocantur. E contra verò Faber *theoremat. 94. Pontius disput. 69. de Ente ut sic. Antonius Andr. 1. Methaphisic. quæst. 1. artic. 3. Canon. 1. Phisic. quæst. 3. Bonet. lib. 1. sua Methaphis. cap. 2. Magister Formalit. artic. 2. Meruiff. lib. 1. sua Methaphis. Saxius in sua Cathast. disp. 10. quæst. 3. artic. 3. & alij nonnulli Scotistæ.*

Magist.  
cum ali-  
quibus.

Faber:  
Pontius.  
Anton.  
Andr.  
Canon:  
Bonet.  
Magist.  
Formal.  
Meruiff.  
Saxius.

Hæc sunt sententiæ Scotistarum oppositæ, inter quas hæc secunda, utpotè, magis præcisiva, subtilior est, ideoque Scotò, cui nomen *Subtilis*, tam de iure adoptatum est, semper tribuenda videtur, tum ut de ipso iure etiã canamus: *Conveniunt rebus nomina sepè suis.* Tum etiam, quia ex modo philosophandi in hac quæstione plures, & gravissimæ Theologicæ dependent, in quibus Scotis

Quæ sex  
sententia se  
Subtili  
Magist.  
tribuenda

tis non licet, modo Thomistico philosophare. Sit ergo.

§. II.

*Conclusio statuitur, & auctoritate Scoti, & Aristotelis, probatur.*

8  
*Statuitur  
conclusio.*

**C**onclusio : ens, quod dicit unum conceptum præcissum, & univocum Deo, & creaturis, est aliqua realitas distincta à Deo, & creatura, in qua univocantur ita perfectè; ac substantia, & accidens in ratione entis, & homo, & equus in ratione animalis, quare realitas entis, quæ est in Deo, non est primo diversa à realitate entis in creaturis reperta. Conclusio hæc licet in proprijs terminis ab Scoto non habeatur; est tamen illius principijs conformior, eamque defendunt Scotistæ citati, & specialitèr Pontius in additione contra Mæstrium.

9  
*Prob. 1.  
author.  
Scoti.*

Probatur primo conclusio auctoritate Scoti in 1. distinct. 8. quæst. 3. lit. T. §. Ad primum argumentum principale, ubi hæc habet verba: *Concedo, quod ipse conceptus dicitur de Deo, & creatura in quid, contrahitur per aliquos conceptus, dicentes quale contrahentes; sed conceptus, cui aliqua*

realitas realis à parte rei non correspondet, verè, & realitèr contrahi non potest: ergo in conceptu entis præcissi datur aliqua realitas distincta à Deo, & creatura, &c.

Item sequitur hoc Scotus, egregiè declarans; nam contra determinationem ibi factam, quæ erat: quod licet ens sit commune Deo, & creaturis, Deus tamen non est in genere, quia conceptus entis in communi non est potentialis, nec contrahibilis per differentias oppositas, sed solum per modos intrinsecos, movet hoc dubium, dicens. Contra hoc autem est dubium illud, quia cum ens contrahatur ad Deum, & creaturam per modos intrinsecos, scilicet, per finitum, & infinitum, illud, à quo desumitur conceptus entis, videtur esse potentialis, & habere rationem generis ad realitatem contrahentem, ex quo sequeretur, Deum esse à parte rei compositum ex realitate entis in communi, & ex realitate infiniti, si daretur talis realitas entis communis. Omnia sunt Scoti verba in 1. citat.

Ob quod à contrarijs imaginari potest, Scotum realitatem entis Deo, & creaturis communem, negare, sed debent attendere, hoc

IO  
*Prosequitur  
Scotus.*

II  
*Vera  
mens Scoti.*



hoc esse argumentum, quod sibi facit Scotus; videatur nunc eius responsio, & clarè constabit, prædictam concedere realitatem. Respondeo, inquit Scotus: *Quod quando intelligitur aliqua realitas cum modo intrinseco suo, ille conceptus est ita simpliciter simplex, quin possit concipi illa realitas absque modo illo: ergo ex Scoto realitas communis formalitèr distinguitur à suo modo intrinseco; alioquin concipi sine illa nequireret: ergo ens, quod dicit vnum conceptum præcissum, & vni vocum Deo, & creaturis, est aliqua realitas distincta à Deo, & creatura, &c.*

Confirmatur exemplo ab ipso Scoto posito: ait enim, quod si esset albedo sub decimo gradu intensiōnis, quantumcumque esset simplex omnino in re, posset tamen concipi sub ratione albedinis tantæ, & tunc perfectè conciperetur conceptu adæquato illi rei, vel posset concipi præcissè sub ratione albedinis, & tunc conciperetur conceptu imperfecto, & deficiente à perfectione rei; conceptus autem imperfectus posset esse communis illi albedini, & alijs. Hæc sunt Scoti verba formalia: ergo ex Scoto necessaria est distinctio inter albedinem vt

fic, & albedinem tantam: atqui sicut tanta albedo, scilicet, gradus albedinis, est modus intrinsecus albedinis vt sic, ita infinitas est modus intrinsecus entis vt sic, ex dictis: ergo si, &c. Neque adversarijs fabet Scotus, dicendo, quod conceptus communis est imperfectus, proprius autem perfectus, vt paulo infra videbitur.

Probatur secundo ex Scoto citato paulo infra, vbi vterque dicta ad propositum explicando, hæc habet verba: *Requiritur ergo distinctio inter illud, à quo accipitur conceptus communis, & illud, à quo accipitur conceptus proprius, id est, inter ens, & eius modum intrinsecum, scilicet, infinitas, & finitas non vt distinctio realitatis, & realitatis, sed vt distinctio realitatis, & modi eius intrinseci.* Omnia sunt Scoti verba: atqui stante distinctione inter ens, & modum eius intrinsecum, nulla est ratio impediens, adhuc secundum adversarios, perfectam univocationem entis inter Deum, & creaturam: ergo cum Scotus hanc concedat distinctionem, ex Scoto clarè constat, dari prædictam univocationem.

Ad hunc Scoti textum *Mastrius num. 101. prope si nem, ex Trombeta respondet,*

13  
Prob. 2.  
ex eodē.

14  
Respond.  
Mastr.

potius sibi favere, nam prosequitur Scotus dicendo: *Quæ distinctio sufficit ad habendum conceptum perfectum, vel imperfectum de eodem, quorum imperfectus sit communis, & perfectus sit proprius.* Quare, ait Matrius, quod Scotus non dixit, conceptum entis sumi in Deo ab vna realitate perfecta communi, & conceptum proprium ab alia particulari contrahente; sed inquit, quod conceptus communis sumitur ab ipsa realitate Dei præcise inspecta, conceptus autem proprius ab eadem Dei realitate cum modo.

Sed vitrà ex Scoto dicta, ex quibus clarè constat Matrii solutionis falsitas, contra primo: nam dicere Scotum, quod distinctio illa sufficit ad habendum conceptum perfectum, & imperfectum, est, quia cum modus intrinsecus sit perfectio realitatis entis, concipiendo illam rationem sine modo intrinseco, concipimus illam sine sua perfectione, & consequenter imperfectè; concipiendo autem illam cum suo modo intrinseco, concipimus illam cum sua perfectione, & consequenter perfectè, & cum conceptus, quo concipio illam perfectam, sit conceptus realitatis, & mo-

di, qui est proprius Dei, & conceptus quo concipio illam à suo modo præcissam, sit conceptus realitatis solum sine modo, ideo Scotus vocat illum conceptum perfectum, & proprium Dei, hunc autem imperfectum, & Deo, & creaturis communem; non verò, quod sit eiusdem realitatis perfectæ, & imperfectè conceptæ, vt contendit Matrius.

Contra secundo: distinctio sufficiens ad habendum conceptum perfectum, & imperfectum de eodem, quorū imperfectus sit communis, & perfectus sit proprius, arguit in conceptu imperfecto communi realitatem distinctam à conceptu perfecto proprio: ergo conceptui imperfecto entis Deo, & creaturis communi, aliqua realitas ab ipsis distincta correspondet. Probo antecedens: distinctio sufficiens ad habendum conceptum perfectum, & imperfectum de ente creato, quorum imperfectus sit communis, & perfectus sit proprius, arguit in conceptu communi imperfecto entis realitatem distinctam à conceptu perfecto proprio: ergo ad habendum, &c. Antecedens conceditur à Matrio asserente, ens creatum dicere realitatem com-

16

Contr. 2.

15

Contr. 1.

mu-

munem substantiæ, & accidenti. Consequentia legitima apparet.

17

Quod autem ens creatum, præcissum à substantia, & accidenti, imperfectè concipiatur, patet: nam ideo ens, quando præcissum à Deo, & creaturis, ut commune concipitur; imperfectè concipitur, quia concipitur sine sua perfectione; sed ens creatum, præcissum à substantia, & accidenti, sine sua perfectione concipitur: ergo ens creatum, præcissum à substantia, & accidenti, imperfectè concipitur. Idem argumentum fieri potest de animalitate, in qua homo, & equus à parte rei conveniunt, quod omitto, quia à præcedenti non distinguitur.

18

Respond.  
Mastr.

Iam video Mastrium negantem paritatem; quia ens finitum habet veram rationem generis respectu substantiæ, & accidentis, quare habet realitatem ab ipsis distinctam; non verò ens, quod est commune Deo, & creaturis; aliàs Deus esset in genere contra Scotum, & veritatem. Sed contra: etiam si ens Deo, & creaturis commune non habeat rationem generis, conceptui entis Deo, & creaturis communi, correspondet aliqua realitas ab ipsis distincta: ergo ruit so-

Contra.

lutio Mastrij. Probo antecedens: ex exemplo Scoti supra posito: etiam si albedo ut sic, albedini ut quatuor, & ut octo communis, non habeat rationem generis respectu illarum, conceptui albedinis ut sic, illis communi, correspondet aliqua realitas ab ipsis distincta: ergo etiam si ens Deo, & creaturis commune non habeat rationem generis, conceptui entis Deo, & creaturis communi correspondet aliqua realitas ab ipsis distincta. Antecedens est Scoti supra. Consequentia omnino similis.

19

Prob. 3.  
ex Scot.

Probatur tertio ex Scoto citato; ubi paulo infra vers. *Et si dicas*, facit hanc replicam: & si dicas: saltem conceptus communis est indeterminatus, & potentialis ad specialem conceptum, ut realitas ad realitatem, vel saltem non erit infinitus, quia nullo infinitum est potentiale ad aliquid. Cui respondet Scotus: *Concedo, quod conceptus ille communis Deo, & creaturis est finitus, hoc est, non est de se infinitus positivè, ita quod de se includat infinitatem, quia si esset infinitus non esset de se communis finito, & infinito, nec est de se finitus positivè, ita quod de se includat finitatem, quia tunc non competeret infinito, sed est de se*

*indifferens ad finitum, & infinitum, idè est finitus negativè.*  
Hæc Scotus.

20

Infero: ergo ita est indifferens ens ad finitum, & infinitum, sicut animal ad rationale, & irrationale, & sicut animal non includit de se rationale, nec irrationale, ira ens non includit de se finitatem, nec infinitatem; atqui propter hanc non inclusionem formalem, & indifferentiam animæ ad rationale, & irrationale rationale, & irrationale in realitate animalis univocantur: ergo propter eandem rationem, Deus, & creatura debent univocari in realitate entis.

21

Hanc Scoti clarissimam authoritatem, non memorat Mairius, quare nescio quid respondeat; nam antecedens est Scoti. imo ab ipso concessam, nam in hac *questione artic. 1. num. 67.* ait: ens prius dividit in finitum, & infinitum, quam in decem genera, quia hoc, quod in decem genera dividitur, est ens finitum, & ad hoc probandum adducit Doctorem 5. *Metaphisic. quest. 6. Et lib. 7. quest. 1. Et in 1. dist. 8. quest. 3. litt. N.* quare antecedens negari nequit à Mairio. Consequentia legitimè videtur deducta: ergo ex Scoto Deus, & creatura in realita-

te entis univocantur.

Probatur quarto ex Scoto in 1. dist. 3. quest. 2. §. *Ad argumenta pro prima opinione:* nam cum contra ipsum arguit Henricus, quod Deus non potest intelligi in aliquo conceptu verissimi cōmuni univoco sibi, & creaturis, quia est singularitas quædam. Respondet Scotus dicendo: *Consequentia non valet; Sortes enim, in quantum Sortes, est singularis, & tamen à Sorte plura possunt abstrahi prædicata, & idè singularitas alicuius non impedit, quin ab eo, quod singulare est, possit abstrahi aliquis conceptus communis.* Ita Scotus. Subsumo nunc: atqui eodem modo secundum Mairium in quarta probatione suæ conclusionis, num. 8. obicit univocationi perfectè singularitas Dei, ac infinitas propter ambarum identitatem formalem cum ente: ergo si secundum Scotum, non obstat singularitas, ut possint abstrahi plura prædicata, in quibus Sortes perfectè, & adæquatè univocetur cum Platone in realitate: ergo nec obstat infinitas Dei, ut Deus, & creatura perfectè, & adæquatè univocentur.

Item: Scotus in 1. citat. dist. 3. §. 2. non asserendo, ait: *Potest dici, quod non tantum*

22

Prob. 4.  
ex Scot.

23

in



in conceptu analogo conceptui creatura concipitur Deus, qui, scilicet, sit omnino alius ab illo, qui de creatura dicitur, sed in conceptu aliquo univoco sibi, & creaturae. Et ne fiat contentio de nomine univocationis, conceptum univocum dico, qui ita est vnus, quod eius entitas sufficiat ad contradictionem affirmando, & negando ipsum de eodem. Sic Scotus.

Ex quo contra Magistrum arguo primo: ideo secundum Magistrum Deus, & creatura non univocantur in conceptu perfecto entis, quia conceptus entis in Deo est omnino alius à conceptu entis, quo concipitur creatura, alioquin non essent primo diversi; sed hoc est contra Scotum dicentem, conceptum Dei non esse omnino alium à conceptu creaturae: ergo opinio Magistrum est contra Scotum.

Secundo: ex Scoto Deus, & creatura conveniunt in conceptu plusquam analogo: ergo Deus, & creatura conveniunt plusquam in nomine, & similitudine, vel proportionem. Antecedens est Scoti, consequentia patet: nam hæc est convenientia conceptus analogi. Subsumo: atqui alia convenientia malor non datur nisi in realitate: ergo Deus, & creatura

in realitate conveniunt.

Tertio: ex Scoto Deus, & creatura conveniunt in conceptu univoco, qui ita est vnus, vt eius vnitas sit sufficiens ad contradictionem: ergo ita est vnus ille conceptus, quod à parte rei sit vnus. Consequentia patet. Primo; alioquin non esset sufficiens ad contradictionem. Secundo: quia hæc ratione probatur inter animalitatem, & rationalitatem formalis distinctio: ergo consequentia tenet.

Probatum quinto auctoritate Aristotelis 4. Methaph. text. 1. ubi ait: *De ente in communi est scientia, quæ est methaphisica*; sed de puro conceptu confusso, qui non dicit aliquam realitatem secundum se, nulla est scientia, quia scientia est de re, & non de conceptu, & scientia realis de re reali: ergo ens, quod est obiectum methaphisicæ, quæ est scientia realis, dicit aliquam realitatem, & non solum conceptum confussum; sed Deus, & creatura, adhuc secundum adversarios univocantur in ente: ergo univocantur in realitate entis; sed illa realitas entis est præcisa, & distincta à realitate, ipsum contrahente: ergo est præcisa, & distincta ab infinitate; atqui hoc ipso

ratio

25  
Tertium

26  
Prob. 5.  
ex Arist.

Forma-  
tur 1. ar-  
gument.  
contra  
Magstr.

24

Secundum

ratio entis in Deo non est primo diversa à ratione entis in creatura, quia non habet, quo differat: ergo Deus, & creatura univocantur perfecte in ratione entis.

## §. III.

*Triplici ratione probatur conclusio.*

27  
Ratione  
prob. 1.  
conclusio

**P**ROBATUR iam primo ratione: ens, quod est univocum Deo, & creaturæ, est obiectum methaphisicæ, & ipsi competunt passiones, ut unum, verum, bonum; sed conceptus confusus, & inadæquatus non potest esse obiectum methaphisicæ, nec illi propriæ passiones competere possunt: ergo, &c. Probo minorem: vel ille conceptus confusus est aliquid à parte rei, vel aliquid fictum ab intellectu? Si primum, vel est aliqua realitas, vel purum nomen? Si aliqua realitas, habeo intentum, scilicet, quod Deus, & creatura univocentur in aliqua realitate. Si est purum nomen: ergo solum nomen ens est commune Deo, & creaturis, & diffinitio nominis est diversa in illis; sed hoc est, esse æquivocum: ergo conceptus confusus, & inadæquatus non potest esse obiectum methaphisicæ, nec

illi propriæ passiones competere possunt. Deinde, non est quid fictum ab intellectu, quia ens contrahitur ad Deum, & creaturas per infinitatem, & finitatem, & prædicatur in *quid* de illis, includitur que essentialiter, & quidditative in illis, & nihil fictum potest prædicari in *quid*, nec includi essentialiter in Deo: ergo.

PROBATUR secundo: vel ens à parte rei est quid commune Deo, & creaturis, vel solum per intellectum cum fundamento in re? Si primum: ergo à parte rei Deus, & creatura conveniunt in ratione entis. Si secundum: ergo est ens rationis, ut est genus, & species, à Logica que consideratur, quod est falsum. Probatur consequentia: entia rationis, ut genus, & species, formatur ab intellectu fundamento in re reposito: ergo. Antecedens est certum: nam genus, & species sunt conceptus formati ab intellectu fundati in entibus realibus, & per hoc distinguuntur à figmento. Consequentia videtur certa.

PROBATUR tertio: ille conceptus entis non potest esse imperfectus, confusus, & inadæquatus: ergo perfectus, & adæquatus. Probo antecedens: ille conceptus est sim-

28  
Secundo

29  
Tertio.

plicitèr simplex: ergo non potest esse imperfectus, confusus, & inadæquatus. Probatur consequentia ex Scoto in 1. dist. 3. quæst. 2. §. 2. non asserendo, vers. Præterea, dicente: *Illi duo conceptus sunt simpliciter simplices: ergo non intelligibiles, nisi distincti totaliter: ergo, &c.* Idem docet Scotus §. loquendo, agens de primo cognito cognitione distincta ab intellectu nostro: *Ens autem, inquit, non potest concipi, nisi distinctè, quia habet conceptum simpliciter simplicem, idè est primum cognitum ab intellectu cognitione distincta: ergo ille conceptus est simpliciter simplex.*

30  
*Probat. ab inconvenienti.*  
 Hæ certè probationes pro nostra sufficiebant conclusione, sed quia adversarios Scotistas intelligere volo, aliquas interrogationes, vt ab eis discam, in quo distinguitur univocatio, quæ datur inter Deum, & creaturam, ab æquivocatione, & analogia? Facere intendo. Nescio etenim; nam æquivocatio tunc datur, quando nomen est commune, & ratio diversa est in æquivocatis; sed secundum adversarios, nomen est commune Deo, & creaturæ, & ratio entis est primo diversa in illis: ergo Deus, & creatura æquivocantur, quod est contra Scotum.

Deindè: analogia sunt illa, quorum nomen, etsi commune sit, ratio tamen substantiæ, per ipsam significata, est diversa, est tamen aliqua proportio ipsis rationibus substantiæ diversis, vt proprio nomine communi significantur, quare requiritur, quod analogia nomine communi significantur, & quod in tali nomine habeant convenientiam, vel proportionem aliquam, & quod ratio substantiæ sit in illis diversa; sed totum hoc, & non amplius, reperitur in ente respectu Dei, & creaturæ, secundum adversarios: ergo ens est analogum illis. Probatur minor: nomen, secundum adversarios est commune, ratio significata per nomen est in illis primo diversa, aliquam habens in effectibus similitudinem: ergo totum illud, & non amplius, reperitur in ente respectu Dei, & creaturæ.

Quæro secundo: quando concipimus ens, habemus aliquem conceptum nobis propositum, qui sit Deo, & creaturis communis? Non potest negari, quia de illis prædicatur. Quæro amplius: ratio finitatis, vel conceptus est communis Deo, & creaturis? Minime: ergo aliqua ratio concipitur vt communis,

31  
*Amplius probat.*

32  
*Probat. ulterius.*

nis, quæ nec est finitas, nec infinitas; sed hæc est ratio entis: ergo ratio entis distincta est à finitate, & infinitate.

Deindè: ex sententia adversariorum inferitur manifestè primo, quod nullum detur nomen æquivocum, nec analogum, vt probatum manet. Secundo, quod ens rationis, & ens reale univocentur in ratione entis, quia nomen est commune, licèt ratio sit primo diversa in illis, quia possum ego dicere, quod univocantur in conceptu confuso, & inadæquato, non enim datur maior ratio ad vnum, quam ad aliud. Tertio: quod vltimæ differentiæ univocantur, propter eandem rationem. Quarto, quod etiam individua singulatia univocantur, quorum quodlibet, vel est absurdum, vel falsum, contra communissimam Scotistarum opinionem.

Item: sequitur destructio omnis viæ investigandi univocationem perfectam; quia si dicis, quod Deus, & creatura univocantur imperfecte, ego dico, quod substantia, & accidens imperfecte univocantur. Tua enim ratione me convincere possum, ad concedendam univocationem imperfectam inter

substantiam, & accidens, hominem, & equum, supposita adversariorum opinione? A nulla certè, ait Scotus repugnans quandam responsionem in 1. dist. 3. quæst. 2. §. 2. non asserendo, propè finem, vbi ait: si dicas, quod quilibet habet duos conceptus in intellectu suo propinquos, qui propter propinquitatem analogiæ videntur esse vnus conceptus. Contra hoc, ait Scotus, videtur esse ratio, quia ex ista evasione videretur destructa omnis via probandi vnitatem alicuius conceptus univocam. Si enim dicis, hominem habere vnum conceptum ad Sortem, & Platonem, negabitur, & dicetur, quod sunt duo, & videntur vnus, propter magnam similitudinem. Sic Scotus. Et quid pro nostra conclusione clarior!

Deniquè: ecce adversarios vitiosum committere circulum: nam si interrogo: quare Deus, & creatura univocentur in ratione entis imperfecte, & homo, & equus in ratione animalis perfecte? Respondent, quia realitas entis non est distincta formalitèr à realitate infinitatis, & realitas animalis est sic distincta à realitate rationalitatis. Si iterum inquirō: quare realitas entis non est for-

33  
Absurda  
quæ se-  
cuntur.

Primum

Secundū

Tertium

Quartū.

34  
Quintū.

35  
Adversa-  
rios com-  
mittere  
circulum  
vitiosum  
ostendi-  
tur.



formaliter distincta à realitate infinitatis, & realitas animalis est sic distincta à realitate rationalitatis? Respondent; quia realitas entis non potest perfecte concipi sine infinitate, è contra verò de realitate animalis. Et si ulterius inquiri: quare realitas entis non potest perfecte concipi sine infinitate, bene verò realitas animalis sine rationalitate? Dicunt, quia realitas entis non est formaliter distincta ab infinitate, bene verò realitas animalis à rationalitate. Ecce vitiosum circulum à nullo logico admissum. Probetur etiã conclusio ex Mastro *disp. 2. de Natura entis, quæst. 2. §. 5. num. 34. fol. 93.* quæ rationes, probantes unitatem conceptus entis, probant nostram conclusionem.

## §. IV.

*Argumenta ex Scoto deducta solvuntur.*

36  
[Arg. I.  
ex Scot.

**O** Bicies primo, ex Scoto in 1. distinct. 3. quæst. 2. litt. I. ubi solvens argumentum Henrici, sic ait: *Consequentia non valet, Sortes enim in quantum Sortes, est singularis, & tamen à Sorte plura possunt abstrahi prædicata, & ideo singularitas alicuius non impedit, quin ab eo, quod sin-*

*gulare est, possit abstrahi aliquis conceptus communis, & licet, quid quid sit ibi in re, sit singulare ex se, in existendo, ita, quod nihil contrahat aliud ibi ad singularitatem; tamen illud idem potest concipi, et hoc in re, vel quoddam modo indistinctè, & ita ut singulare, vel ut commune. Sic Scotus. Ex quo infert Mastro conceptum entis, de quo ibi loquitur Doctor, non esse sumptum ab aliqua realitate communi in Deo; quia, ut ait Doctor, quid quid ibi est in re, est singulare ex se in existendo, ita quod nihil contrahat aliud ibi ad singularitatem, & in his verbis suam vim facit Mastro, & cum illis refutat Fabri expositionem, & bene; quare.*

Respondeo: hæc ultima verba Scoti, in quibus vim facit Mastro, nihil contra nos concludere; non enim sunt ab Scoto concessa, sed tantum permilla, & constat ex ipso modo loquendi; ait enim: *Licet quid quid est ibi in re, sit singulare in existendo ex se, quod non est concedere, sed tantum permittere; & ratio est, quia Scotus ibi solum intendit satisfacere argumento Henrici probantis, non posse abstrahi conceptus communes Deo, & creaturis, quia est singulari-*

37  
Respond.

tas que iam ad quod parum  
interit, antecedens permi-  
tere, quia ex ipso consequen-  
tia non inferitur; nam ut ait  
Scotus, etiam si illud idem  
sit singulare ex se, potest in-  
distingtè quoddam modo  
cognosci, & sic, ut eodum-  
ne, quod erat sufficiens ad  
fari fictionem argumenti  
Henrici, præscindendo pro-  
tunc, an ens sit aliqua reali-  
tas à Deo distincta, quia hoc  
argumentum non petebat.  
Hæc responsione ruunt om-  
ne replicæ, quæ contra Fa-  
brum facit Mairius. Imo ex  
ipsa retorqueo contra Mai-  
trium argumentum ex pro-  
batione quarta nostræ con-  
clusionis num. 21. & seqq.

Obijcies secundo, ex Sco-  
to in 1. *distinct. 8. quæst. 3. lit.*  
*E. dicente: Ad secundum pa-*  
*tebit in secundo articulo, quod*  
*Deus, & creatura non sunt*  
*primo diversa in conceptibus;*  
*sunt tamen primo diversa in*  
*realitate, quia in nulla realita-*  
*te conveniunt, & quomodo esse*  
*possit conceptus communis sine*  
*convenientia in re, vel in reali-*  
*tate, in sequenti dicitur: ergo*  
*enti, quod est Deo, & crea-*  
*turæ commune, nulla reali-*  
*tas à parte rei correspondet.*  
His Scoti verbis valde fidunt  
adversarij, & est primus Sco-  
ti locus, quo arguit Mairius  
num. 96. cæterum ipse, & ip-

si videant fiduciam suam  
ruere totam, quia debili nit-  
titur fundamento.

Respondeo primo: his  
verbis respondere Scotum  
argumento Henrici, proban-  
tis, non dari conceptum uni-  
vocum Deo, & creaturis  
communem, quare salvan-  
do Scotus Deum, & creatu-  
ram non esse primo diversa  
in conceptibus, etiam si sint  
in realitate, de quo ibi non  
agit, ut ex ipsis verbis Scoti  
constat, prædicto satisfacit  
argumento.

Respondeo secundo: quod  
quando Scotus dicit, quod  
Deus, & creatura in nulla  
realitate conveniunt, loqui-  
tur de realitate perfecta, id  
est, sumpta cum suo modo  
intrinseco; non verò de rea-  
litate imperfecta, id est, sine  
suo modo intrinseco, &  
quando Scotus ait, Deum, &  
creaturam non esse primo  
diversa in conceptibus, no-  
mine conceptus intelligit  
hanc imperfectam realita-  
tem Sic Lichetus supra Sco-  
tum hic, §. Respondeo, post §.  
*Secundum ad primum argu-*  
*mentum principale.*

Respondeo tertio cum  
Fabro, & Licheto citatis: Sco-  
tum dicere, quod Deus, &  
creatura in nulla realitate,  
ut generis, convenire, non  
verò ut transcendentis. Et  
quod

39  
Resp. 1.40  
Resp. 2.41  
Resp. 3.38  
Art. 2.  
ex Scot.

quod hæc sit, quid quid dicat Maitrius, vera mens Scoti, ex ipso Scoto, & ex argumento à Maitrio posito probatur: nam vt declarat Scotus, quomodo esse possit conceptus communis Deo, & creaturis sine convenientia in realitate, se citat ad id, quod sequitur, vt claret ex ipsis Scoti verbis, atqui paulo *infra* §. *Teneo meam opinionem mediam*, asserit Scotus, quod sit conceptus communis Deo, & creaturis, non tamen vt generis: ergo dicere Scotum dari conceptum communem Deo, & creaturis sine convenientia in realitate, est negare convenientiam in realitate, vt generis.

Clarius efformatur ratio: Scotus in hoc §. *Teneo* declarat convenientiam in conceptu; sine convenientia in realitate; atqui in hoc §. solum negat convenientiam vt generis: ergo solum in illo negat convenientiam in realitate vt generis. Hac solutione soluta manent refutationes, quas contra hanc tertiam responsionem de mente Scoti facit Maitrius.

Roboratur dictum auctoritate Scoti *cit.* §. *Contra*, sub litteris *B. b.* quæ etiam est probatio conclusionis: ens autem, vt convenit Deo, quod est ens per essentiã, est ipsum

esse infinitum, & non aliquid, cui tantum convenit ipsum esse, & ideo ex se est hoc, & ex se infinitum, vt quasi per prius intelligatur aliquomodo infinitas esse modus entitatis per essentialitatem, quam ipsum intelligatur esse hoc. Sic Scotus: ergo de se non est infinitum: ergo de se commune.

Vltra hæc tamen quibus absque dubio argumentum ruit; quia hoc est præcipuum Maitrij fundamentum, quo Scoto innixus, & ratione protectus, opinionem nobis oppositam defendit, argumentum contra ipsum ad hominem retorqueo primo: quod Deus, & creatura iuxta Scotum sint primo diversa in realitate, non tollit, quod univocentur in realitate entis: ergo nullum est Maitrij argumentum. Probatur antecedens: quod materia prima, & forma iuxta Scotum in 2. *dist.* 12. *quæst.* 1. *num.* 26. sint primo diversa in realitate, non tollit, quod univocentur in realitate entis, & substantiæ; imò & in realitate naturæ, vt supponit Maitrius in *Phisica*, *disput.* 6. *quæst.* 2. *artic.* 2. *num.* 41. ergo quod Deus, & creatura iuxta Scotum sint primo diversa in realitate, non tollit, quod univocentur in realitate entis.

44

Retor-  
queo 1.  
argum.

42

Clarius  
forma-  
tur ratio

43

Roborat.

tis. Antecedens est apud omnes Scotistas, & apud ipsum Maftrium certum. Consequentia paritate videtur certa, per eamque occurri valet cuicumque solutioni.

Retorqueo secundo : Deum, & creaturam esse primo diversa in realitate iuxta Scotum, optimè explicatur per hoc, quod nihil proprium Dei quidditative includatur in creatura, & nihil proprium creaturæ quidditative includatur in Deo; sed hoc non obest, vt Deus, & creatura univocentur in realitate entis: ergo sic univocantur. Consequentia est legitima. Ex præmissis autem probatur maior: materiam primam, & formam esse primo diversa in realitate iuxta Scotum, optimè explicatur, per hoc, quod nihil proprium materiæ quidditative includatur in forma, & nihil proprium formæ quidditative includatur in materia: ergo per hoc optimè explicatur dictum Scoti. Consequentia est legitima. Antecedens verò est ipsius Maftrij in *Phisic. disput. 2. quæst. 1. numer. 20.* ubi explicans Doctorem dicentem materiam, & formam esse primo diversa, ait: Hoc intelligi, quatenus materia quidditative nihil includit actualitatis formalis,

nec forma aliquid potentialitatis subiectivæ. Quid clarius pro veritate antecedentis: cum actualitas formalis sit propria formæ, & potentialitas subiectiva sit propria materiæ primæ!

Probata iam maiori secundæ retorsionis, sic minorem probo: quod nihil proprium formæ quidditative includatur, in materia, & nihil proprium materiæ quidditative reperiatur in forma, non obest, vt materia prima, & forma univocentur in realitate entis, & substantiæ, imò, in realitate naturæ, iuxta Maftrium *citat. num. præcedenti*: ergo similiter, quod nihil proprium Dei quidditative includatur in creatura, & nihil proprium creaturæ quidditative includatur in Deo; non obest, vt Deus, & creatura univocentur in realitate entis.

Et ex hac Maftrij doctrina, respondeo denique ad argumentum explicando Scotum: Deus, & creatura sunt primo diversa in realitate, quatenus nihil proprium Dei quidditative includitur in creatura, & nihil proprium creaturæ includitur quidditative in Deo, concedo: sunt primo diversa in realitate, quatenus in nulla realitate prædicati utrumque

45

Retor-  
queo 2.Probat.  
maior.

46

Minor,  
probat.

47

Denique  
respond.  
ad arg.

trans.



transcendentis conveniunt, nego. Hac solutione, credo, quiesceret Māstrius. Tum, quia est eius doctrina. Tum, quia præclusus est Māstrio, quicumque recursus, semel fatendo, primo diversa in realitate convenire univocè in realitate prædicati communis, & transcendentis.

Alijs etiam terminis valet Scotus explicari, nempe; Deus, & creatura sunt primo diversa, quatenus nihil Dei, ut Deus est reduplicativè, includitur in creatura, & nihil creaturæ, ut creatura est reduplicativè, includitur in Deo, concedo; quatenus in nulla realitate prædicati communis conveniunt, nego. Hoc consonat cum solutione antecedenti, ex Māstrio sumpta, & est explicatio, quam dedit Scholiastes ad textum Scoti in 2. citat. dicentis: materiam primam, & formam esse primo diversa; alioquin nec univocarentur in realitate entis, substantiæ, naturæ, &c. quod apud Māstrium, & omnes Scotistas est falsum.

Obijcies tertio, ex Scoto citat. in 1. ubi ait sub litt. L. *Intentioni generis correspondet propria realitas, non sic alij intentioni communi*: ergo solum conceptibus prædicamentibus, quæ habent ra-

tionem generis, propria correspondet realitas. Confirmatur ex ipso Scoto citat. lit. A. à §. *Conceptus ille*, dicente: *Quod cum dicitur, quod Deus est ens*, tunc solum est compositio conceptuum, quæ compositio signum est identitatis significatorum: ergo, &c. Sic arguit Māstr. num. 99.

Respondeo ad argumentum primo: quod illa verba non sunt ex verò textu Scoti, sunt enim additiones. Sed hoc permisso, respondeo secundo: Scotum intelligi de realitate generis, seu potentiali; nam hæc soli competit generi; non verò de realitate transcendentis, ut dictum est *suprà*. Et quod hæc sit propria mens Scoti probatur ex ipso textu: nam Scotus universalitèr ibi loquitur; ait enim: *Non sic alij intentioni communi*; atqui negari nequit adhuc ab adversarijs, dari realitatem realem, quæ potentialis non sit albedini ut sic, ut *suprà* dictum est ex Scoto: ergo in prædicta auctoritate tantum intelligitur Scotus de realitate generis, seu potentiali. Et hæc ratio est etiam adversus Contrarios retorsio, quam non formalizo, ut potè, clarissimè est manifestata, eaque manet soluta refutatio Māstrij con-

Confir-  
matur.

50  
Respond.  
ad arg.

48  
Alijs ter-  
minis ex-  
plicatur  
Scotus.

49  
Arg. 3.  
ex Scot.

tra hanc solutionem dicens, omnem realitatem esse potentialem; alioquin albeini, ut sic, propria non responderet realitas contra Scotum.

51  
Amplius  
urgeo ad  
versar.

Amplius urgeo adversarios: nam Scotus antecederet ad verba, quibus conficiunt argumentum, sic ait: *Quia illa intentio communis est non necesse esse, unde respondeo intentio intellecta non includit necessitatem, nec potentialitatem, sed esse indifferens; illud autem in re, quod correspondet intentioni; ergo ex Scoto aliquid in re correspondet intentioni; atqui illud in re est realitas communis, quæ secundum Scotum, in Deo est necesse esse, & in creatura possibilis ex sequentibus verbis; ergo datur realitas aliqua communis Deo, & creaturis; alioquin non diceret Scotus: Illud in re, quod correspondet intentioni.*

52  
Ad confirmat.

Ad confirmationem respondeo: quod illa verba apud Scotum quæsi, & non inveni, & adhuc si adessent, deberent intelligi, prout conceptus distinguuntur à realitate generis; non verò à realitate transcendentis, vel ut distinguuntur à realitate perfecta, id est, cum suo modo intrinseco; non verò à realitate imperfecta, id est, sine

suo modo intrinseco, ut in secunda, & tertia responsione ad secundum argumentum cum Licheto, & Fabricio dixi.

Obijeis quarto, ex Scoto in 1. distinct. 26. litt. T. ubi ait: A relationibus divinis abstrahi posse conceptum communem, & aliquo modo realem, cui tamen à parte rei nulla communis realitas correspondeat; cum sint relationes illæ primo diversæ; atqui secundum Scotum pluribus in locis, Deus, & creatura sunt primo diversa; ergo nulla realitas communis eis potest convenire. Sic arguit Maltorius num. 99. citat. Respondeo primo: in sententia asserente, personam esse quid negativum, faciliter hoc argumentum solvi: dicendo: A personis Divinis posse abstrahi unum conceptum realem negativum. Sic Faber in præsentis, citans pro se Scotum in 1. distinct. 23. §. Ad quem, vers. Ad primum istorum dico, litt. F. quare ait, huic, utpotè, negativo, non correspondere propriam realitatem; benè verò conceptui entis, utpotè, positivo.

Respondeo secundo: supposito, quod relationes dicant quid positivum, distinguendo imbibitam probationem maioris; cum sint relationes.

53  
Arg. 4.

Resp. 1.

54  
Secundo.

tionēs illæ primo diversæ in realitate, tam generica, quam transcendentī, quia ens non includunt, concedo; generica tantum, nego. Distinguo similiter minorem, & nego consequentiam. Vel si hoc non placet: nego à relationibus Divinis aliquem communem posse abstrahi conceptum, ut tenet Pontius *disput. 69. de Ente ut sic, quest. 2. conclus. 3. in argumentis.* Contra hoc nihil adducit Matrius.

Obijcit quinto Matrius *num. 100.* quod sua sententia defenditur in Schola nostra à præclarissimis Scotistis, tam Recentioribus, quam antiquioribus, quos citavit *numer. 66.* ex quibus aliquos hic iterum citat, & addit; hanc suam opinionem audivisse propugnatam ab Adm. R. Patre Magist. Octaviano Camerano Ravenate, olim in alma Universitate Cæsarea Vionensi Sacræ Theologiæ professore, & divæ memoriæ Ferdinandi Secundi Roman. Imperat. Consiliario, &c.

Respondeo: quod mea sententia in Schola nostra defenditur à præclarissimis Scotistis, tam Recentioribus, quam antiquioribus, quos citavi *numer. 7.* & hic iterum non refero, quia nulla adest necessitas repetendi. Hæc sine impugnatione ad argu-

mentum solutio. Quæro tamen à Matrio: Ad quid hæc pro sua opinione probatio? Ad quid Auctorum aggregatio, & tam lata eorum relatio? Hoc certe extra consuetudinem apparet. Ad quid igitur tot & tam gravium Auctorum aclamatio? Non iudico; sed pie, & modestie loquendo, duo suspicari valent: primum est, quod doctrina Scoti speculata, & ratione inspecta, non habet Matrius plenam satisfactionem in negatione realitatis Deo, & creaturis communis. Aliud esse potest, quod velit Matrius; ut defectus fundamentorum, tam ab auctoritate, quam à ratione, per numerum, & gravitatem Auctorum suppleantur. Et cum pro utraque opinione tot, & æquæ graves Patroni adsint, sine probatione à numero, & gravitate Auctorum, ratio vincat, & vincat Scotus.

§. V.

*Solvuntur argumenta Mastrij.*

**A**Rguit primo Matrius *num. 70.* si conceptus entis fundatur in realitate communi Deo, & creaturis, sequitur, dari in Deo compositio, saltem methaphis-

57  
Arg. I.  
Mastr.

55  
Arg. 5.

56  
Respond.

ca ex actu, & potentia; sed hæc est à Deo releganda: ergo talis conceptus non fundatur in realitate. Probatur maior: illa realitas communis esset contrahibilis in Deo; sed ex contrahente, & contrahibili fit methaphisica compositio; nam vnus est actus, & aliud potentia: ergo daretur prædicta compositio. Confirmatur: nam vel talis realitas entis in priori signo secundum sua prædicata quidditativa præcise considerata, includit quidditative infinitatem, vel non. Si primum, corrumpit nostra sententia. Si secundum: ergo illa realitas entis est in potentia in illo priori signo, vt perficiatur per infinitatem; non secus ac animalitas in homine est perfectibilis per rationalitatem: ergo faceret compositionem. Probatur consequentia: quodcumque aliquod subiectum, vel quasi subiectum, est capax alicuius perfectionis, non datur medium in hoc, quod est esse perfectum, & perfectibile: sed per nos ratio entis in Deo non includit infinitatem, & est capax ad perfici per illam: ergo faceret compositionem.

Hoc est primum argumentum à Mastro factum, ad quod responsiones ali-

quorum Scotitarum adducit, & confutat. Ego verò respondeo primo, negando maiorem, & distinguo maiorem probationis: illa realitas communis entis esset contrahibilis in Deo, vt pars, & vt potentia, seu genus, nego maiorem: alio modo, omitto maiorem, distinguo minorem: sed ex contrahente, vt pars, & vt actus, & ex contrahibili, vt pars, & vt potentia, fit methaphisica compositio, concedo minorem: sed ex contrahente non vt pars, nec vt actus, & ex contrahibili non vt pars, nec vt potentia, fit compositio methaphisica, nego minorem, & consequentiam. Quod autem ens in Deo non sit pars, nec potentia imperfecta, nec quidquam, quod in Deo contrahit ens, sit pars, & actus, ex eo patet: nam cum hoc, quod est esse pars per modum actus, vel potentiae solum conveniat finito, infinito repugnat. Quare autem infinito repugnet, docet Scotus in 1. distinct. 8. quæst. 3. 8. Teneo opinionem meam me diam, litt. G. ex ratione infinitatis, & ex ratione necesse esse. Hæc est sufficiens notitia. Videatur ibi.

Dices: ratio entis ante contractionem non est infinita; sed post contractionem

Resp. 1.

Confirm.

58

59

Dices.

e ff



est infinita: ergo perficitur ab infinitate, & consequenter infinitas est pars, quæ est actus, & ratio entis pars, quæ est potentia. Hoc argumentum esse Thomisticum, à nullo Scotista, meo videri, dubitari potest, quod ex eius refutatione, & retorsione patebit. Respondeo ergo primo, ut supra, distinguendo maiorem: non est infinita, & est pars, & potentia, ut ab infinitate perficiatur, nego maiorem: & non est pars, nec potentia, ut ab infinitate perficiatur, concedo maiorem. Distinguo similiter minorem, & nego consequentiam.

Respondeo secundo, distinguendo maiorem: ratio entis ante contractionem non est infinita, præcisivè, concedo maiorem: privativè, vel negativè, nego suppositum; supponit enim, esse aliquod intrans tempore, vel naturæ, in quo infinita non sit, quod est falsum. Concedo minorem, & nego consequentiam. Ratio est, quia cum ratio entis in Deo (& si præcisivè infinita non sit) habeat omnem perfectionem, & infinitatem omni possibili modo, quo potest habere, scilicet, realitèr, non est capax alterius perfectionis, ut Scotista afferunt de essentia Divina respectu Paternitatis,

vel omnipotentia, circa quod idem potest fieri argumentum, & contra nos à Thomistis multoties factum ob distinctionem formalem Scoticam. Quare sic contra Matrium retorqueo argumentum primo.

Essentia Divina ante contractionem, vel quasi contractionem ad Paternitatem non est persona, & ante omnipotentiam non est formalitèr omnipotens: ergo essentia Divina perficitur à Paternitate, & omnipotentia; & datur inter ea methaphisica compositio. Consequentia sunt ædem, ac à Matrino deducta; atqui hoc concedere nequit, ut Scotista: ergo ut verus sit Scotista, necessitatus est, illas quocumque negare.

Retorqueo secundo, & est etiam probatio nostræ conclusionis: si cum maiori prioritate inter Divina prædicata non datur in Deo compositio, nec cum minori prioritate dabitur compositio; sed sunt aliqua Divina prædicata, prioritatem maiorem inter se habentia, quam ens, & Deus habent: ergo si inter illa non datur compositio, nec inter ens, & Deum. Maior ex terminis liquet; minorem probo: nam maior prioritas datur in es-

Resp. 1.

60

Secundo.

61

Retorq. I.  
contra  
Matriam

62

Secunda

sentia Divina respectu attributorum, & relationum, quam in ipsa respectu realitatis entis: ergo datur maior prioritas. Antecedens patet: nam prius est, cognoscere Deum cum prædicatis quidditativis, quam cum notionalibus, & attributalibus. Consequentia certa videtur. Ex quo iam manet ad confirmationem responsio.

63  
Resp. 3.  
Respondeo iam tertio ad argumentum, negando maiorem, & distinguendo aliter maiorem probationis: illa realitas communis esset contrahibilis in Deo sine dependentia à causa extrinseca, concedo maiorem; cum tali dependentia, nego maiorem; distincta similiter minori, nego consequentiam. Undè ad compositionem non sufficit quælibet contrahibilitas, sed requiritur contrahibilitas cum dependentia à causa extrinseca; hæc enim solum arguit potentialitatem imperfectam, ad compositionem requisitam, cuius ratio est, quia ad compositionem requiritur unio distinctorum cum dependentia à causa extrinseca, efficienter vniante, & causante talem unionem, & quod illud, quod est in potentia, sit in potentia ad aliud per exclusionem formalem, & cum

dependentia ab extrinseca causa, talem potentiam causante; cum verò hoc non reperitur in Deo respectu realitatis entis, cum nunquam sit cum prædicta dependentia, idè non erit compositio, etsi illa realitas detur. Et hæc ratio exclusiva compositionis in Deo, est ratio convincens compositionem in creatis, vt attendenti patebit. Ex quo patet ad confirmationem solutio.

Et quod hæc solutio sit iuxta Scoti sententiam, & à Mastro admittam, probatur: nam compositio metaphisica fit ex genere, & differentia; sed illa realitas communis non potest esse genus: ergo ex illa non debet inferri compositio. Probatur minor: ad hoc vt aliquid sit genus, requiritur, quod sit potentia cum dependentia à causa extrinseca; id est, potentia finita; sed illa realitas non potest esse potentia finita: ergo nec genus. Totus syllogismus est à Mastro concessus, nam ipse disput. 2. *Methaphis. quæst. 6. artic. 2. §. Quo ad alteram partem articuli, num. 165. vt probet ens ad substantiam, & accidens contrahi per differentias, concedit maiorem. At enim ex Scoto in 1. dist. 8. quæst. 3. quod idè excludit Doctor*

64  
Firmatur solutio in doctrina Mastroij.

rationem generis ab ente transcendentem, quia non est conceptus limitatus, sed indifferens ad finitum, & infinitum: ergo maior, scilicet, quod ad rationem generis requiritur, quod potentia sit finita, est à Mastro concessa.

65 Minorem propter eandem rationem deberet concedere, nam illa realitas non esset finita, sed transcendens. Consequentia evidentè infertur. Ergo debet concedere Mastro, prædictam solutionem ad suum principale à ratione argumentum, esse optimam, & ex mente Scoti: atqui hac solutione suum principale à ratione argumentum ruit: ergo & cætera ruere, debet concedere: ergo, & quod eius opinio rationibus caret, & est contra Scotum.

66 Arguit secundo *num. 76.* si ens diceret realitatem suo conceptui addæquatam, communem Deo, & creaturis: ergo à parte rei daretur aliquid prius, & independentius Deo. Probatur consequentia: quia realitas constituens est prior re constituta per ipsam, cum in ordine ad eam habeat rationem partis: ergo esset aliquid prius Deo. Probatur consequentia quo ad aliam partem: totum constitutum dependet à par-

tibus constituentibus, non verò è contra: ergo si ens se habet respectu Dei, ut realitas, & pars constituens, est independentius Deo.

67 Respondeo distinguendo consequens, pro prima parte: esset prius Deo, quatenus possit concipi sine eo, quia concipiatur Deus, & possit etiam reperiri in aliquo, quod non sit Deus, concedo consequentiam: esset alio modo prius Deo, sic, quod possit existere realitè sine Deo, aut Deus dependeat ab ipso, tanquam à causa realitè distincta à Deo, nego consequentiam. Distinguo eius probationem: realitas constituens est prior constituto sic, quod possit intelligi sine constituto, non verò è contra, concedo; sic, quod possit esse à parte rei sine constituto, nego.

68 Quoad secundam partem, nego consequentiam, quia cum ille conceptus entis non possit esse nec in Deo, nec in creatura, sine Deo, certè non potest nisi absurdissimè concipi, quod sit independentius Deo. Ad eius probationem distinguo antecedens: totum constitutum depèdet à partibus constituentibus sic quod non possit concipi sine partibus, benè verò è contra, transeat antecedens:

sic quod possit esse à parte rei sine illis, nego antecedens, & consequentiam.

Hæc solutio in terminis non adducitur à Mastro, cuius est argumentum, sed, quia vel est eadem, vel parum differt à solutione, quam adducit, & refutat, ut eius refutationem reffellamus, in terminis à Mastro positis; distinguo consequens argumenti pro prima parte, cuius solutionem refutat: esset aliquid prius Deo, prioritate subsistendi consequentia, quia valet: est Deus: ergo est ens, non verò è contra, concedo consequentiam; alia prioritate, nego consequentiam.

Replicat Matrius: eo modo realitas entis præcedit Divinitatem, quo eam constituit: ergo si à parte rei verè eam constituit, à parte rei prioritate naturæ reali, & non tantum Logica, præcedet Deum, ut Deus est. Confirmat hoc Matrius: quia data nostra opinione, ita ens præcederet Deum ob suam communitatem, sicut animal præcedit hominem; sed animal præcedit hominem non tantum prioritate Logica, sed prioritate naturæ: ergo.

Respondeo ad replicam negando maiorem, quam

Matrius non probat, cuius falsitatem, sic ad hominem contra ipsum demonstro: quia Matrius debet fateri, personalitates Divinas constituit à parte rei personas Divinas, distinguque ex natura rei, & non tantum per intellectum, ab essentia Divina, quæ simul cum eis à parte rei constituit Divinas personas; ergo relationes Divinæ, & Divina essentia, erunt priores, ac independentiores à parte rei ipsius Divinis personis. Certè negabit Matrius consequentiam, & hæc negata, negabit etiam, imò, & negare tenetur illam propositionem suam univèrsalem, ex qua immèdiatè hæc sequitur consequentia, scilicèt, quod omnis entitas ex modo, quo constituit rem, ipsam præcedet, vel si hanc tueretur ut certam, prædictam non potest consequentiam negare: ergo cum hanc debeat consequentiam negare, etiam illam, ex qua sequitur: ergo falsa est illa maior propositio Matrij.

Si autem concedat illam consequentiam, scilicèt, relationes, & Divina essentia, sunt priores, & independentiores personis Divinis, inquiri ab ipso, an hæc posterioritas, & maior dependen-

tia

69

Respond.  
aliter.

70

Replicat  
Mastr.

Confirm.

71

Respond.

72



tia in personis arguat imperfectionem in ipsis? Et hoc non, quia de fide est, nullam esse imperfectionem in Divinis personis; vel non arguit imperfectionem? Et tunc infero contra ipsam: ergo posterioritas, & maior dependentia, quæ esset in Deo, quam in ente, ex eo, quod ens sit constitutum ipsius, non arguit imperfectionem. Respondeat nunc Mairius, & eius solutio suo deserviet argumento. Ad confirmationem nego maiorem, quia animal ita præcedit hominem, ut possit esse à parte rei sine homine; ens autem nequit esse à parte rei absque Deo: non ergo est æqualis præcessio.

§. VI.

*Cætera Mairij argumenta solvantur.*

**A**rguit tertio numer. 77. quia vel hæc realitas communis entis esset creata, vel increata; participata, vel imparticipata; necesse esse, vel non necesse esse? Sed quid quid dicatur, erit inconveniens, ut patet: ergo non datur talis realitas entis communis. Respondeo: illam realitatem formaliter nec esse creatam, nec increatam, participatam, nec im-

participatam, necesse esse, nec non necesse esse, quia ab illis præscindit; permissivè verò esse utrumque.

Replicat Mairius, primo autoritate sic: quia Scotus in 1. distinct. 8. quæst. 3. similivtur argumento ad probandum, quod nihil commune Deo, & creaturæ possit esse genericum; quia illud commune esset necesse esse, & sic non posset esse genericum, quia nihil genericum potest esse necesse esse; vel non esset necesse esse, & sic in Deo reperiretur aliquid, quod non sit necesse esse; & sic Doctoris argumentum nullum esset, si allata solutio esset sufficiens; quia occurreretur dicendo, realitatem illam neutrum esse formalitèr, licèt utrumque permissivè: ergo ruit prædicta solutio.

Respondeo, quod in alio sensu, quam à Mairio posito, vltus est Scotus argumentum: nam Scotus accepit conceptum generis pro conceptu formalitatis potentialis cum imperfectione, qui conceptus, non solum formalitèr necessitatem non includit, verum nec permissivè, quare nemo argumento Scoti prædicta solutione occurrere potest: ergo ruit replica Mairij. Explicatur

74  
Replicat  
Mairij.

75  
Respond.

Explicatur  
hoc: iur.

Ad confirmat.

73  
Arg. 3.  
Mairij.

Respond.

hoc: nam hic est sensus Scoti: ille conceptus genericus, qui esset communis Deo, deberet esse necesse esse, quod implicat; aut deberet esse non necesse esse, ita ut neque formaliter, nec permissivè possit esse necesse esse, alioquin non esset genericus, id est, potentialis cum imperfectione, & sic Deus constaret aliquo, quod nullo modo; nec formaliter, nec permissivè esset necesse esse, quod implicat. Hic est verus sensus Scoti, & quantum distat à sensu, quo eo utitur Maffrius, & est ostensum, & amplius declaro.

Scotus hoc utitur argumento *in 1. citat. §. Teneo opinionem meam mediam*, ad relegandum à Deo conceptum communem per modum generis ex ratione necesse esse; atqui in eodem §. absolute concedit Scotus conceptum entis Deo, & creaturis communem sine læsione rationis necesse esse: ergo Scotus non utitur hoc argumento, ad relegandum à Deo conceptum communem entis, utpotè, non genericum; atqui si conceptus communis entis non est genericus, nec realitas à nobis posita, ipsi correspondeas, est generica; nam conceptui non generico realitas non

generica correspondet, sicut e contra: ergo Scotus non utitur hoc argumento, ad relegandum à Deo realitatem entis communem: ergo false à Maffrio deducitur argumentum.

Replicat Maffrius contra prædictam solutionem secundo ratione: quia nihil potest concipi in Deo à parte rei existens, quin sit extra esse increatum positivè, vel negativè, neque aliquid in creatura, quin sit extra esse creatum: ergo dari nequit à parte rei realitas communis per indifferentiam, vel in existentiam, ab illis rationibus abstrahentem. Probat assumptum: quia ipsa ratio entis, quæ in Deo est, habet essentialitèr Divinas proprietates, ut esse infinitam, increatam, &c. non solum identicè, sed formalitèr ex Scoto *in 1. distinct. 8. quæst. 3. litt. A.* ubi ait; quod, quæcumque realitas essentialis in Deo, quantumcumque præcisse sumpta, est realitèr infinita, & idem habet *in 2. dist. 3. quæst. 6. litt. L.* qua ratione excludit ibi omnem compositionem in Divinis.

Confirmatur primo: quia creatura participat à Deo, non solum tale esse, sed rationem entis, & secundum ipsam rationem entis produ-

76

Verus Scoti sensus aperitur.

77

Replicat Maffr.

78

Confirmat. I.

ducitur à Deo : ergo ratio illa præcisè sumpta, ratione cuius creatura est aliqua, est realitas participata. Probat antecedens ex Authore de causis, *propositione 4.* dicente: *Quod prima realitas rerum creaturarum est esse,* quam *propositionem* admittit Scotus in *4. distinct. 1. quæst. 1. §. Sed ista rationes.* Confirmat secundo *numer. 78.* quia totum idem, quod est in creatura, est intrinsicè finitum, participatum, & communicatum secundum omnem eius formalitatem, tam supræmam, quam infimam: ergo repugnat realitas communis, vt a nobis ponitur.

Confirmat tertio : nam implicat, concipere aliquid in creatura, quod non sit à Deo ipsi communicatum; nam etiam secundum rationem entis est quid participatum, & secundum eam terminat actionem Dei: ergo etiam concepta creatura secundum rationem communissimam, debet concipi, vt quid participatum. Confirmat quarto: quia realitas entis, si à parte rei reperiatur præcisà à realitatibus minus communibus, præscindere non potest à creato, & participato : ergo similiter de Deo, & creatura. Probat antecedens: & sumatur illa rea-

litas, vt à cæteris præcisà in homine, v. g. & quærat, secundum quam rationem primo, & per se competat ipsi esse dependens, & participatum? Si dicatur secundum humanitatem, corporeitatem, vel substantiam: ergo accidens non esset dependens, & participatum; illis enim caret rationibus, atqui hoc est falsum: ergo prima, & addæquata ratio fundans dependentiam est ipsissima ratio entis vt sic, quæ convenit creaturæ.

Hæc, inquit Mastrius *numer. 79.* argumenta sunt evidentsissima pro sua opinione, neque instantia de animalibus, à rationalitate, & irrationalitate, præscindente (ait) facit ad rem: nam rationale, & irrationale sunt infimæ differentię specificæ; non supræmæ, & hæc est tota disparitas. Quod explicat amplius: nam licet animal præscindat à rationali, & irrationali; non tamen à corporeo; & substantia, licet præscindat à corporeo, & incorporeo; non tamen ab ente per se existente. Rursus: ens finitum, licet præscindat à per seitate, & inhærentiâ; non tamen à finitate, & participatione: ergo ens, quod convenit creaturæ, vt sic secundum suam præcisam

for-

80

*Doctrina  
Mastrij  
pro sua  
opinione*

*Amplius  
explicat.*

*Rursus.*

*Secundo*

*79  
Tertio.*

*Quarto.*

formalitatem, involuit finitatem: ergo nequit dari à parte rei realitas entis Deo, & creaturis communis, quæ formalitèr præscindat à creato, & increato. Sic Mastrius; nunc verò contra ipsum.

81

*Respond.  
ad repli-  
cam.*

Respondeo ad replicam, negando antecedens, & eius probationem distinguo: ratio entis, quæ in Deo est, habet Divinas proprietates essentialitèr secundum formalitatem entis præcisè, nego: vt contracta ad Deum, concedo. Et potest fieri retorsio in quacumque realitate communi. Ad autoritatem Scoti, dico: tantum velle, quòd, quæcumque realitas existentialis Dei sit formalitèr infinita, vel positivè, vel negativè, quatenus potest coniungi cum infinitate, & hoc sufficit ad impediendum compositionem imperfectam, quam ibi negat Scotus, quæ nequit esse absque finitate positivè, in aliquo saltem ex extremis facientibus compositionem. Ex quo clarè deducitur, hanc esse Scoti mentem.

82

*Ad 1.  
confirm.*

Ad primam confirmationem, concedo antecedens pro prima parte, & ipsam pro secunda distinguo: secundum rationem entis producitur à Deo, ita vt ipsa ratio entis producat, conce-

do; ita vt ipsa sit ratio formalis sola, ob quam produci posset, nego; nam hæc est finitas, vel contractivum entis ad esse creaturæ, ab esse increato distinctum. Ad probationem ex autoritate de causis, concedo antecedens, quid quid sit de consequentia. Ad secundam confirmationem distinguo antecedens: totum, quod est in creatura, est finitum secundum omnem formalitatem, quatenus omnis formalitas, quæ est in creatura, coniungitur cum finitate, concedo antecedens; quatenus omnis formalitas, quæ est in creatura, dicat intrinsicè finitatem, vt præscindit à formalitatibus, & modis creaturæ, seu omnis formalitas secundum se accepta, nego antecedens, & consequentiam. Et quod hoc clarissimè dicat Scotus, patet ex tertia probatione nostræ conclusionis.

Ad tertiam, distinguo similiter consequens: quatenus communissima ratio entis habetur à creatura per participationem, concedo consequentiam; quatenus illa ratio communissima ex sua ratione intrinseca, præcisè accepta, vel secundum se sumpta, habeat esse participatum, nego consequentiam, & in hoc

Ad 2.

83

Ad 3.

hoc



hoc sensu facit ad proposi-  
tum, in quo à Mastrio non  
probat. Ad quartam, quã  
evidentissimam vocat, con-  
cessio antecedenti, nego con-  
sequentiam; nam licet ho-  
mo non habeat esse partici-  
patum à ratione humanita-  
tis, corporeitatis, aut substan-  
tiæ non sequitur, quod eam  
habeat à ratione entis, quia  
habet aliud, scilicet, finita-  
tem, à qua esse participatum  
habeat creatura.

84

Argu-  
menta  
Mastrij  
petere  
princi-  
pium, ef-  
fendiur

Iam constat ex his argu-  
menta Mastrij non esse pro  
sua opinione evidentissima,  
vt ipse ait. Quare ad dispari-  
tatem, quam assignat inter  
præcisionem animalitatis à  
rationalitate, & irrationali-  
tate, & entis à suis modis, vel  
differentijs, respondeo, in ea  
peti principium. Quid enim  
facit ad rem, quod rationali-  
tas, & irrationalitas sint dif-  
ferentiæ infimæ; finitas, ve-  
rò, & infinitas sint differen-  
tiæ, vel modi vniuersalissi-  
mi, & supræmi, vt si illis rea-  
litas animalis ipsis commu-  
nis correspondet, illis quo-  
que communis realitas non  
correspondet? Cerrè ad rem  
non facit; imò oppositum  
asserere, est, vt dixi, petere  
principium, cum eadem de  
vtroque sit ratio.

85

Ad ma-

Ad maiorem explicatio-  
nem Mastrij nego consequen-

tiam, nullam enim habet  
cum antecedenti connexio-  
nem, vt in hoc patet entime-  
mate: animal, substantia, &  
ens finitum non præscindunt  
à formalitatibus, quibus in-  
trinsicè essentialitèr consti-  
tuuntur in esse tali formalitèr:  
ergo ens non præscindit  
à differentijs, vel modis, quos  
non includit intrinsicè, &  
essentialitèr, & quibus latius  
patet. Videat nunc suæ con-  
sequentia falsitatem, eadem  
enim est. Et ad huius maio-  
rem declarationem, vt ipse  
ait, sic contra ipsum retor-  
queo argumentum. Secun-  
dum ipsum animal non præ-  
scindit à corporeitate, neque  
substantia à perfeitate, neque  
ens finitum à finitate: ergo  
neque animal à rationalita-  
te. Concedet Mastrius con-  
sequentiam? Non certe; sed  
non propter aliam ratio-  
nem, nisi propter à me in  
præf. assignatam: ergo.

Retorqueo secundo: ip-  
se Mastrius fatetur, per intel-  
lectum cum fundamento in  
re posse concipi ens sine fini-  
tate, aut infinitate; sed non  
concedit, posse concipi ani-  
mal sine corporeitate, subst-  
tantiam sine perfeitate, ens  
finitum sine finitate: ergo  
non est eadem ratio de illis,  
quantum ad præcisionem.

Arguit quarto num. 80.

O

Deus

iorè Mas-  
trij expli-  
cationem  
respond.

Retorq. 1.  
argum.

86

Secundo:

87

*Arg. 4. Mastr.* Deus secundum omnes formalitates, quæ à parte rei sunt in ipso, est essentialitèr singularis: ergo nulla realitas est in Deo communis.

*Prob. 1. anteced.* Probat antecedens primo ex Scoto in 1. dist. 8. quæst. 3. lit. B. b. dicente: *Quod ens, ut convenit Deo, est ipsum esse infinitum, & non tantum aliquid, cui convenit ipsam esse, idèd ex se est hoc, & ex se infinitum:* ergo Deus secundum omnes

formalitates, quæ à parte rei sunt in ipso, est essentialitèr singularis. Probat secundo, ratione: quia sicut in creatis vna quæque res est singularis secundum omnes suas rationes per individuationem superadditam naturæ, ita Deus per singularitatem sibi essentialem & non superadditam naturæ, est secundum omnes suas formalitates singularissimus: ergo ita est singularis.

Respondeo distinguendo antecedens: secundum omnes formalitates proprias Dei, concedo antecedens; Deo, & creaturæ communes, nego antecedens, & consequentiam. Ad primam probationem ex Scoto, respondeo primo: ipsum tantum velle, quod ens, ut proprium Deo, id est, ut contractum, sit ipsum esse; non verò ut præcissum, ut constat ex ipso Scoti textu in nostrum favo-

rem posito, §. *Roboratur*, antecedenti ad §. *Obijcies tertio*, num. 41. & ratio est, nam prosequitur Scotus dicens: *Vt quasi per prius intelligatur aliquo modo infinitas esse modus entitatis per essentiam, quam ipsum intelligatur esse hoc:* ergo de se non est hoc, nec infinitum: ergo de se commune: ergo loquitur Scotus de ente, ut proprium Deo, seu ut contractum. Respondeo secundo, dato quod Scotus loquatur de ente secundum se, quod est falsum, dicendo: debere intelligi, nō sic, quod illa formalitas entis sit ex se formalitèr infinita; hoc enim aperte implicat; sed quod haberet ex se coniungi cum infinitate realitèr sine dependentia à causa extrinseca.

Ad secundam probationem, distinguo antecedens, ut distinximus: quo ad omnes formalitates proprias Deo, concedo antecedens, communes Deo, & creaturis, nego antecedens, & consequentiam. Item retorqueo contra ipsum argumentum, & probationes: nam ipse fatur per intellectum cum fundamento in re posse præcindi conceptum communem à formalitatibus; quas nos dicimus esse communes; at hoc negat de formalitatibus proprijs Deo, nempe infinitate,

Secundo.

89

Ad 2.  
probat.

88

Respond.  
ad arg.Ad 1.  
probat.  
resp. 1.

rate, omnipotentia, &c. ergo diversa est ratio in illis quo ad præcisionem.

90  
Replicat  
Mastr.

Replicat Mastrius contra hanc solutionem, ex ea sequi compositionem in Deo, & quod aliqua realitas, quæ est in Deo; possit esse in creatura, & consequenter non Deus. Certè hæc replica utitur Thomistæ. Nego ego primam partem, quia ut dixi in responsione ad quintum argumentum, nullum extremum esset pars, & potentia, nec ratio communis esset cum dependentia extrinseca contrahibilis, quod ad compositionem requiritur. Ad secundam partem distinguo antecedens: & quod aliqua realitas, quæ est in Deo iam contracta, possit esse in creatura; nego; secundum se accepta, vel alia omnino similis, concedo. Et instetur argumentum in qualibet realitate communi, quæ ut contracta ad vnum extremum, non potest in alio reperiri; sed tantum secundum se accepta, vel alia omnino similis.

91  
Arg. 5.  
Mastr.

Arguit quinto *numer.* 81. quia distinctio quæ datur inter gradus prædicamentales, & transcendentales, est, quod illi in aliqua natura communi fundentur; secus verò isti: ergo cum ens sit quid trans-

condens Deum, & creaturam, ens non fundatur in aliqua natura à parte rei illis communi. Respondeo breviter, negando in hoc tales gradus distingui; inò id asserere, est manifesta petitio principij, & contra Scotum, ut ex dictis patet, & ex infra dicendis patebit.

Respond.

Respond.

Arguit sexto *numer.* 108. quia negativa sententia à præclarissimis defenditur Scotistis; nam eam tuetur Tart. 1. *Metaphisicæ quæst.* 1. *artic.* 1. Licherus in 1. *dist.* 25. & 26. Et *disput.* 3. *quæst.* 2. Et *disput.* 8. *quæst.* 3. Vigerius in 1. *dist.* 8. *quæst.* 3. Bargius, & alij: ergo præponderanda est. Vltra dicta *numer.* 56. Respondeo, per hoc non probari, prædictam opinionem esse Scoti, nec esse tuendam; nam ut Faber ait, in præf. etiam in alijs rebus non benè Scotum intellexerunt, quod probat ex eo fundamento, quod putat esse ipsorum Aquilem: nimirum, omne ens rationis esse relationem, & fieri per opus intellectus, quod non solum est contra Scotum, verum, & contra omnes Philosophos, & Theologos; nam communiter appellamus ens rationis illud, quod habet præcisè per solam intellectus operationem; vndè orta fuit illa solemnis

92  
Arg. 6.

Respond.

distinctio : alia distinguuntur sola ratione , aliâ à parte rei , in multis locis tractata , & valdè scitu necessària . Item ad nostram sententiam , ex Scoto probandam , meliora dantur ex ipso fundamenta deducta , & efficaciores rationes , magis methaphisicæ conformes : ergo parum interit , illos Scotistas asserere opinionem nobis contrariâ .

Et vt ratione clarescat , sic ex Mastro contra ipsum arguo : ideò secundum Scotum datur natura communis à parte rei homini , & equo , quia homo realitè cum equo convenit , vt animal est , & realitè differt ab ipso , vt rationalis est ; ex hac enina contradictione admittit Scotus in 2. dist. 3. quæst. 1. naturas communes à parte rei ; atqui Deus , & creatura realitè conveniunt in ratione entis , & realitè differunt rationibus proprijs : ergo datur realitas communis entis Deo , & creaturis . Respondet Mastro , Doctorem ibi loqui de similitudine reali , actuali , & positiva , qualis est inter individua eiusdem speciei , & inter hominem , & equum in ratione animalis ; hæc autem non reperitur inter Deum , & creaturam , sed solum virtualis , & fundamentalis similitudo .

Contra : quare similitudo inter Deum , & creaturam est tantum virtualis , non autem similitudo inter hominem , & equum , cum eodem modo convenire videantur ? Respondet hoc esse , quia species , & individua non sunt primo diversa in realitate , benè verò Deus , & creatura ; tùm , quia omnes id fatentur ; tùm , quia magis distat , sine dubio , Deus , & creatura , quam species , & individua . Sed contra primo : quia hæc est manifesta principij peritio , hoc enim deberet Mastro probare . Contra secundo : nam cum nulla sit ratio , ob quam maior similitudo inter species , & individua probetur in suis rationibus communibus , quam inter Deum , & creaturam in ratione entis , non est ratio , cur hæc virtualis dicatur , illa verò actualis . Contra tercio : nam falsum est , quod omnes Scotistæ concedant , Deum , & creaturam esse primo diversa in realitate quacumque , vt nego ego cum Scotistis citatis .

Contra quarto : & permitto , Deum , & creaturam magis distare ; quam duas species ; at ex hoc non sequitur , quod si convenientia duarum specierum est actualis , & positiva , convenientia

94  
Contra.

Respond.

Contr. 1.

Contr. 2.

Contr. 3.

95  
Contr. 4.

93

Arguo  
contra  
Mastr.Respond.  
Mastr.



tia inter Deum, & creaturam  
positiva, & actualis non sit:  
ergo, &c. Probo minorem:  
etiam si certum sit, duas spe-  
cies magis distare, quam duo  
individua, ex hoc non sequi-  
tur, quod si convenientia  
duorum individuorum est  
actualis, convenientia inter  
duas species actualis non sit:  
ergo similiter. Antecedens  
est à Mastrio concessum. Con-  
sequentia paritate videtur  
ita convincens, vt dicere  
possimus, nostram opinio-  
nem efficacioribus rationi-  
bus, Methaphisicæque con-  
formioribus constare.

## §. VII.

*Alia solvuntur argumenta.*

**M**Astriaus nihil aliud  
trahit in favorem  
suae opinionis, pro eo tamen  
sic septimo arguo, destruendo  
totam nostram doctri-  
nam: Quid quid negatur de  
ente, posita infinitate, con-  
cedi debet, infinitate præcis-  
sa; atqui per nos, quod ne-  
gatur de ente, posita infini-  
tate, est potentialitas positi-  
va: ergo infinitate præcis-  
sa, debet concedi enti potentia-  
litas positiva; atqui hæc de-  
servit ad compositionem  
imperfectam: ergo eo ipso,  
quod detur conceptus entis  
Deo communis, dabitur in

Deo compositio imperfecta:  
ergo multo melius, si tali  
conceptui aliqua realitas  
Deo communis correspon-  
deat. Omnia sunt vera, si ve-  
ra est maior; hæc autem pro-  
batur: quid quid conceditur  
enti, posita infinitate, nega-  
tur de ente, infinitate præ-  
cis-  
sa: ergo quid quid negatur  
de ente, posita infinitate,  
concedi debet, infinitate præ-  
cis-  
sa. Consequentia paritate  
videtur certa. Antecedens  
verò probatur: posita infini-  
tate, conceditur enti esse im-  
mensum, infinitum, &c. sed  
hoc negatur de ente, infini-  
tate præcis-  
sa: ergo quid quid  
conceditur enti, posita infini-  
tate, negari debet, infini-  
tate præcis-  
sa.

Multas hoc argumentum  
patitur retorsiones contra  
Mastrium. Prima est, quia vr-  
get etiam contra ipsum; probat  
namquæ non dari concep-  
tus communis Deo, præ-  
cise à realitate, quod  
ipse, cum omnibus Scotistis  
fateretur, vt diximus *numer. 1.*  
Vndè ad solutionem tenetur  
Mastriaus, & certè, quod ipse  
ad conceptum respondeat,  
erit etiam ad realitatem so-  
lutio. Hac itaquæ retorsione  
facta contra Mastrium, ad  
alias pergo.

Retorqueo secundo con-  
tra Mastrium: quid quid ne-  
ga-

96  
Arg. 7.  
pro Mas-  
trio.

97  
Retorq. 2

98  
Retorq. 2

gatur de ente, posita infinitate, concedi debet, infinitate præcissa: atqui iuxta Matrium, & omnes, posita infinitate, negatur de ente, quod sit positivè finitum: ergo infinitate præcissa, debet concedi, quod sit positivè finitum, quod est falsum iuxta omnes. Retorqueo tertio, etiam contra Matrium: quid quid negatur de ente, posita finitate, concedi debet, finitate præcissa; atqui iuxta Matrium, & omnes, posita finitate, negatur de ente, quod sit positivè infinitum: ergo finitate præcissa concedi debet, quod sit positivè infinitum, cuius falsitas est omnibus notoria. Ex his, aliæ quam plures retorſiones formentur, & ultrà.

Retorqueo quarto in quocumque communi, pro quo, claritatis gratia, retorſionem formo in animali: quid quid negatur de animali, posita rationalitate, debet concedi, rationalitate præcissa; atqui iuxta Matrium, & omnes, posita rationalitate, negatur de animali, quod sit positivè irrationalis: ergo rationalitate præcissa, debet concedi animali, quod sit positivè irrationale. Tunc sic, sed hoc est manifestè falsum, & ut tale à Matrio, cum omnibus

fateri debet: ergo falsum est supra positum argumentū; falsitate igitur supposita.

Respondeo in forma distinguendo maiorem: quid quid negatur de ente, posita infinitate, debet concedi; infinitate præcissa, modo enti possibili, concedo maiorem; modo enti repugnante, nego maiorem, & concessa minori, nego consequentiā, quia potentialitas positiva repugnat enti, præcissa ab infinitate, & finitate; enti enim sic concepto solum potest convenire potentialitas permissiva. Ad probationem maioris distinguo similiter antecedens, & minorem probationis. Solutio claret in quocumque communi, pro quo, claritatis gratia, retorſionem fecimus *num. 99.*

Respondeo secundo, aliter distinguendo maiorem: quid quid negatur de ente, posita infinitate, debet concedi, infinitate præcissa, permissivè, concedo maiorem; positivè, nego maiorem; ad cuius probationem distinguo similiter antecedens, & ad illius probationem distinguo maiorem: posita infinitate conceditur enti, esse imensum, infinitum, &c. positivè concedo maiorem; permissivè nego maiorem; & distinguo minorem; sed hoc

Retorq. 3

99  
Retorq. 4100  
Respond.  
in forma  
1.101  
Resp. 2.

hoc negatur de ente positi-  
vè, infinitate præcissa, con-  
cedo minorem; permissivè,  
nego minorè, & distinctione  
data, distinguo consequens.  
Vtraque solutio satis mani-  
festa est, ex ipsaque claret,  
quod posita infinitate, ne-  
gatur de ente potentialitas  
positiva; & infinitate præ-  
cissa, solum debet ei concedi  
potentialitas permissiva, quia  
hæc tantum est possibilis en-  
ti in tali præcissione concep-  
to, quod omnes fateri tenen-  
tur, & retorsiones convin-  
cunt.

102  
Arg. 8. Arguitur octavo, & est  
replica contra solutionem  
datam: si esset realitas entis  
Deo communis, & perfice-  
retur per infinitatem, & com-  
positionem cum illa faceret;  
sed hoc est absurdum: ergo  
nequit dari talis realitas Deo  
communis. Probatur maior:  
si esset realitas entis Deo  
communis, talis realitas entis  
esset permissivè potentialis:  
ergo & perficeretur per infi-  
nitatem, & faceret composi-  
tionem cum illa. Probatur  
consequentia: sufficit, quod  
ens sit potentiale permissivè,  
vt perficiatur per infinita-  
tem, & compositionem fa-  
ciat cum ea; sed per nos, si  
esset realitas entis Deo com-  
munis, talis realitas entis es-  
set permissivè potentialis:

ergo & perficeretur per infi-  
nitatem, & faceret composi-  
tionem cum ea. Probatur  
maior: sufficit, quod super-  
ficies sit permissivè alba, vt  
tenet Scotus *quæst. 1. Proleg.*  
*§. Ad quæstionem*, & quod  
Cœlum permissivè se habeat  
ad motum, vt tenet Scotus  
*in 2. dist. 2. quæst. 6. Et in 4.*  
*dist. 48. quæst. 2.* ad hoc, vt ad-  
veniente albedine ad super-  
ficiem, & motu ad Cœlum;  
superficies perficiatur per al-  
bedinem, compositionem-  
que faciat cum illa, & simili-  
tèr de Cœlo respectu motus:  
ergo sufficit, quod ens sit  
permissivè potentiale, vt  
perficiatur per infinitatem,  
& compositionem cum illa  
faciat.

103  
Respondo ad argumen-  
tum, negatis negandis, ne-  
gando ultimam consequen-  
tiam. Disparitas prima est;  
nam tam superficies respectu  
albedinis, quam Cœlum respec-  
tu motus, se habet, vt  
pars, & vt potentia, quod  
non haberet realitas illa Deo  
communis. Secunda est: quia  
superficies ante adventum  
albedinis est cum privatione  
illius, & similiter Cœlum  
respectu motus; at realitas il-  
la entis communis Deo, non  
est cum privatione infinita-  
tis, sed non infinita merè  
præcissivè. Tertia: quia vtra-  
que

103  
Respondo

que potentia permissiva superficiei, & Cœli, est physica, & positivè potentialis; non verò illa realitas entis. Quarta deniquè: quia utraque potentia superficiei, & Cœli, est contrahibilis, & determinabilis cum dependentia à causa extrinseca; non verò illa entis realitas respectu Dei. Ex his itaque, quadrupliciter potest argumentum distinguui, & omnia satis constant ex dictis.

104  
Arg. 9.

Arguitur nono: posita infinitate in ente, ens redditur incapax potentialitatis positivæ: ergo ablata, seu præcissâ infinitate, ens est capax potentialitatis positivæ; atqui hoc ipso, quod ens, infinitate præcissâ, sit capax potentialitatis positivæ, dicit maiorem potentialitatem, quam si haberet illam potentialitatem: ergo infinitate præcissâ, est ens positivè potentiale. Antecedens est certum. Consequentia videtur certa; quia nihil potest ad positionem alicuius entitatis reddi incapax alterius, quin antea esset capax illius; homo enim, qui ad positionem beatitudinis redditur incapax peccati, capax peccati erat ante positionem beatitudinis: ergo si ens, posita infinitate, redditur incapax potentialitatis positivæ, ca-

pax illius erat infinitate præcissâ, seu ante positionem infinitatis.

Probatur sussumpta: quod est capax actus potentialitatis, & ipsius potentialitatis, habet maiorem potentialitatem, quam, quod solum est capax actus, non verò potentialitatis; sed eo ipso, quod ens, præcissâ infinitate, sit capax potentialitatis positivæ, est capax actus potentialitatis, & ipsius potentialitatis: ergo hoc ipso, quod ens, præcissâ infinitate, sit capax potentialitatis positivæ, dicit maiorem, &c. Probatur maior: subiectum, quod est capax albedinis, maiorem potentialitatem habet respectu actus albi, si nec habet motum ad albedinem, seu dealbificationem, nec terminum motus, nempe, formam albam, quam subiectum, quod, & si non habeat terminum motus, sive formam albam, habet tamen motum, seu albedinem in fieri: ergo quod est capax actus, & ipsius potentialitatis, habet maiorem potentialitatem, quam, quod solum est capax actus, non verò potentialitatis.

Hoc argumentum militat etiam contra Mastrium; nam etiam probat, nullum posse esse conceptum obiectivum entis Deo communem,

105

Prob. sussumpta.

106

Retor. queo.



*Respond.*

nem, ex quo retorsio fiat contra ipsum. Ego verò respondeo concessio antecedenti, distinguendo consequens: ergo ablata, seu præcisâ infinitate, ens est capax præcisivè, vel permissivè potentialitatis positivæ, concedo consequentiam; privativè, vel

positivè, nego consequentiam, & hac distinctione distinguo subsumptam, ceteraque probationes, & ruit argumentum. Solutio claret in quocumque communi, in quo retorqueri valet, ut toties facta est retorsio.

# QUÆSTIO

## SEPTIMA.

An ens includatur in ultimis differentijs, modis intrinsicis, eiusque passionibus.

§. I.

*Necessaria supponuntur, & referuntur sententiæ.*

N. I.  
*Motivū  
quæstio-  
nis.*

**E**X eo, quod Scotus in 1. *distinct. 3. quæst. 3.* postquam probavit, quod ens univocè prædicetur de Deo, & creaturis, substantia, & accidenti, dicat respondendo ad quæstionem, quod licet ens univocè prædicetur, non tamen est univocum prædicatum in *quid* de omnibus per se intelligibilibus, orta est, tum efficacissima ratio pro exclusione entis *quid* ab ultimis differentijs contra Thomistas; tum difficultas inter ipsos Scotistas, quomodo ens de ipsis præ-

dicetur? Pro quo.

Suppono primo: quod Scotus in 1. *dist. 3. quæst. 3. §. Ad quem igitur, §. Quantum ad primum*: non negat, ens univocè dici de omnibus per se intelligibilibus, quod iam probavit, sed solum negat, ens univocè prædicari de illis in *quid*; quia non prædicatur de ultimis differentijs in *quid*. Et ratio est, quia licet ens claudatur in ultimis differentijs (idem dico de modis intrinsicis, eiusque passionibus) univocè, id est, secundum nomen, & rationem,

2  
*Suppo. 1.*

tamen non clauditur in eis, ut aliquid totum communicabile pluribus, & determinabile; alioquin adhuc illa differentia divisibilis esset, quod est inconveniens; sed clauditur in illis, ut determinativum, quia ultima differentia est ultimum determinativum entis.

3  
Suppo. 2.  
Suppono secundo pro huius declaratione: quod duplex est prædicatio propria, scilicet, in *quid*, & in *quale*. Genus, & species prædicantur in *quid*; differentia, proprium, & accidens in *quale*; illa in *quale* essentialia, & hæc duo in *quale* accidentalia. Quare strictè loquendo, solum genera, & species prædicata quidditativa nominantur, reliqua verò qualificativa.

4  
I. Corollarium.  
Ex quo sequitur primo: quod quæ prædicantur in *quid* habent rationem totius determinabilis, & communicabilis inferioribus: alia autem prædicantur ut determinativa, & qualificativa tantum, quia determinant illud totum determinabile.

Secundum  
Sequitur secundo: ens in duplici esse differentia, nam aliud est ens *quid*, & dicitur illud, quod est *quid* potentiale, & contrahibile; & aliud ens *quale*, & appellantur illud, quod est determi-

nativum, qualificativum, vel contractivum.

5  
Suppo. 3.  
Suppono tertio: aliquid quidditativè prædicari, dupliciter contingere posse. Primo, quia pertinet ad rei quidditatem, licet non prædicetur in *quid* strictè loquendo, & secundum usum Philosophorum ex Porphyrio, sed tantum in *quale* essentialia, si sit essentialis differentia, vel accidentalia, si sit proprium, vel accidens. Paret exemplo: nam etiam si differentia sit de quidditate speciei, non secus ac genus, nihilominus ex mente Porphyrij, Aristotelis, Scoti, & Divi Thomæ, genus prædicatur in *quid* de specie; differentia verò in *quale*, & hoc non alia ratione, nisi quia genus respectu speciei se habet ut *quid* superius, & potentiale; differentia verò ut *quid* actiuans, & determinans. Secundo modo aliquid quidditativè prædicatur, quia in *quid* prædicatur, & hoc modo solum genera, & species quidditativè prædicantur.

6  
Suppo. 4.  
Suppono quarto tantquam certum: ens quidditativè univocè includi in inferioribus, quæ in recta linea sunt entia, v.g. in substantia; accidente, ente reali, & in aliquorum Scotistarum opinio-

nione, etiam in ente rationis, Deo, creatura, equo, homine, & Petro. Difficultas est, an sic quidditivè univoce dicatur de ultimis differentijs, modis, & passionibus. Hoc est bellum, circa quod variæ sunt Authorum opiniones.

Thomistæ, Averroistæ, & Nominales omnes, partem affirmativam tuentur. Scotistæ verò dividuntur; nam Lichetus à Mastro citatus, affirmat ens univoce dicere ultimis differentijs, eo modo, quo dicitur de Deo, & creatura, quia sic tantum dicit inadæquatum conceptum. Nam Doctor in 1. dist. 26 §. *Contra manifestè*, concedit ab ultimis differentijs, & constitutivis abstrahi posse ab intellectu, inadæquatè concipiente, rationem communem in *quid*, non tamen de eis univoce dici, sicut dicitur de decem prædicamentis, quia sic dicit adæquatum conceptum. Hæc opinio ab aliquibus Scotistis talem communem conceptum negantibus refutatur; ab alijs talem conceptum admittentibus, reffellitur, ut videre est apud Matrium *disp. 2. de Natura, quæst. 7. num. 189.*

Cæteri autem Scotistæ partem negativam contra Thomistas unanimiter de-

ferunt; discordant tamen, in explicando, quomodo ens in ultimis differentijs includatur. Aliqui dicunt cum Scoto in 1. dist. 3. quæst. 3. in nulla differentia sive ultima, sive non ultima, modo intellecto à Thomistis, includi. Sic Pontius in *present. §. Confirmatur primo*, & si postea concedat, ens in *quale* includi in ipsis; nam in §. *Respondeo antecedens*, ad §. *Obijcies secundo*, concedit, differentiam esse determinativum aliquod entis, quod est esse ens in *quale*.

Alij verò, de differentia non ultima affirmativam cum Thomistis tenent, de ultima contra ipsos negativam substinent. Sic Matrius cum omnibus ab ipso citatis, dicens, ens *quale* esse quid merè fictitium, excogitatum tantum ad eludenda argumenta opposita, sic *num. 182.* Alij verò contra Thomistas firmiter asserunt, ens quidditivè univoce in *quid* non prædicari de ultimis differentijs, benè verò in *quale*. Sic Cavellus in *Annotat. ad quæstion. 21. de Anima*, Faber *theoremat. 95.* Merinerus *disput. de Equivocis, quæst. 1.*

Etiam discordant Scotistæ in explicando, quomodo ens accipiatur in *present.* nã aliqui dicunt, non esse diffi-

7  
1. Opinio

9  
Tertia.

8  
Secunda

10  
Quarta.

cultatem de ente verbali, seu existente; quia sic certum est, ultimas differentias, modos intrinsecos, & proprias passionibus esse entia; sed de ente nominali, quod quidditatem significat. Alij verò è contra, affirmant, ens in *present.* accipi verbalitèr, pro omni eo, quod non est nihil, & adhuc substantent, non esse entia. Sic Mastrius in *present. num. 201.* sed in quacumque acceptione sumatur ens.

## §. II.

*Statuitur conclusio, & ex Mastrio contra Mastrium probatur.*

II  
Conclusio

**C**onclusio: ens formalitèr, quidditativè, univocè in *quid* non includitur in ultimis differentijs, modis intrinsecis, eiusque passionibus, benè autem in *quale*. Sic Authores citati contra Mastrium dicentem: ens in *quale* esse quid chimericum, quare ex suis rationibus primam partem conclusionis contra Thomistas ostendam, & ex eisdem rationibus secunda contra ipsum clarescet.

12  
Prob. 1.  
ex Mast.  
contra  
Mastrium

Probat itaque Mastrius *num. 185.* ens non includi in ultimis differentijs duplici Scoti ratione in 1. *distinct. 3. quæst. 3. §. Ad quem igitur: pri-*

ma, scilicet, est: si ultimæ differentia includunt ens quidditativè in *quid* dictum de eis, certum est, quod differunt: ergo alijs differentijs differunt, de quibus rursus quæritur, an includant ens quidditativè, nec ne? Et ita erit procesus in infinitum, vel stabitur ad aliquas, excludentes ens quidditativè. Atqui ex ipsis terminis constat, Scotum non exclusisse ens *quale*, sed solum ens in *quid*, seu potentiale: ergo cum exclusione entis in *quid* ab ultimis differentijs stat entis in *quale* inclusio.

Secunda: sicut in compositione phisica, ita fit resolutio in actum ultimum, & potentiam ultimam, ut nihil potentia includatur in actu, & è contra; ita in metaphisica compositione ex conceptu determinabili, & determinante, fiet resolutio, ut determinabile nihil includat determinativi, & è contra; sed conceptus determinabilis est ens, & determinativus differentia ultima: ergo ens non includit ultimas differentias; atqui hac ratione, etiam claret, solum probare ens determinabile, quod est ens in *quid* non includi in ultimis differentijs: ergo ex suis constat rationibus, ens in *quale* non excludi.

13  
Secunda  
ex ipso  
contra ipsum  
sum.

Am.



14  
Mastrii  
vrgeo.

Amplius ipsum vrgeo : nam ad argumentum ex via negationis deductum, scilicet, si differentia includeret ens, tunc negatio esset, dicendo substantiam corpoream, animal rationale, quia ens bis repeteretur, semel in substantia, & animali, & rursus in differentijs; fateor *numer. 190.* non esse ad propositum, quia probat etiam de differentia non vltima; ob quod cum Doctore, tam *quæst. 21. de Anima, §. Contra dicta,* quam in *1. distinct. 3. quæst. 3. litt. P.* illud soluit, dicendo: quod tunc est negatio, quando idem conceptus secundum eandem rationem bis habetur, sed quando secundum aliam, & aliam rationem non est negatio, vt si dicatur color albedo, committitur negatio, quia bis repetitur ens per modum *quid*; at si dicatur color albus non fit negatio, quia non repetitur secundum eandem rationem, in genere namque ponitur per modum *quid*, & in differentia per modum *qualis*. Sic Mastrius citatus: ergo datur secundum ipsum, & Scotum ens *quid*, & ens *quale*: ergo non est quid chimericum, vt asserit *num. 182.*

15  
Prob. 2.  
ex Mas-

Probat secundo Mastrius *numer. 179.* ens formalitèr, quidditativè in modis intrin-

secis non includi hac ratione, ab ipso non formalizata: nihil continet formalitèr, quidditativè in se id, quod contrahit; sed modi intrinseci contrahunt ens: ergo non continent formalitèr quidditativè ens in se. Probat maiorem: rationalitas contrahens animal ad esse hominem, non continet formalitèr quidditativè in se animal; alioquin non esset contrahens, sed contractum: ergo nihil continet formalitèr quidditativè in se id, quod contrahit.

Fateor, validissimè probare hoc argumentum contra Thomistas, ens in *quid* non includi in modis intrinsecis; ceterum ipsum probat, ens in *quale* de ipsis prædicari; nam sicut rationalitas est contractiva animalis, ita modus intrinsecus est contractivus entis; sed hoc non obstante, animal in *quale* prædicatur de rationali; nam hæc est vera: rationale est animal, & non in *quid*: ergo non obstante, quod modus intrinsecus sit contractivus entis, ens in *quale* prædicatur de modis intrinsecis.

Probat tertio idem *num. 181.* ex proportionemodi intrinseci ad extrinsecum: nam iuxta Thomistas, ens non includitur formalitèr quid-

trio cōtra  
ipsum.

16  
Hæc ratio  
efficax est  
contra  
Thomist.  
& efficac  
contra  
Mastriū.

17  
Prob. 3.  
similitèr

quidditative in modis extrinsecis: ergo nec in intrinsecis. Probat consequentiam: ideo iuxta Thomistam ens non includitur formaliter quidditative in modis extrinsecis, quia non sunt ens, sed entis modi; sed modi intrinseci non sunt ens, sed entis modi propter eandem rationem: ergo nec in modis intrinsecis includitur ens. Sic assumit Mastrius argumentum contra Thomistam; nunc verò ex Thomistis ego summo contra ipsum; atqui Thomistæ non negant, nec negare possunt ens in *quale* formaliter quidditative, id quid quidditative in suppositione tertia explicatum, in modis extrinsecis includi; dicunt enim, modos extrinsecos esse aliquid reale, licet in alio: ergo nec Mastrius negare debet, ens in *quale* includi formaliter quidditative in modis intrinsecis.

Probat quarto Author relatus num. 191. ens non includi quidditative in suis passionibus, primo: quia subiectum ex 7. *Metaphysic.* 17. & 19. cadit in diffinitione passionis, ut additum: ergo subiectum non est de quidditate passionis. Secundo, quia ex 1. *posteriorum*, cap. de *Statu priorum*, propositiones per se non convertuntur: er-

go si hæc est per se secundo modo; *en est unum*; hæc alia: *unum est ens*, non erit per se primi modi ergo erit per accidens, sicut ista: *risibile est homo*: ergo ens non includitur quidditative in passionibus.

Eriam hæc rationes vrgent Thomistam, concedentes ens in *quid* includi in passionibus entis; sed etiam vrgent Mastrius, negantem ens in *quale* in passionibus includi; nam quamvis subiectum cadat in diffinitione passionis ut additum, ut propositiones per se non convertantur, hoc solum tollit, subiectum prædicari in *quid* de passione; non verò, quod prædicetur in *quale*, ut in propositione ab ipso assignata constat: nam licet homo non prædicetur de passione ut totum potentiale; prædicatur tamen, ut qualificativum, quod est in *quale* prædicari.

Dices: hæc propositio risibile est homo, est prædicatio per accidens: ergo & ista: unum est ens; quia utraque est subiecti de passione: ergo nullo modo ens quidditative prædicatur de passionibus. Distinguo antecessens: est propositio per accidens, ut opponitur prædicationi in *quid*, vel in *quale* essen-

19

*Efficacia  
contra  
Thomist.  
vrget  
Mastrius*

18

Prob. 4.

20

*Dices.*

*Respond.*

sentiale, concedo antecedens; ut opponitur ad id, quod pertinet ad quidditatem rei, etiam si sit ut additum, nego antecedens; distinctio quoque similiter utrumque consequens.

21  
Prob. 5.

Probat quinto: *disput. 5. Logica, quæst. 3. artic. 3.* rationibus, quibus ibi probat, genus non includi in differentiis contrahentibus. Deinde sic: differentia quantitatis non sunt formaliter extensæ, similiter differentia substantiæ non sunt formaliter substantiæ, & sic de alijs generibus: ergo nec differentia entis sunt formaliter ens. Probat antecedens: nam longitudo, latitudo, & profunditas, sunt differentia quantitatis; sed hæ non sunt formaliter extensæ: ergo differentia quantitatis non sunt formaliter extensæ. Subsummo ego: atqui hoc argumentum solum contra Thomistas procedit, asserentes ens includi in *quid* in differentiis; non verò contra Scotistas, hoc asserentes de ente in *quale*: ergo non tollit prædicationem entis in *quale*.

22  
Probat.  
deniquè.

Deniquè probat idem ex Doctor. citat. quia ens adæquatè dividitur in increatum, & decem genera, tanquam in ea, de quibus prædicatur quidditative; sed

passiones eius nec sunt ens increatum, nec aliquid ex decem generibus: ergo non prædicatur de ipsis quidditative. Optimè probat Maftrius ex Doctore contra Thomistas; sed optimè etiam contra se. Retorqueo contra ipsum argumentum: ex Doctore ens adæquatè dividitur in increatum, & decem genera, tanquam in ea, de quibus quidditative in *quid* prædicatur; sed passiones ipsius non sunt ens increatum, nec aliquid ex decem generibus: inferat Maftrius consequentiam: ergo ens in *quid* non prædicatur de eius passionibus. Optimè pro prima parte meæ conclusionis contra Thomistas. Infero nunc ego contra ipsum: ergo Scotus non tollit prædicationem in *quale*.

Retorq.  
contra  
Mastr.

Dices: esse alias rationes, ens in *quale* refutantes. Respondedo: erunt forte, sed eas assignet Maftrius, quia omnes, quibus suam probat conclusionem, excludendo ens ab ultimis differentiis, modis intrinsicis, eiusque passionibus, sunt iam positæ, & ex ipsis visum, ens in *quale* de ipsis prædicari, & ens in *quid* ab eis excludi.

23  
Dices.  
Respond

Probat iam contra Maftrium, & omnes adversarios, ens in *quale* includi in ultimis

24  
Probat.  
generalis

*tèr cõtra omnes ad versarios*

mis differentijs, modis intrinsecis, eiusque passionibus. Ens est quolibet genere universalius in prædicando: ergo quot modis prædicatur genus de suis inferioribus, tot prædicatur ens de suis. Antecedens patet: nam ens prædicatur de genere quocumque. Consequentia claret: nam idèd genus prædicatur diversimode de suis inferioribus, quia est illis universalior; sed ens est suis inferioribus universalius: ergo quot modis prædicatur genus de suis inferioribus, tot prædicatur ens de suis. Subsummo nunc: atqui genus non solum prædicatur in *quid* de speciebus, ut *homo est animal*; sed etiam in *quale* de differentia, ut *rationale est animal*: ergo ens non solum prædicatur in *quid*, sed in *quale*; tunc sic; sed si non prædicatur in *quale* de differentijs, modis intrinsecis, eiusque passionibus, non prædicatur, tot modis, quot prædicatur genus: ergo de ipsis prædicatur ens in *quale*. Probatur hæc minor: præmissis differentijs, modis intrinsecis, eiusque passionibus, de omnibus alijs in *quid* prædicatur ens: ergo de illis in *quale*.

Quod autem ens univocè prædicetur de ultimis dif-

ferentijs, modis intrinsecis, eiusque passionibus, probatur: nam ens univocè prædicari, est secundum nomen & secundum rationem includi, sive ut totum potentiale, sive ut determinativum; sed ens hoc secundo modo includitur in ultimis differentijs, modis intrinsecis, & passionibus: ergo univocè prædicatur de illis. Deinde, si per univocè prædicari, intelligitur in *quid* prædicari, certum est, de ultimis differentijs, modis intrinsecis, & passionibus univocè non prædicari, si autem hoc non est necessarium, sed sufficit in *quale* prædicari, univocè de illis prædicatur. Nec hoc est contra Scotum, quia in omnibus locis, in quibus facit distinctionem inter univocum prædicatum & prædicari univocè, loquitur de univocè in *quid*. Quare vel Scotus non itat contra nos, vel est disputatio de nomine tantum.

§. III.

*Argumenta Mastrij solvuntur contra secundam partem conclusionis.*

**O** Bicies primo ex Mastrij num. 182. ratione: ens in *quale* distinctum ab ente in *quid*, est quid merè ficti

*vocè prædicetur, ostenditur 1.*

*Secunda*

*Scoti auctoritat. solvatur*

25  
*Quod ens uni-*

26  
*Arg. 1. Mastrij.*



fictitium : ergo ens non in *quale* prædicatur de ultimis differentijs, modis, & passionibus. Probat antecedens: nam vel hoc ens in *quale* includit ens *quid*, vel non? Si primum est ens *quid*. Si secundum: ergo est nihil: ergo est *quid* merè fictitium.

Respond.

Respondeo negando antecedens, ad cuius probationem concedo secundam partem, & nego esse nihil: quia etiam ens in *quale* opponitur nihilo in *quale*. Vel distingue claritatis gratia: est nihil ut opponitur enti *quid*, concedo: ut opponitur enti in *quale*, nego.

27

Arg. 2.

Obijcies secundo ex eodem *num. citat.* si ultima differentia includeret rationem entis essentialitèr, sive per modum *quid*, sive *qualis*, eius conceptus non esset simpliciter simplex; sed hoc est expressè contra Scotum: ergo ens non includitur in illis. Probat *maior*: nam haberet conceptum communem multis, aliàs esset ab alijs diffrens: ergo non esset simpliciter simplex. Respondeo negando *maior*, & distinguo probationem: haberet conceptum communem multis entibus in *quid*, & in *quale*, nego antecedens; entibus in *quale*, subdistinguo, inadaquatam omito antecedens,

Resp. 1.

inadaquatam nego antecedens, & consequentiam.

Respondeo secundo, distinguo *maior*: si ultima differentia includeret ens essentialitèr, sive per modum *quid*, sive *qualis*, & aliquid aliud, quo differat ab eo, eius conceptus non esset simpliciter simplex, concedo *maior*; & nihil aliud præter ens in *quale* nego *maior*. Ratio est, quia cum ultima differentia sit qualificativa tantum entis, & primo diversa ab ente, & se tota ab eo distincta, sicut duæ individualitates inter se differunt, & sicut ex eo, quod ab his intellectus possit conceptum communem inadaquatam abstrahere, non tollitur quod sint simpliciter simplices, ita neque ex eo, &c.

28  
Resp. 2.

Ratio solutionis.

Obijcies tertio ex eodem *num. citat.* nam si modi, passiones, & differentia conveniunt in ente *quali* in communi, cum inter se distinguantur, inquit, vel per aliquem modum, vel per superaditam differentiam distinguuntur? Et rursus inquiri de illo, quomodo conveniat, & differat ab alijs differentijs, & sic in infinitum: ergo non includunt ens *quale*. Respondeo: convenire in conceptu communi entis *qualis* inadaquatam, & se ipsis sine aliquo su-

29  
Arg. 3.

Respond.

peraddito distingui, vt dixi in §. *anteceđenti*, quare non est processus in infinitum.

Deinde hoc, & prædictum argumentum, retorqueo contra Mairium: nam secundum ipsum *disput. 5. Logicæ, quæst. 2. artic. 4.* ab individuis potest abstrahi ratio communis univocè omnibus. Ex quo infero primo: ergo conceptus individui non est simpliciter simplex contra Scotum ob rationem Mairii allatam in §. *Obijectis secundo*. Infero secundo: ergo datur in individuis processus in infinitum; nam inquiri: quomodo individua conveniant in ratione individui, & inter se distinguantur? Nam si per aliquem modum, vel superadditam differentiam, rursus de eo inquiritur, quomodo conveniat, & differat ab alijs, & sic in infinitum: ergo sicut ad hæc salvanda, recurrit Mairius ad conceptum inadæquatum, dicendo, in hoc stare, quod sine aliquo addito sint inter se individua distincta; sic etiam nos recurrere possumus ad talem inadæquatum conceptum, vt suis respondeamus argumentis.

Deniquè: ipse Mairius salvat in individuis processum in infinitum, asserendo rationem individui abstrac-

tam esse univocè omnibus communem, & de singulis in *quid* prædicabilem: ergo multo melius nos salvamus in ultimis differentijs, modis intrinsecis, eiusque passionibus processum in infinitum, asserendo rationem entis univocè omnibus communem, & de singulis in *quale* tantum prædicabilem.

Mairius *disput. 2. Metaphisic. quæst. 7. artic. 1. numer. 189.* occurrit ad hoc, concedendo totum: nam concedit abstractionem conceptus communis entis ab ultimis differentijs non implicare ex eo, quod daretur processus in infinitum, cum etiam esset confusus, & inadæquatus; sed ex eo, quod ultimæ differentie respiciunt ens, vt contractentia ad contrahibile, quod nunquam quidditative includitur in illis, per quod respondet ad paritatem: non tenere, quia ad conceptum individuationis comparantur accitates, quæ sunt ultimæ differentie, non vt contractentia ad suum contrahibile; sed vt inferiora ad suum superius.

Contra primo: nam ex eo, quod ens includatur quidditative in ultimis differentijs, sequitur processus in infinitum, vt Scotistæ, hanc negantes sententiam, dicunt,

&amp;

30  
Retor-  
quo con-  
tra Mair-  
trium 1.

31  
Secundo

32  
Respond.  
Mastr.

33  
Contr. 1.

Contr. 2. & ipse Maftrius cum Scoto  
 afferit in eadem *disput. 2. ci-  
 tat. num. 185.* Contra secun-  
 do: sicut Petreitas, & Paulei-  
 tas sunt ultimæ differentiæ  
 individui, ita rationalitas, &  
 animalitas sunt ultimæ diffe-  
 rentiæ entis: ergo semel con-  
 cesso, in illis dari rationem  
 individui communem om-  
 nibus, & de singulis in *quid*  
 prædicabilem, ut tenet Mas-  
 trius *cit. ita* similiter, & il-  
 lis. Contra tertio: quia fal-  
 sum est, quod ultimæ diffe-  
 rentiæ respiciant ens, ut con-  
 trahentia ad contrahibile, ut  
 ex dictis satis apparet, & am-  
 plius ex dicendis clarebit.

Contr. 3.

34  
Arg. 4.

Obijcies quarto ex eodem  
*cit. si* ultimæ differentiæ,  
 modi intrinseci, & passio-  
 nes, includerent essentialiter  
 ens, vel includunt illud ut  
 determinabile, vel ut deter-  
 minativum; sed neutro mo-  
 do: ergo non includunt ens.  
 Probat minorem quoad se-  
 cundam partem: si include-  
 rent ens ut determinativum,  
 tunc non modi determina-  
 rent ens; sed ens in eis inclu-  
 sum esset eorum determina-  
 tivum, quod est falsum, alias  
 communius esset determina-  
 tivum minus communis: er-  
 go non includitur ut deter-  
 minativum.

35  
Respond.

Respondeo negando mi-  
 norem quoad secundam par-

tem, & eius probationem,  
 quam Maftrius non probat.  
 Pro cuius declaratione scire  
 oportet, quod modi entis  
 determinat ens *quid*, non  
 verò *quale*, quia hoc non est  
 determinabile, sed determi-  
 nativum, utpotè, formaliter  
 inclusum in ultimis differen-  
 tijs, modis intrinsecis, & pas-  
 sionibus.

Obijcies quinto ex co-  
 dem *cit. nam* iuxta nostram  
 doctrinam facile posset qui  
 libet defendere, quodlibet  
 genus essentialiter includi in  
 suis differentijs, estò non in  
*quid*, & ut determinabile; in  
*quale*, & ut determinativum:  
 ergo hæc distinctio entis  
*quid*, & *qualis* excogitata est  
 ad declinandam vim argu-  
 mentorum. Respondeo ne-  
 gando consequentiam; im-  
 mo si Maftrius adverteret,  
 oppositam deduceret conse-  
 quentiam, nostram tenendo  
 opinionem; nam si eandem  
 distinctionem, quam poni-  
 mus in ente, scilicet, in *quid*,  
 & in *quale*, asserimus de quo-  
 libet genere respectu diffe-  
 rentiarum, ut dictum est in  
 suppositionibus: ergo non  
 est imaginata prædicta dis-  
 tinctio; imò est necessaria, &  
 a Scoto admittenda, ut in tota  
 hac clarescet quæstione.

36  
Arg. 5a

Respond.

Denique pro nullitate  
 omnium, quæ Maftrius in  
 præ-

Q2

37  
Maftrius

se impli-  
care, et  
tenditur.

present. adducit, sufficiat, se  
ipsum expressè implicare.  
Implicantiam videte. Ipse  
namquè *disput. 2. de Natura  
entis, quæst. 9.* vt solvat pro-  
bationem Ioannis Canonici  
probaantis, non dari concep-  
tum entis vnivocum enti  
reali, & rationis, in *num. 258.*  
*propè finem* habet hæc ver-  
ba: præsertim in via nostra,  
iuxta quam admittimus ali-  
quid in *quale* de ente reali  
prædicari, quod tamen non  
est ens reale formalitèr, sed  
tantum identicè, vt constat  
de modis, & passionibus en-  
tis: ergo se contradicit in as-  
serendo *quæstione præserti;*  
ens *quale* esse quid fictitiam,  
imaginatum solum, ad elu-  
denda argumenta opposita.

38  
Arg. 6.

Obijcies sexto pro Mas-  
trio: ex Scoto in *1. distinct. 3.*  
*quæst. 3. lit. O.* dicentec *Quod  
si A est vltima differentia; hæc  
prædicatio: A est ens, est præ-  
dicatio quasi per accidens; sed  
hoc esset falsum, si adhuc in  
quale ens essentialitèr inclu-  
deretur in vltimis differen-  
tijs: ergo quia non sic inclu-  
ditur. Respondeo per dis-  
tinctionem maioris: est præ-  
dicatio quasi per accidens, vt  
opponitur prædicationi in  
*quid*, concedo maiorem: vt  
opponitur prædicationi in  
*quale*, nego maiorem, distin-  
guo similiter maiorem, &*

Respond.

nego consequentiam. Et hoc  
est, quod loco citato ait Sco-  
tus, dicit enim: *Vnde si talis  
realitas sit A, hæc non est in  
quid: A est ens, sed quasi per  
accidens.* Vbi clarè constat, lo-  
qui Doctorem de prædica-  
tione per accidens, vt oppo-  
nitur prædicationi in *quid*.

Obijcies septimo pro eo-  
dem ex eodem *quæst. 21. de  
Anima*, vbi loquendo de mo-  
dis contrahentibus ens, & vl-  
timis differentijs, dicit: *Quod  
sunt entia realitèr, non forma-  
litèr: ergo quia non inclu-  
dunt ens.* Respondeo Scotum  
intelligi de ente in *quid*, non  
verò in *quale*, vt exponit Ca-  
vellus in *Annotat. ad prædic-  
tam quæstionem.*

39  
Arg. 7.

Respond.

#### §. IV.

Alia specialia argumenta  
solvuntur.

Arguitur primo: si ens  
in *quale* includeretur  
quidditativè in vltimis diffe-  
rentijs, de illis prædicaretur  
in *quid*, vel in *quales*; sed neu-  
tro modo: ergo non includi-  
tur in illis. Minor quoad se-  
cundam partem probatur: si  
prædicaretur in *quale*, vel in  
*quale* essentiali, vt differen-  
tia, vel accidentali, vt pro-  
prium, & accidens; sed neu-  
tro modo: ergo nec in *quale*  
prædicatur. Probatur minor  
quoad

40  
Speciali-  
tèr arg. 1.



quoad primam partem; quoad secundam verò est certa; alioquin non includeretur in ultimis differentijs, vt prædicatum expectans ad essentiam earum, quod est contra quæstionem: si ens prædicaretur in *quale* essenziale, vt differentia de suis ultimis differentijs, iam differentia prædicaretur de sui differentia; sed hoc repugnat: ergo non prædicatur in *quale* essentiali, vt differentia. Maior patet, nam ens esset differentia; sed prædicaretur de suis ultimis differentijs: ergo prædicaretur de sui differentia: ergo iam differentia esset differentia suæ differentiæ. Minor verò probatur: repugnat, quod genus sit genus sui generis; quare hæc est falsa: *Vivens est animal*: ergo repugnat, quod differentia prædicetur de sui differentia. Respondeo, quod ens *quale* includitur formalitèr in differentijs; sed non prædicatur de ipsis in *quale*, sed in *quid*; quare ruit argumentum.

Arguitur secundo: si ens prædicaretur de suis passionibus, prædicaretur in *quale*, vt differentia; sed non sic prædicatur: ergo ens non prædicatur de suis passionibus. Probatur maior: si sic prædicaretur, non poneretur

ens tanquam additum in definitione suæ passionis; sed ponitur vt additum: ergo non sic prædicatur. Maior patet; nam in nulla definitione differentia intrat vt additum. Minor constat primo ex Scoto in 1. *distinct.* 3. *quest.* 3. *litt.* G. expressè hoc docente. Secundo: quia nullo subiectum alicuius accidentis proprii ingreditur definitionem accidentis proprii nisi, vt additum. Tertio: quia alioquin prædicaretur in primo modo dicendi per se, contra Scotum *citat.* Respondeo negando maiorem, ob rationem datam in argumento antecedenti.

Arguitur tertio: implicat ens aliquomodo prædicari de ultimis differentijs, quin ultimæ differentiæ contineantur in ente continentia communitatis: ergo nullo modo ens prædicatur de illis. Antecedens patet: nam ex Porphyrio *cap. de Specie*, solum datur prædicatio superiorum de inferioribus, & æqualium de æqualibus; sed in his prædicationibus semper subiectum continetur in prædicato continentia communitatis: ergo implicat ens prædicari de ultimis differentijs, quin ultimæ differentiæ contineantur in ente continentia communitatis. Con-

Respondeo.

42

Arg. 3.

Respond.

41

Arg. 2.

sequentia probatur: ultime differentie nullo modo continentur in ente continentia communitatis: ergo nullo modo ens prædicatur de ultimis differentijs. Probatur antecedens: si ultimæ differentie sic continentur in ente, esset, vt de ipsis prædicaretur denominativè, vel in *quale*; sed hoc nequit facere continentia communitatis. ergo ultimæ differentie nullo modo continentur in ente continentia communitatis. Maior est vera, quia ens nequit alio modo de ipsis prædicari.

43  
Probat.  
minor.

Minor probatur: si hoc posset facere continentia communitatis, non assignaret Scotus in 1. dist. 3. quæst. 3. §. *Quantum ad secundum*, vltra hanc continentiam, continentiam virtuales, vt ens esset primum obiectum nostri intellectus: ergo hoc nequit facere continentia communitatis. Probatur antecedens: Scotus continentiam virtuales addit, vt ens possibili modo prædicetur de ultimis differentijs: ergo non assignaret Scotus vltra continentiam communitatis, continentiam virtuales vt ens esset obiectum primum nostri intellectus. Antecedens constat: nam talem continentiam addit, vt ens

ultimis differentias contineat: ergo vt prædicetur de illis, quia continens prædicatur de contento. Respondeo, quod ens, *quid* virtualiter tantum continet ultimas differentias, & sic identicè tantum prædicatur de illis; ens verò in *quale* eas continet continentia communitatis, & sic in *quid* prædicatur de illis, sicque totum ruit argumentum, & Scotus citatus explicatur, quia ibi loquitur de ente *quid*, non verò *quale*.

Respond.

Aliter formatur argumentum: implicat, ens aliquomodo prædicari de ultimis differentijs, modis intrinsecis, eiusque passionibus, quin ultimæ differentie contineantur in ente, continentia communitatis: ergo implicat, ens vel *quale*, vel denominativè prædicari de ultimis differentijs, quin contineantur in ente tali continentia communitatis. Antecedens patet ex Porphyrio cap. de Specie, vbi ait, quod solum datur prædicatio superioris de inferioribus, vel æqualium de æqualibus; sed ens non verè prædicatur de ultimis differentijs, vt æquale de æquali; alioquin essent termini æquè communes, ac universales, quod est falsum: ergo implicat ens aliquomodo prædicari de ultimis diffe-

44  
Aliter  
formatur  
arg.

rentijs, quin contineantur in ente continentia communitatis. Consequentia eodem modo claret.

45  
Subsum-  
mo.

Subsummo nunc: atqui implicat contineri aliquid in aliquo continentia communitatis, quin de contento prædicetur in *quid*, quid quid de continente prædicatur in *quid*: ergo si de ente prædicatur in *quid* eius distinctio, talis etiam distinctio etiam in *quid* prædicatur de ultimis differentijs; tunc sic; sed hæc constituit ens in *quid*: ergo,

Susump-  
ta patet,  
primo.

&c. Susumptum patet, primo: quia quid quid prædicatur in *quid* de superiori, prædicatur in *quid* de inferiori, ut in arbore prædicamenta

Secundo

li claret. Secundo: quia in hoc distinguitur continentia communitatis à continentia virtuali, vel essentiali. Tertio: quia Scotus in 1. dist. 3.

*quæst. 3. §. Quantum ad secundum*, ultra continentiam communitatis entis, falso adderet continentiam virtua- lem, ut ens sit obiectum primum nostri intellectus; quia sola continentia communitatis sufficeret. Vide Scotum *cit.* Respondeo sicut ad argumentum præcedens.

Respond.

Obijcies quarto: si daretur ens *quid*, & *quale*: ergo daretur ens absolute consideratum illis commune: er-

46  
Arg. 4.

go ens *quid*, & *quale* sunt membra dividenda entis: ergo ens univocè prædicatur de ultimis differentijs. Patet consequentia: nam quia rationale, & irrationale sunt membra dividenda animal, animal de ipsis univocè prædicatur. Infero: ergo si ens *quale* prædicatur de ultima differentia, hæc non est simpliciter simplex. Probatur hæc consequentia: ultima differentia haberet conceptum communem; sed ultra hoc haberet conceptum differentialem; nam haberet propriam rationem, per quã differret ab alijs: ergo differentia non esset simpliciter simplex. Respondeo negando omnes consequentias: quia ens *quid*, & *quale* non sunt membra dividenda ens; sed solû acceptiones ipsius.

Respond.

Obijcies quinto: prædicatio contra naturam non est admittenda; sed si ens aliquomodo includeretur in suis passionibus, daretur prædicatio contra naturam: ergo non includitur. Maior constat: nam illa est prædicatio contra naturam, in qua inferius affirmativè prædicatur de superiori, & superius negativè de inferiori; quod non est admittendum. Minor probatur: si ens aliquomodo prædicaretur de pas-

47  
Arg. 4.

sio-

fionibus, inferioris affirmativè prædicaretur de superiori: ergo daretur prædicatio contra naturam. Probatur antecedens: subiectum prædicaretur affirmativè de passione: ergo daretur prædicatio inferioris ad superius affirmativè. Antecedens est verum, consequentia probatur: subiectum est inferioris passione; sed per te subiectum prædicaretur de passione: ergo prædicaretur inferioris de superiori affirmativè. Probatur maior: id quod non inhæst alicui, est inferioris respectu illius, quod ei inhæst; sed subiectum non inhæst passioni, & passio inhæst subiecto: ergo subiectum est inferioris passione. Maior est clara: nam quia homo non inhæst animali, & animal inhæst homini, homo est inferioris animali, & sic de quocumque subiecto respectu accidentium. Minor patet: nam si subiectum inhæst passioni, subiectum esset per passionem, quod est falsum. Consequentia legitima est.

48  
Resp. 1.  
Resp. 2.  
Respondeo primo negando maiorem, & eius probationem: nam datur prædicatio vera æqualis de æquali, quin sit contra naturam, ut hæc: *Rationale est homo*. Respondeo secundo omittingo maiorem, & nego minorem,

& negatis negandis, nego ultimam probationem esse universaliter veram, ut patet in propositione allata, in qua rationalitas inhæst homini; non verò homo inhæst rationalitati, & tamen neutrum est superius, sed sunt omnino æquales.

## §. V.

*Argumenta contra primam partem conclusionis solvuntur.*

49  
A Rguitur primo: superius prædicatur in quid de quolibet inferioris; sed ens est superius ad modos, differentias, & passiones; alioquin non esset universalissimum, & communissimum prædicatum: ergo ens debet prædicari in quid de ultimis differentijs, passionibus, & modis intrinsicis. Respondeo negando minorem, quia ens solum abstrahitur ab his, quæ contrahitur; eumque ad modos, differentias, & passiones non contrahatur ens, non abstrahitur ab eis, & sic non est superius ad ea, tali intellige superioritate, ut modos, differentias, & passiones, ut propriè inferiora respiciat, nam solum lateralitèr, & indirectè ea respicit. Neque ens dicitur

Contr. 1.  
partè conclusionis  
arg. 1.

Respond.



tur vniuersalissimum prædicatum, quia de omnibus in quid prædicetur, sed quia vel in quid, vel in quale de omnibus dicitur. Quare potest distingui minor: ens in quale est superius ad modos, differentias, & passionem, concedo minorem; ens in quid, nego minorem, & concedo consequentiam de ente in quale.

Obijcies secundo ex Scoto in 1. dist. 3. quæst. 3. §. Ad videndum, ait: sicut hæc est in quid: *Anima intellectiva est ens*, accipiendo eundem conceptum entis secundum quæ dicitur de homine, vel de albedine, ita hæc est in quid: *Rationalitas est ens*: ergo ens in quid includitur in vltimis differentijs. Respondet Scotus loqui de differentia, quæ sumitur à parte essentiali, quæ est res, & in forma, ait Scotus, quod rationalitas est ens, si rationalitas sit talis differentia, & prosequitur dicendo: quod nulla talis differentia est vltima; quia in tali continentur plures realitates aliquomodo distinctæ; at vltima differentia est omnino simpliciter simplex.

Obijcies tertio: in sententia probabili anima includit formaliter vegetativam, & sensitivam: hac admissa, sic argumentum: ergo

ens formaliter includitur in modis intrinsicis. Probatur consequentia: stat, quod superius formaliter includatur in inferiori; sed ens est superius, & modi intrinsici quasi inferiores: ergo ens formaliter includitur in modis intrinsicis. Probatur maior: stat, quod anima vegetativa, quæ est superior rationali, formaliter in rationali includatur: ergo stat, quod superius formaliter includatur in inferiori. Respondet distinguendo illam maiorem: stat, quod superius formaliter includatur in inferiori, inferioritate prædicationis, concedo: alia inferioritate, nego maiorem; ait in quo similiter minorem, & nego consequentiam.

Obijcies quarto: quicumque modus intrinsicus, passio, vel vltima differentia, est aliquid in se: ergo in quolibet includitur essentialiter ens. Probatur consequentia. Ex Scoto: ens est commune formaliter, & essentialiter cuicumque naturæ conceptæ, vt est aliquid in se; sed per te quicumque modus intrinsicus est aliquid in se: ergo in quolibet includitur essentialiter ens. Probatur maior: Scotus 4. *Metaphisic. quæst. 1. in corpore quæstionis*,

R num.

50  
Arg. 2.  
ex Scoto.

Respond.

52  
Arg. 4.

51  
Arg. 3.

num. 10. adducit difficultatem, quomodo modi entis includant ens? Et in tertia responsione ait: *Ens est commune formalitèr, & essentialitèr cuiusque natura conceptæ, ut est aliquid in se.* Et paulo infra ait: *Quod hæc responsio videtur probabilis; quia ex quo conceptus entis est absolutus, non est inconueniens, quod claudatur in aliquo, quod concipitur tanquam absolutum in se.* Respond. 2.

Respond.

Respond. 1.

Obijcies quinto: modi intrinseci sunt inæquales in perfectione entitativa: ergo sunt entia. Probatum antecedens: substantia est perfectior accidente; sed non ratione, qua conveniunt: ergo ratione, qua differunt, scilicet, modi. Respondeo ad argumentum, omiſſa solutione Mastrij, distinguendo ante-

cedens: sunt inæquales in perfectione entitativa quali, concedo antecedens; in quid, nego antecedens, & consequentiam; & hoc probat probatio antecedentis, ut attendenti parebit. Respondeo secundo alitèr: sunt inæquales ut quo, concedo antecedens; ut quod, nego antecedens. Ratio est, quia propriè loquendo, non sunt inæquales, sed rationes formales, per quas res, in quibus existunt, dicuntur inæquales. Et sic potest alitèr distingui: sunt inæquales, id est, rationes formales inæqualitatis, concedo: sunt inæquales propriè loquendo, nego.

Resp. 2.

Cætera argumenta à Thomis, & Neutralibus posita, & à Mastrio in præsent. tradita, omitto, quia cum distinctione de ente in quid, & in quale, contrahibile, & contractivum, facillimè solvuntur, ut legenti constabit.

54  
Cætera  
argumēt.  
Mastrij  
solvuntur.

Alia autem sunt argumenta Neutralium, ad quæ Pontius accedit, ut in relatione sententiarum dixi, probantia: divisionem differentiarum ultimæ, & non ultimæ à Scoto traditam in 1. distinct. 3. quæst. 3. lit. O. insufficientem esse; & consequenter asserunt, idem de utraque iudi-

55  
Alia ar-  
gumenta  
in genere  
proponū-  
tur.

dicium esse ferendum ; sed quia hoc nascitur ex non recta Scoti intelligentia, pro eorum solutione.

Noto : differentiam aliquando sumi ab alia forma, à qua ratio generis sumitur; aliquando verò ab eadem, secundum aliam tamen, & aliam realitatem. Ratio constat ex Philosophis, & ex Doctore citato : nam constitutum ex genere, & differentia, aliquando est vnus simplicis naturæ, phisicè loquendo, vt sunt intelligentiæ, & accidentia ; vel si est phisicè compositum, ex materia, & vna sola forma constat, vt sunt corpora simplicia, & in animata; aliquando verò, ex materia, & multis formis subordinatis, vt sunt corpora animata, in sententia nostra præter formam mixti animam habentia. In simplicibus, & compositis primo modo, ratio generis, & differentia ab eadem forma, seu natura sumitur secundum alias, & alias realitates; in compositis secundo modo ratio generis à priori sumitur forma; ratio verò differentia à posteriori.

Sit exemplum: in albedine, quæ est vna simplex forma, & corpore inanimato, vnam tantum formam ha-

bente, ratio generis, & differentia nequeunt à pluribus formis sumi, sed ab eadem secundum aliam, & aliam realitatem; in corpore verò animato, plures habente formas, scilicet, formam corporeitatis, & animam, à priori sumitur ratio generis, scilicet, corporeum, & à posteriori ratio differentia, scilicet, animatum. Hoc supposito.

Differentia non vltima est, quæ sumitur ab alia forma, à qua ratio generis sumitur, quia cum hæc differentia, ex communi vsu loquendi, supponat pro tota, aut integra forma, à qua sumitur, & hæc sit in plures realitates resolubilis, etiam illa differentia plures in se continet realitates; quare non vltima dicitur. Differentia verò vltima est, quæ sumitur ab eadem forma, à qua ratio generis sumitur, quia non est resolubilis in plures realitates. Sic Scotus citatus.

Ex quo, quid intelligat Scotus per vltimam differentiam, iam ex dictis clarescet; nam omnes differentia, siue intermedia, siue subalternæ, quæ sumuntur ab eadem forma, à qua ratio generis sumitur, siue individuales, sunt

56  
Pro solutione notato.

57  
Exemplum

58  
Quæ sit differentia vltima, & non vltima.

59  
Quid per vltimam differentiam intelligat Scotus.

ultima differentia. Ratio est, quia non supponunt ex virtute sermonis pro tota illa forma phisica, quæ est ens essentialitèr, & in quid, cum ab ipsa sumatur etiam ratio generis; sed præcisè supponunt pro ultima realitate illius forma.

Dices: differentia intermedia, vel subalternæ, etiam si ab eadem forma, à qua ra-

tio generis sumitur, accipitur, est determinabilis per differentiam individualem: ergo non est ultima. Respond. distinguendo consequens: ergo non est ultima ultimitate determinationis, concedo consequentiam; quia hæc solum est differentia individualis: ultimitate simplicitatis, nego consequentiam.

*Respond.*

60  
Dices.

# QUÆSTIO

## OCTAVA.

An ens sit univocum enti reali, & rationis?

S. I.

*Supponuntur necessaria ad questionem.*

N. I. *Supp. 1.* **S**uppono primo, (suppositis suppositionibus, quæ sunt in quinta quæstione tactæ à sum. 2. usque ad 10. quæ, quæso, vtpotè, valdè vitia ad memoriam revoca) æquivoca esse in duplici differentia: alia logica, quæ secundum vocem significant plura æquè primo in signifi-

catione, licèt in re aliqua convenient, & unum ordinetur ad aliud, quæ æquivoca, methaphisicè, & phisicè analogæ, vel univocæ sunt. Alia methaphisicè, & phisicè, quæ significant plura, in nulla re convenientia, ut significantur à vocibus. Sic Scotus in prædicamentis, *quæst.*



*Quæst. 4.* vbi postquam dixit in secunda conclusione, ens esse æquivocum decem prædicamentis, notat pro huius intelligentia, quod vox, quæ apud logicum (sunt verba eius) simpliciter æquivoca est, quia, scilicet, æquè primo importat multa; apud Methaphisicum, vel naturalem, qui non considerat vocem in significando, sed ea, quæ significantur, secundum id, quod sunt, est analogæ; (intellige analogia attributionis, vel inæqualitatis, vt dixit in *4. Methaphis. quæst. 1.*) Quare ens à methaphisico ponitur analogum; apud logicum simpliciter æquivocum, quia omnia entia, in quantum significantur per vocem, æquè primo significantur.

2  
Suppono secundo: quod hic accipitur ens pro eo, quod habet essentiam, sive illam habeat de facto, sive de possibili, sive realiter, sive ratione, sive existentialiter, sive individualiter, sive subsistentialiter, sive personaliter, cui enti opponitur non ens, vel negatio obiectiva entis, quæ est purum non esse. His suppositis sit.

§. II.

*Nostra conclusio statuitur,  
& firmatur ex Scoto.*

**C**onclusio: ens est analogum enti reali, & rationis, analogia attributionis, vel inæqualitatis, quæ univocationem, saltem in quarto gradu à nobis proposito, secum compatitur. Hæc conclusio est univocaliter contra omnes Thomistas, & omnes ferè Scotistas, quos *Mastrius disput. 2. Methaphis. de Natura entis, quæst. 9. num. 255. citat, & sequitur;* non tamen contra Scotum, licet ab ipso expressè non tradatur, eamque teneo, & quia nihil contra hoc clarè ponit Scotus, & quia omnes rationes, quibus de Deo, & creaturis, substantia, & accidenti, univocatio probatur, de ente reali, & rationis etiam conyincunt. Hancque defendunt ex Scotistis Mauritijs, Bonerus, & Ioannes Canonicus à Pontio citati, & si de hoc ultimo *Mastrius cum Pontio non concordet.*

Conclusio quoad omnes ferè partes, scilicet, quod sit analogum analogia attributionis, vel inæqualitatis, & quod hæc analogia non tollat univocationem ex Scoto, per suppositiones constat, &

Arist.

3  
*Statuitur conclusio contra Mastr.*

4  
*Quod ens sit analogum*

enti reali, & rationis, & qua analogia, consistat ex dictis.

Quod ens sit univocum enti reali, & rationis, prob. 1. ex Scoto.

Aristotelis est multis in locis sententia, & rationes, quibus de substantia, & accidenti hoc probatur, convincunt, & etiam locis Scoti citandis, & rationibus adducendis amplius clarescet.

Probatur iam, quod ens sit univocum enti reali, & rationis primo ex Scoto in quodlib. 3. ubi quærit: *Vtrum relatio comparata ad oppositum sit res, & ad essentiam, seu subiectum ratio tantum?* In 1. artic. discutens: *An relatio sit res?* Ponit, quot modis accipiatur res, & affirmat: res esse quid commune enti reali, & rationis, & sic esse obiectum intellectus. Hæc sunt verba eius in §. de Primo: *Et isto intellectu communissimo, prout res, vel ens, dicitur quodlibet conceptibile, quod non includit contradictionem* (loquitur expressè de ente communi reali, & rationis) *sivè illa communitas sit analogiæ, vel univocationis, de qua non curo modo, potest poni ens primum obiectum intellectus: ergo secundum Scotum ens est univocum enti reali, & rationis.*

6  
Prob. 2.  
ex eodem

Probatur secundo ex ipso in 1. Report. dist. 29. ubi inquirat: *Vtrum ratio principij dicatur univocè de principio essentiali, & notionali?* In quo est problematicus, & ut af-

firmativam defendat, dicit: *relationi reali, & rationis dari quid commune univocum, ut videre est num. 8. &.* *Secundum aliam opinionem, ubi ait: Potest dici, quod dicitur secundum eandem rationem de principio essentialitè, & notionalitè, & quod relationi rationis, & reali convenit univocè conceptus generis generalissimi, ut dictum est.* Videatur tota hæc quæstio Scoti, & cognoscetur in 1. Sentent. distinct. 29. Scotum non loqui assertivè, quando dicit, quod principium non dicitur univocè, &c. ergo ex Scoto inter ens reale, & rationis datur univocatio.

Probatur tertio ex eodem 4. Methaphisic. cap. 1. super textum vigesimum Philosophij, ubi Philosophus ait: *Ens autem multis modis dicitur, sed ad unum, ut ad unam aliquam naturam, & non equivocè.* Super quem textum ait Scotus: *Ens dicitur multipliciter, quia ens est verè univocum ad omnia entia methaphisicè loquendo: ergo in ista propositione univocum videtur affirmare cum Aristotele Scotus, esse univocum enti reali, & rationis: ergo si in alio loco Aristoteles, & Scotus contrarium pronuntiant, erit, quia in hoc uterque est problematicus: ergo*

7  
Prob. 3.

ex utroque constat, non esse contra aliquem defendere, ens esse univocum enti reali, & rationis.

8  
 Prob. 4.

Probat<sup>ur</sup> quarto ex eodem in 1. dist. 8. quæst. 3. §. Ad argumenta, &c. Ad aliud de attributione, ubi affirmat, quod omnis comparatio est aliquid qualiter univocatio; quando enim dicitur, hoc est perfectius illo, si quærat<sup>ur</sup> quid perfectius, oportet ibi assignare aliquid commune utriusque, & ita si aliqua comparantur in entitate, in qua est attributio unius ad alterum, oportet entitatem esse communem utriusque extremo; sed ens rationis comparatur in ratione entis cum ente reali: ergo est quid commune illis. Confirmatur: omnia numerata, vel discreta habent aliquid commune; (sunt verba Scoti in hoc loco) sed ens rationis, & reale sunt distincta, & discreta, quia ens rationis non fictum non est mera negatio entis: ergo ens reale, & rationis habeat aliquid commune univocum.

Confrimatur.

§. III.

Rationibus probatur conclusio.

9  
 Ratione

Probat<sup>ur</sup> quinto ratione: ens reale, & ratio-

nis non solum conveniunt in nomine entis, verum in aliquo significato per illud nomen: ergo univocantur in ratione entis. Probo antecedens: ens reale, & rationis conveniunt in potentialitate, quia quodlibet est ens potentiale, & possunt existere, reale independentèr à potentia vitalitèr operante, & rationis dependentèr ab illa. Item conveniunt in intelligibilitate, quia quodlibet est intelligibile. Item conveniunt in illa ratione, in qua secernuntur, & distinguuntur à non ente, & negatione pura entis; sed hæc ratio non solum reperitur in ente reali, verum, & rationis, nam respectu non entis ens rationis verè est ens, licet respectu entis realis sic non sit ens: ergo conveniunt non solum in nomine, sed in significato per nomen ens: ergo univocantur.

prob. 5.  
 conclus.

Varie sunt ad hanc rationem solutiones Scotistarum. Primo respondent aliqui, quod ens rationis sit intelligibile, non arguit, quod habeat, quid commune cum ente reali intelligibili: ergo ruit probatio. Probo antecedens: etiam negationes rerum sunt intelligibiles; sed ex hoc non sequitur, quod habeant quid commune: ergo

10  
 Respond.  
 aliqui  
 Scot. I.

go quod ens rationis sit intelligibile, non arguit, quod habeat quid commune cum rebus. Hæc tamen solutio est vndèquaque insufficientis, quia omniad ruit, dicendo, vt aliqui dicunt, ens vniuocum esse enti positivo, & negativo. Cæterum ab hoc præscindendo, & tali non vniuocatione permittis. *Contr. I.* Contra primo: negationes, & entia rationis sic diversimodè sunt intelligibilia, quod ex intelligibilitate entis rationis arguatur quid commune cum ente reali, non verò ex intelligibilitate negationis: ergo habent intelligibilitatem sufficientem, vt habeant quid commune cum ente reali intelligibili. Probo antecedens: ens rationis sic est intelligibile, quod non deductivè ex suo opposito contradictoriè in ratione entis cognoscatur; alioquin ex non ente, quod est eius contradictorium, cognosceretur, quod est falsum; atqui negatio, vt quid oppositum contradictoriè enti, ex ente deductivè, vt ex opposito cognoscitur: ergo negationes, & entia rationis sic diversimodè sunt intelligibilia, quod ex intelligibilitate entis rationis arguatur quid commune cum ente reali, nõ ex intelligibilitate negationis

Contra secundo: intelligibilitas negationis non est intelligibilitas membri dividendi ens; at intelligibilitas entis rationis est intelligibilitas membri dividendi ens: ergo negationes, & entia rationis sic diversimodè sunt intelligibilia, quod ex intelligibilitate entis rationis arguatur quid commune cum ente reali, non ex intelligibilitate negationis. Maior est evidens. Minor est certa, quia ens dividitur in ens reale, & rationis. Consequentia inferitur: quia si intelligibilitas entis rationis est intelligibilitas membri dividendi ens: ergo reperitur in ipso intelligibilitas entis; atqui intelligibilitas est aliquid significatum per nomen ens: ergo non solum ipsi convenit nomen ens, verum, & significatum entis.

Respondent secundo Canonice. Mayron, & Meruisse: intelligibilitatem per se solum convenire enti reali; enti verò rationis per accidens, quare potius in ipsa æquivocantur, vt homo verus, & pictus in esse hominis. Sic ferè respondet Pasqualigius dicens: ens rationis non intelligi propria intelligibilitate, distincta ab intelligibilitate entis realis, quia sicut non intelligitur nisi per ens rea-

II  
*Contr. 2.*

IZ  
*Respond. alij Sco- listæ 2.*



reale, ita non habet aliam intelligibilitatem ab ipso: ergo non est intelligibile per se: ergo potius æquivocatur cum ente reali.

13  
Contra.

Sed contra: nam entia rationis sunt per se obiectum unius habitus, scilicet, logicæ, diffiniuntur, dividuntur, in eis fiunt demonstrationes, & de eis moventur quæstiones: ergo sunt per se intelligibilia, & propriam habent intelligibilitatem, distinctam ab ente reali, sicut distinctam habent essentiam. Confirmatur ex Scoto *quæst. 5. universalium*, ubi ait: *Universale, quod est secunda intentio, esse per se intelligibile*; sic etiam in 2. *dist. 1. quæst. 5. lit. B.* ergo sunt per se intelligibilia entia rationis.

14  
Dices cū  
Meruiff.

Dices cum Meruisse: entia rationis esse per se intelligibilia, ut *ly per se* cadit in scientiam, ut sensus sit: entia rationis, quomocumque sint intelligibilia, intelliguntur per se à Logico; non verò, ut *ly per se* cadit in entia rationis, ita ut sensus sit: quod entia rationis sint per se intelligibilia, quia sic dum taxat intelligi possunt in ente reali, & virtute illius.

15  
Contra. 1.

Contra primo: quia diffinitio, & demonstratio conveniunt enti rationis per se, ut *ly per se* cadit supra ipsum

ens: ergo est per se intelligibile, ut *ly per se* cadit supra ipsum ens. Secundo: implicat, quod sciens assumere possit, ut per se intelligendum ab ipso, quod non est per se intelligibile; sed Logicus ex Meruisse per se considerat entia rationis: ergo per se sunt intelligibilia. Maior patet; alioquin intelligeret obiectum illud modo sibi repugnanti. Minor concessa, legitima est consequentia.

Contr. 2.

16  
Contra. 3.

Contra tertio: etiam si entia rationis intelligantur per aliud, & in virtute entis realis, non ob hoc propria, & per se carè intelligibilitate: ergo ruit solutio. Probat' antecedens paritatibus: etiam si substantia pro statu isto virtute accidentis intelligatur, relatio virtute extremorum, & passio per subiectum, non ob hoc propria carent intelligibilitate, & per se: ergo paritèr. Quarto: quod entia rationis intelligantur per aliud, non tollit, quod sint per se intelligibilia, ut *ly per se* opponitur *ly per aliud*, non vero ut opponitur *ly per accidens*, ut communiter de *ly per se* distinguunt Logici, & rationibus, & paritatibus est ostensum: ergo, &c. Quinto: quia ex eo, quod entia rationis sint per ens

Contr. 4.

Contr. 5.

reale intelligibilia, solum tollitur ab eis propria intelligibilitas motiva; non verò terminativa; ergo per se intelliguntur.

Tertio respondet Bar- gius cum alijs Scotitis: quod ratio movendi infert univocationem; non verò sola ratio terminandi; quare, & si intelligibilitas terminativa sit passio entis communissimè accepti, & communis utrique enti, ex ea unitas univocationis non sumitur, sed unitas tantum proportionis. Sed contra: quia semel admisso, intelligibilitatem terminativam esse passionem entis communissimè accepti, utrique enti communem, necessariò infertur, subiectum esse ipsis commune: ergo unitas univocationis infertur. Probo antecedens: primo, per regulam illam generalem: *Vbicumque reperitur propria passio subiecti, ibi & subiectum reperitur*; sed in ente reali, & rationis reperitur intelligibilitas terminativa, quæ est propria passio entis communissimè accepti: ergo semel admisso, quod hæc sit propria passio utriusque entis, infertur, subiectum esse ipsis commune.

Probatur secundo idem antecedens: quia sic est de omnibus passionibus respec-

tu suorum subiectorum. Probatur tertio: quia hoc admisso, ens communissimè acceptum habet sufficientem unitatem medijs syllogisticis; sed hæc est via univocationem demonstrandi: ergo sic est de omnibus passionibus respectu suorum subiectorum. Probatur maior: hæc esset bona argumentatio: omne ens est intelligibile; sed ens rationis est ens: ergo est intelligibile. Neque responsio *Mastrij in presenti numero. 171.* ad hunc modum arguendi valet aliquid; quia se contradicit cum dictis *in num. 267. 268. & 269.* ut legenti apparebit. Quare ad eius solutionem ad argumentum positum veniamus.

Respondet deniquè *Mastrius num. 270.* ex intelligibilitate entis rationis non sequi univocationem cum ente reali; quia hæc est simpliciter, illa verò secundum quid, & dat rationem; quia sicut res se habent ad esse, ita ad intelligi; sed ens reale est simpliciter tale, & ens rationis secundum quid: ergo intelligibilitas entis rationis est tantum secundum quid. Valde gloriosus hac sua solutione remanet *Mastrius*, sed non animadvertit, se satisfacisse ad simile argumentum contra univocationem entis res-

Prob. 3.

19  
Respond.  
Mastr.

17  
Resp. 3.  
alijs Sco-  
tistæ.

Contra.

Prob. 1.  
anteced.

18  
Prob. 2.  
anteced.

pectu

pectu substantiæ, & accidentis, Dei, & creaturæ, à Thomistis contra Scotum factum; quare eius solutionem hic applicare poterat, & in affirmativam incidere partem.

Declaremus hoc contra Matrium: arguunt Thomistæ contra nos: substantia est ens simpliciter, accidens verò secundum quid: ergo non univocantur. Respondet Matrius distinguendo antecedens: secundum quid, ita ut ly *secundum quid*, sit diltractivum entitatis, nego antecedens; ita ut sit diminutivum tantum perfectionis entitativæ, concedo. Alijs terminis: comparative ad substantiam, concedo; absolute, nego. *Quare in present.* non ita se responderet? Vt itaque hac solutione, nec à Matrío impugnata invenio. Omitto alias contra Matrium retorsiones.

Probatur sexto: aliquid significatum negat in rebus hoc nomen *non ens*: ergo aliquid significatum ponit in rebus hoc nomen *ens*, quia ponit, quod negat *non ens*: ergo in ente reali, & rationis aliquid significatum ponit ens, quod tolleret, si essent non entia: ergo non solum in nomine entis, sed etiam in significato conveniunt.

Dices primo cum Pon-

tio *disput. 69. quæst. 1.* si daretur significatum entis enti reali, & rationis commune, posset explicari; sed non potest: ergo ruit probatio. Respondeo primo, negando maiorem; quia multa dantur, & non possunt à nobis explicari; vltimæ enim differentiæ rerum, Divina decreta, & alia dantur, & non possunt à nobis explicari, quia explicatio nec tollit, nec ponit rem; est namque quid extrinsecum rei. Respondeo secundo negando minorem: quia sufficienter explicatur dicendo, quod est illud, per quod ens, sive reale, sive rationis, à non ente discernitur, quod est aliquid significatum per hoc nomen ens. Item sufficienter explicatur, dicendo, est id, quod potest existere, præscindo ab hoc, quod existat à parte rei, vel per operationem intellectus.

Dices secundo: quod ens rationis differat à nihilo, vel non ente, non arguit, habere significatum entis commune cum ente reali: ergo ruit probatio. Probat antecedens; etiam vltima differentia cuiuscumque rei differt à nihilo, vel non ente; sed non habet cum ente significatum commune, quia formaliter non est ens: ergo quod ens rationis differat à nihilo, vel

Dices 1.  
cū Pontio

Resp. 1.

Resp. 2.

Resp. 3.

23  
Dices 2.

20  
Respsio,  
& simul  
contra  
Matriū  
retorsio.

21  
Prob. 1.

22

Contr. 1.

non ente, non arguit, habere significatum entis commune cum ente reali. Contra primo: ens rationis, ac vltima differentia ita diversimodè differunt à nihilo, vel non ente, quod ex differentia entis rationis arguatur quid commune cum ente reali; non verò ex differentia vltimæ differentiæ: ergo ens rationis habet sufficientem differentiam, &c. Probatur antecedens: ens rationis ita differt à nihilo, vt ab eo differat vt *quod*; atqui vltima differentia solum differt à nihilo vt *quo*: ergo ens rationis, ac vltima differentia ita diversimodè differunt à nihilo, vel non ente, quod ex differentia entis rationis arguatur quid commune cum ente reali, non verò ex differentia vltimæ differentiæ. Maior, & minor sunt veræ. Consequentia probatur: esse ens vt *quod* est esse formalitèr ens, esse autem ens vt *quo* est non esse formalitèr ens, sed tantum identicè; sed ens rationis est ens vt *quod*, quia differt à nihilo vt *quod*, & vltima differentia est ens vt *quo*, quia sic distinguitur à nihilo: ergo ens rationis, ac vltima differentia ita diversimodè differunt à nihilo, &c.

Contra secundo: in tantum ens rationis, & vltima

differentia differunt à nihilo, in quantum sunt; sed ita est ens rationis, vt sit membrum dividens ens; non verò vltima differentia: ergo ens rationis, & vltima differentia ita diversimodè differunt à nihilo, quod ex differentia entis rationis arguatur quid commune cum ente reali, non verò ex differentia vltimæ differentiæ.

Probatur septimo: univocum est, quod convenit multis secundum nomen, & secundum significatum per nomen, sic quod ratio illa verè prædicetur de illis, licèt ratione differentiarum contrahentium, vel modorum reperiat perfectiori modo in vno, quam in alio; sed hoc nomen ens convenit enti reali, & rationis, sic quod secundum nomen, & secundum rationem significatum per nomen conveniat illis, ita quod verè prædicetur de ente reali, quod sit ens, & de ente rationis, quod sit ens: ergo univocantur. Confirmatur: ens reale, & ens rationis non differunt inter se eo, quod sint entia absolute, licèt differant eo, quod sint talia entia: ergo non differunt in ratione abstracta entis: ergo conveniunt in illa: ergo ens est eis univocum saltem in quarto gradu uni-

25  
Prob. 7.

Confirm.

24

Contr. 2.



vnivocationis, à nobis in suppositionibus assignato.

26  
Prob. 8.  
conclusio

Probatum octavo conclusio: ens communissimè acceptum habet sufficientem vnitatem medij syllogistici: ergo non est æquivocum. Probatum antecedens: hæc est bona argumentatio: omne ens est intelligibile; secunda intentio est ens: ergo ens rationis est intelligibile. Tunc sic; sed ens reale est intelligibile: ergo ens reale, & rationis in intelligibilitate conveniunt: ergo & vnivocantur.

27  
Respond.  
Mastr.

Ad hanc rationem, quam supra promissimus, responderet Mastrius num. 271. negando antecedens, ad cuius probationem dicit: argumentationem illam non tenere, si accipiatur ut syllogismus categoricus, sed tantum si accipiatur, ut hypotheticus, ex disiunctivis compositus, quo pacto tenet hoc argumentum: *Omnis canis est mobilis; sed Syrius, pro sidere Cælesti, est canis: ergo est mobilis.* Tenet, ait Mastrius, hic discursus, in quantum syllogismus hic categoricus potest in hypotheticum resolvi ex disiunctivis compositum, hoc modo: *Hic, vel ille canis est mobilis;* (sumendo canem in diversa acceptione, & significatione) *Syrius est canis*

*Cælestis: ergo est mobilis.* Sic itaque tenet (concludit Mastrius) discursus in argumento factus: *Omne ens est intelligibile; secunda intentio est ens: ergo est intelligibile;* sic enim resolvi potest: *Hoc, vel illud ens est intelligibile;* (id est, vel reale, vel rationis) *secunda intentio est ens rationis: ergo est intelligibilis.*

Hæc est ad litteram Mastrij responsio, quæ de primo ad ultimum est voluntaria, & absque vlllo fundamento: eodẽ enim modo possẽt Thomista respondere ad argumentum ex hac via desumptum, quo Scotista probamus vnivocationem entis ad Deum, & creaturam, substantiam, & accidens. Arguimus enim sic: omne, quod est; est ens; creatura est: ergo est ens. Similiter de accidente. Ad quod dicere possunt id ipsum, quod Mastrius dicit ad prædictam argumentationem de ente rationis. Nec valet, quod ait Mastrius, scilicet, longè efficacius concludere pro vnivocatione entis realis ad Deum, & creaturam, substantiam, & accidens, quã pro vnivocatione entis communissimè accepti ad ens reale, & rationis. Non, inquam, valet: nam sufficit quod argumentatio prædicta efficaciter probet vnivo-

28  
Solutio  
Mastrij  
est voluntaria.

Dices cõtra  
Mastr.

Contra;

cationem entis communisimè accepti ad ens reale, & rationis, & si non æquè effi-  
cacièr prober, ac univocationem entis realis ad Deum, & creaturam, substantiam, & accidens, vt est de se manifestum. Ultra hoc tamen.

29  
Contr. 1.

Contra primo: prædicta argumentatio tenet, si accipiatur vt syllogismus categoricus: ergo ruit Mastrij solutio. Probatur antecedens: hæc argumentatio: *Omne ens est intelligibile; creatura, & accidens sunt entia: ergo sunt intelligibilia*, tenet, si accipiatur, vt syllogismus categoricus: ergo prædicta argumentatio, etiam sic sumpta tenet. Probatur consequentia: idèo hæc argumentatio: *Omne ens est intelligibile; creatura, & accidens sunt entia: ergo sunt intelligibilia*, tenet; quia creatura, & accidens habent intelligibilitatem propriam, & per se, vt ly *per se* opponitur ei, quod est *per accidens*; sed ens rationis habet intelligibilitatem propriam, & *per se*, opponiturque ly *per se* ei, quod est *per accidens*: ergo tenet prædicta argumentatio, vt est syllogismus categoricus. Consequentia est legitima. Minor est expressa doctrina Mastrij in præsentibus num. 267. & 268. Maior videtur certa, & si

illam neget Mastrius, assignet rationem, pro bonitate argumentationis de creatura, & accidente, si accipiatur vt syllogismus categoricus, & ipsa erit ratio pro bonitate nostræ argumentationis de ente rationis.

30  
Contr. 2.

Contra secundo: nam argumentatio de cane à Mastrio tradita, vel nihil nobis officit, vel non est ad rem: ergo ruit omninò. Probatur antecedens: vel hæc propositio: *Omnis canis est mobilis*, est absolutè, & universalitè vera; vel non? Si primum? Omnes canes univocantur in ratione mobilis ea ratione, qua Mastrius concedit omnia entia realia univocari in ratione entis; & materiam primam, & formam univocari in ratione naturæ, vt dixit in *Phisica, disputat. 6. quæst. 2. artic. 2.* & consequenter ens reale, & rationis univocantur, iuxta solutionem illius; sicque nobis non officit solutio.

Si secundum, scilicèt, quod hæc propositio: *Omnis canis est mobilis* non est absolutè, & universalitè vera, argumentatio Mastrij est maximè diversa à nostra argumentatione: ergo non est ad rem. Probatur antecedens: in nostra argumentatione, hæc propositio: *Omne ens est*  
in-

31

*intelligibile*, est absolute, & vniuersaliter vera; hæc verò in argumentatione Mastrij: *Omnis canis est mobilis*, non est absolute, & vniuersaliter vera; atqui propositio, quæ est absolute, & vniuersaliter vera, est maximè diversa à propositione, quæ non est absolute, & vniuersaliter vera: ergo si hæc propositio: *Omnis canis est mobilis* non est absolute vera, argumentatio Mastrij est maximè diversa à nostra argumentatione.

32  
Prob. 9.  
Probaturo nono: quia diuersitas sumpta ex ratione specifica membrorum diuidentium, vel tollit vniuocationem, vel non? Si tollit: ergo non potest esse in rerum natura vniuocum, quia quæ sunt in rerum natura diuersificantur per suas rationes específicas. Si non, sic arguo: quotiescumque diuersitas membrorum, desumpta ex ratione specifica membrorum diuidentium, non tollit vniuocationem diuisi, diuisum est vniuocum; sed diuersitas membrorum diuidentium, desumpta ex ratione specifica prædictarum differentiarum, non tollit vniuocationem diuisi: ergo est vniuocum illis. Maior patet; quia ideò animal est vniuocum homini, & bruto, quia diuersitas istorum

membrorum diuidentium animal, desumpta ex rationalitate, & irrationalitate non tollit vniuocationem diuisi.

## §. IV.

*Argumenta ab auctoritate Scoti solvuntur.*

33  
Arg. 1.  
ex Scoto.  
Respond.  
Obijcies primo Scotum in quæstionibus logicalibus in 3. quæst. num. 22. vbi affirmat: diuisionem entis in ens reale, & rationis esse diuisionem æquiuoci in æquiuocata: ergo ens non est vniuocum illis. Respondeo, hoc non dicere Scotum, sed Mauritius Hibernus, cuius sunt expositiones illæ logicalæ. Ultra quod respondeo, distinguendo antecedens: logicalè, concedo; methaphisicè, nego antecedens; & hæc explicatio est conformis loco adducto.

34  
Arg. 2.  
ex eodem  
Resp. 1.  
Resp. 2.  
Obijcies secundo: Scotus in 1. dist. 29. §. Ad istam quæstionem, dicit: *Quod relationi reali, & rationis non est commune aliquid idem*: ergo est contra Scotum hæc opinio. Respondeo primo: Scotum non loqui assertivè, vt dixi in probatione secunda, numer. 6. Respondeo secundo: explicando per distinctionem Scotum: non est commune aliquid idem phisicè, concedo; methaphisicè, nego. Hoc etiam

etiam sensu dixit Scotus in *prædicamentis*, *quest. 4.* ens non esse univocum decem prædicamentis. Tertio distinguo: logicè, concedo; metaphisicè, nego; vt dixi in *numer. 33. ex Scoto*. Respondeo quarto: Scotum esse problematicum; videatur enim in reportatis, in ipsa *dist. 29. primi*, vbi expressè problematicus est: hoc etiam patet ex locis pro me assignatis, & sic possunt omnia Scoti loca solvi.

Obijcies tertio: Scotus 4 *Metaphisicæ quest. 1.* dicit: ens esse æquivocum ad res primæ, & secundæ intentionis: ergo. Respondeo distinguendo: logicè, concedo; metaphisicè, nego; vt in suppositione prima *numer. 1. dictum manet*.

Obijcies quarto: Scotus in *prædicamentis*, *quest. 4. §.* Propter hoc dicendum, ait: ens non esse univocum decem prædicamentis, sed analogum: ergo. Respondeo: Scotum velle, non esse univocum univocatione phisica, & esse analogum analogia attributionis, vel inæqualitatis, quæ univocatio metaphisica est. Sed contra: Scotus in prædicto loco, in secunda conclusione affirmat, ens esse æquivocum decem prædicamentis: ergo nulla est

responsio. Respondeo: Scotum velle, esse æquivocum logicè, non verò metaphisicè, vt dixi in suppositione prima *num. 1. iam relata*.

Obijcies quinto: Scotus *lib. 1. Phisicorum, quest. 7. §.* Nunc ponantur conclusiones, tenet: ens non esse univocum ad substantiam, & accidens, & esse æquivocum ad prædicamenta accidentis: ergo. Respondeo primo: hos libros Phisicorum non esse Scoti, vt optimè declarat Pater Vvadingus in censura ad eos, sed Ioannis Maior, vel Marsillij, vt dicitur ibi. Respondeo secundo: Scotum ibi loqui de univocatione phisica, & de æquivocatione logica, vt dictum est. Et quod sic loquatur Scotus, colligitur ex anotatione Pitigiani ibi posita, in qua ait: *Ens non est univocum substantiæ, & accidenti univocatione phisica, nec univocatione logica generica rigurosa, nec univocatione in primo, & secundo gradu; est autem univocum in tertio, & in quarto gradu*. Quibus univocationibus respondet ad obiectiones ex Aristotele positas.

Obijcies sexto: Scotus in *quest. 1. de Rerum principio, articul. 3.* affirmat: ens esse analogum Deo, & creaturæ: ergo multo melius enti reali,

Respond.

37  
Arg. 5.  
ex eodem

Resp. 1.

Resp. 2.

38  
Arg. 6.  
ex eodem

&amp;

Resp. 3.

Resp. 4.

35  
Arg. 3.  
ex eodem

Respond.

36  
Arg. 4.  
ex eodem

Respond.

Contra.



*Respond.*

& rationis. Respondeo: Scotum velle, non esse univocum in primo, vel secundo, vel tertio gradu, non verò tollit univocationem in quarto gradu. Item, vult, esse analogum analogia attributionis, vel inæqualitatis, quæ univocatio metaphisica est.

§. V.

*Argumenta Masrij solvuntur.*

39  
*Arg. 1.  
Masr.*

**O** Bicies primo ex Masrionum 261. ei, quod est secundum quid tale, & ei, quod est simpliciter tale, in quantum tale, non est commune univocum id, quod accipitur in eis secundum quid, & simpliciter, ex Scoto in 1. dist. 29. sed ens reale est simpliciter ens, & ens rationis secundum quid ens: ergo non univocantur. Respondeo distinguendo minorem: ens rationis est ens secundum quid, ita quod ly *secundum quid* sit distractivum entitatis, ut homo pictus dicitur secundum quid homo, nego minorem; ita ut ly *secundum quid* sit tantum diminutivum perfectionis entitativæ, quia ens rationis deficit à perfectione entis realis, concedo minorem, & nego consequentiã.

*Respond.*

Vel aliter distinguo: est ens secundum quid comparativè, concedo: absolutè, nego. Et fiat retorsio in accidente.

Vidit Masrius hanc solutionem, & sic contra ipsam replicat: quando membra comparantur ad aliquod commune prædicatũ, quod unì simpliciter, & absolutè competit, & alteri non, nisi concipiatur ad modum alterius, tunc tale prædicatum non est eis commune univocum; sed ita se habet ens rationis, quod nequit dici ens, nisi concipiatur ad modum entis realis: ergo non est eis prædicatum commune univocum. Probat minorem: quia essentia entis rationis in eo consistit, quod non ens concipiatur ad modum entis realis: ergo ita se habet ens rationis, quod nequit concipi, nisi concipiatur ad modum entis realis. Confirmatur ab ipso: idèò homo verus, & pictus non conveniunt in ratione communi hominis, quia quod homo pictus dicatur homo, habet quia concipitur ad modum hominis veri: ergo similiter.

Respondeo primo, negando minorem, & distinguendo probationem: essentia entis rationis in eo consistit, ut non ens per diminutionem, vel comparativè,

*Alia responsio, & simul retorsio.*

40  
*Replicat Masr.*

*Confirmat*

41  
*Resp. 12*

Resp. 2.

Ad con-  
firmat.

concipiatur ad modum entis realis, omito minorem; per distractionem, vel absolute, nego minorem. Respondeo secundo, concedendo maiorem, & distinguo minorem: ens rationis nequit dici ens tale, nisi concipiatur ad modum entis realis, omito minorem; absolute, nego minorem, & consequentiam. Ad confirmationem respondeo: quod ideo homo verus, & pictus non univocantur, quia *ly pictus* ditrahit rationem hominis, quare nego causalem, si ab hoc aliquid distinctum per eam intelligat Mastro.

42

Retorq.  
argum.  
contra  
Mastr.

Deinde retorqueo argumentum contra Mastro: nam in hac quæstione num. 268. stat secundum ipsum, aliquid non posse intelligi nisi per aliud, & propria non carere intelligibilitate, ut de substantia pro statu isto, relatione, & passione dixi: ergo stabit, aliquid non posse concipi nisi ad modum alterius entis, & propria entitate non carere. Et ratio est: quia aliquid concipi ad modum alterius potest provenire ex imperfectione formæ; non vero ex distractione entitatis absolute, ut in *present.* omito.

43

Arg. 2.  
Mastr.

Obijcies secundo ex eodem num. 263. si daretur ens abstractum ab ente reali, &

rationis, daretur minus ente rationis, & in ente reali reperiretur aliquid imperfectius ente rationis; sed hæc sunt absurda: ergo non datur tale ens abstractum, &c. Respondeo distinguendo minorem: sunt absurda de ente non communissime accepto, omito minorem: communissime accepto, nego minorem, & consequentiam. Constat solutio ex suppositione ultima. Neque adducta à Mastro sunt contra hoc. Imo retorqueo argumentum in univocatione entis respectu substantiæ, & accidentis, Dei, & creaturæ.

Respond.

Retorq.  
contra  
Mastr.

§. VI.

Argumenta aliorum sol-  
vuntur.

**O** Bijcies primo ex Ioanne Canonico: si daretur ens abstractum ab ente reali, & rationis, de ipsis essentialiter prædicaretur; sed hoc repugnat: ergo quia non datur. Probat minor: quod prædicatur de ente reali debet esse reale; sed ens sic abstractum non est reale: ergo repugnat. Respondeo distinguendo maiorem: debet esse reale formaliter, vel identice, concedo maiorem, formaliter præcisè, nego maiorem, & distincta similiter mi-

44

Arg. 1.  
Ioan. Ca-  
nonic.

Respond.

no-

*Aliter.*

pbri, nego consequentiam. Alijs terminis: formaliter, nego; permixtivè, concedo. Patet solutio in quocumque communi.

45

*Arg. 2.  
Author  
formal.*

Obijcies secundo ex Authore formalitatum: si daretur conceptus entis communis ad ens reale, & rationis, vel ille conceptus esset, secluso opere intellectus, vel non? Si primum: ergo aliquid, quod esset præter opus intellectus essentialiter prædicaretur de ente rationis, quod est falsum. Si secundum: ergo aliquid, quod non est, secluso opere intellectus, prædicaretur essentialiter de ente reali, quod videtur absurdum: ergo non datur talis conceptus. Respondeo, prædictum conceptum entis communissimè accepti neutrum esse formaliter, & utrumque permixtivè, ut patet etiam de quocumque communi.

*Respond.*

46

*Arg. 3.  
Pasqual.*

Obijcies tertio ex Pasqualigio: implicat ens ab ente reali, & rationis præscindens: ergo. Probat antecedens: nam vel erit aliquid, vel nihil? Si primum, erit ipsum ens reale. Si secundum, non potest ab ente reali abstrahi, quod de ipso prædicari nequit: ergo implicat ens ab ente reali, & rationis præscindens. Confirmatur ex

*Confirm.*

principio illo methaphisico: *Quodlibet est, vel non est*, quod debet verificari de quacumque ratione abstracta: ergo implicat ens ab ente reali, & rationis præscindens. Respondeo negando antecedens ad probationem dico, quod est aliquid, quod formaliter nec est quid reale, nec quid rationis, sed indiferens, & hoc ens communissimè ita acceptum, est id, quod distinguitur à non ente, vel id, quod potest existere, præscindendo ab hoc, quod realiter existat, vel per intellectum, ut supra dixi. Ad confirmationem eodem modo respondeo, scilicet, intelligi de esse, ut præscindit ab esse reali, & rationis.

*Respond.**Ad confirmat.*

47

*Arg. 4.  
alij.*

Obijcies quarto ex alijs: si daretur tale ens commune, esset obiectum adæquatum methaphisicæ, quia semper in scientijs conceptus communiores habent rationem obiecti adæquati: ergo ens rationis non esset à methaphisico abijciendum; sed hoc communiter est falsum: ergo non datur tale ens commune. Respondeo primo: tale ens esse obiectum adæquatum methaphisicæ, ut ait Bonetus, neque hoc est inconveniens, quare totum ruit argumentum. Respondeo secundo, negando ante-

*Resp. 1.**Resp. 2.*

cedens, & probationem in-  
bibitam; nam obiectum ad  
quatum in scientia non sem-  
per attenditur penes maio-  
rem communitatem; alio-  
quin obiectum attributionis  
semper coincideret cum ob-  
iecto prædicationis; sed ex  
fine, in quem tendit facultas  
illa, & in cuius gratiam cæ-  
tera considerat; cum ergo fi-  
nis methaphisicæ solum sit  
agere de ente reali, ideo hoc  
erit eius obiectum, ad quod  
tale ens commune reduce-  
retur.

Dices: superius non re-  
ducitur ad inferius; sed ens  
in communi dictum est su-  
perius ad ens reale: ergo ad  
hoc nequit reduci ens com-  
mune. Nego maiorem; quia  
sicut in esse rei genera ad  
species, & superiora ad infe-  
riora reducuntur, vt partes  
ad totum, ita in esse scibilis  
superiora reducuntur ad in-  
feriora, vt patet in secunda  
intentione, quæ licet sit su-  
perior ad syllogismum, va-  
let enim; est syllogismus: er-  
go secunda intentio, non ve-  
rò è contra, ad syllogismum  
reducitur, vt in logica asse-  
ritur.

Obijcies quinto: si ens  
esset univocum, esset genus,  
quia prædicaretur de pluri-  
bus differentibus specie in  
quid; sed ens non est genus:

ergo non est univocum enti  
reali, & rationis. Respondeo  
primo distinguendo maio-  
rem: esset genus transcenden-  
tale, non dicens imperfectio-  
nem, concedo maiorem: præ-  
dicamentale, talem dicens  
imperfectionem, nego maio-  
rem; distinctaque similiter  
minore, nego consequentiam.  
Sic expræssè Scotus  
*quæst. 1. de Rerum prioritate,*  
*artic. 1. §. Et isto modo, numer.*  
*11.* Respondeo secundo ad  
hoc, & omnia argumenta  
contra nos facta, militare  
etiam contra univocatio-  
nem entis respectu Dei, &  
creaturæ, substantiæ, & acci-  
dentis, vt examinari potest,  
quarè & contrarij solvere  
tenentur, & nos illa retor-  
quere.

Arguitur deniquè: si ens  
esset univocum enti reali, &  
rationis, esset ens in tota sua  
latitudine acceptum; sed hoc  
modo etiam homo in tota  
sua latitudine erit univocus  
homini verò, & picto: ergo  
non est univocum. Maior est  
certa, & constat ex suppo-  
sitione secunda *num. 2.* posita  
quællionis. Minor probatur:  
homo in tota sua latitudine  
acceptus includit hominem  
verum, & pictum: ergo  
etiam homo erit univocus  
homini verò, & picto. Res-  
pondeo distinguendo ante-

Resp. 1.

Resp. 2.

50  
Arguit.  
deniquè.

Respond.

ce-

48

Dices.

Respond.

49

Arg. 5.



cedens : homo in tota sua la-  
titudine acceptus secundum  
rem , & secundum vocem ,

concedo antecedens , secun-  
dum rem tantum , nego an-  
tecedens , & consequentiam.

# QUÆSTIO

## NONA.

Utrum *communitas naturæ*, quæ dicitur *vniversalis*,  
sit *positiva*, vel *negativa*?

### §. I.

*Necessaria ad questionem declarantur, & supponuntur.*

**S**uppono primo: naturam  
esse communem, nihil  
aliud esse, quam ex se esse  
communicabilem multis in-  
diuiduis, seu ei non repugna-  
re, esse in multis indiuiduis,  
vel contrahi per multa illa  
indiuia. Quæ *communitas*  
est duplex, *positiva* vna, *ne-*  
*gativa*, seu *privativa* alia.  
*Positiva* dicitur illa, secun-  
dum quam natura in se indi-  
uisa, & ab omnibus differen-  
tijs indiuidualibus abstracta,  
æqualitè respicit omnes, &  
singulas, & secundum quam  
natura ita est ad plura indi-  
dua indeterminata, vt eadem  
met sit proximè potens, vt  
de illis prædicetur exercitè  
prædicatione dicente: hoc est  
hoc. Et hæc solet dici *indi-*  
*ferentia contraria*, quatenus

*positivè* contrariatur deter-  
minationi actuali per diffe-  
rentiam, nam si eam secum  
admitteret, iam non æquali-  
tè respicit omnes.

Circa *negativam* diversa  
sunt Authorum explicatio-  
nes, quare frequentiori re-  
iecta, veriolem assignabi-  
mus. Dicunt namquè aliqui,  
illam naturam dici commu-  
nem *negativè*, cui non re-  
pugnat, quantum est ex se  
esse in multis indiuiduis, vna  
indiuia formalitè, at ratio-  
ne singularitatis, à qua ad  
vnum indiuiduum contrahi-  
tur, sic limitatur, quod sit  
distincta à parte rei natura,  
quæ dicitur *communis*, pro-  
vt est in vno indiuiduo, non  
solum numero; verum & se-  
cundum se, ab alia natura,  
quæ

*Duplex  
est com-  
munitas.*

*Positi-  
ua, & ne-  
gativa.*

*Positi-  
ua diffi-  
nitur.*

*Negati-  
ua variè  
explicat.  
Aliquo-  
rum ex-  
plicatio.*

quæ est in alio individuo. Quod hoc explicant exemplo: nam si natura humana quæ secundum se est indifferens ad hoc, ut sit in Petro, & Paulo, sic determinatur per eccitatem Petri ad Petrum, ut eademmet non sit, nec possit esse in Paulo, sed alia distincta, non solum numero, verum & secundum quidditatem, ab ea, quæ est in Paulo, tunc dicitur natura humana communis negativè, & per indifferentiam.

3  
*Reijcitur*

Reijcitur hoc, ea parte, qua dicit, quod natura Petri ita est determinata ad Petrum, ut non possit esse in Paulo: quia quamvis natura Petri, ita sit determinata ad Petrum, ut de facto non sit in Paulo, sed alia distincta à natura Pauli, tamen quantum est de se, natura, quæ est in Petro, benè potest esse in Paulo, & per hoc præcisè constituitur communis negativè, in sensu communiter ab Scotistis admissio, quatenus, scilicet, indifferens est ex se ad hanc, vel illam eccitatem. Quare ad veriorum perveniendo.

4  
*Vera explicatio.*

Communitas negativa dicitur illa, quam adhuc natura in se retinet, quando contracta est; quia cum etiam sub statu contractionis formaliter distinguatur à sua

differentia, adhuc retinet quandam non repugnantiam ex sua ratione formali procedentem, ut possit esse, quantum est de se, sub alia singularitate. Dicitur tamen negativa, vel privativa, quia in statu contractionis privatur omnimoda illa indeterminatione, qua gaudebat in statu abstractionis, in quo contractionis statu, licet non posset dici positivè communis, quia est ad unum determinata individuum, benè tamen negativè, quia licet hæc sit, & singularis, id tamen ex se non habet, sed ei provenit à differentia.

Et ut magis clarescat prædicta suppositio, suppono secundo, quod duplex est aptitudo naturæ ad essendum in multis. Vna proxima, altera remota. Proxima est capacitas naturæ ad hanc, vel illam differentiam sibi copulandam, vel identificandam sine vilo impedimento, & convenit naturæ in statu abstractionis, ad modum, quo materiæ primæ secundum se convenit proxima aptitudo ad recipiendum omnes formas. Remota est eadem naturæ capacitas, impedita tamen per contractionem alicuius differentie, propter quod impedimentum talis potentia nequit red-

5  
*Prædicta explicatio declaratur.*

*Duplex aptitudo naturæ ad essendum in multis, proxima, & remota, & utriusque definitio*

reduci ad actum, ad modum, quo materia sub vna forma est in potentia remota ad recipiendas alias, cum hoc tamen discrimine, quod potentia materiæ est phisica, & subiectiva, id est, alicuius subiecti existentis; indifferentia verò naturæ est metaphisica, & obiectiva, id est, alicuius obiecti non existentis, quia natura à singularitate præcissa, non existit, quo fit, quod materia ob suam phisicam indifferentiam possit etiam naturalitèr transire ab vna ad aliam formam, non sic natura communis ab vna differentia ad aliam.

Suppono tertio: quod hæc aptitudo naturæ, vt sit in pluribus, non est ad plura coniunctim, sicut nec materiæ aptitudo est ad plures coniunctim formas; tùm, quia non habet potentiam simultatis, sed simultatem potentia; tùm, quia in creatis nec reperitur, nec reperiri potest vna, & eadem phisica entitas in pluribus indiuis, vel suppositis realitèr distinctis, sed est ad plura distinctim, quatenus, scilicèt, natura, quæ est in Petro, talis est conditionis, vt quantum est de se, potuerit constituere Paulum, & cum eo identificari, & ideo vocatur

communitas non per inexistentiam, sic quod eadem entitas naturæ sit in Petro, & Paulo, sed tantum per indifferentiam, sic quod naturæ, quæ est in Petro, non repugnet esse in Paulo de se.

Suppono quarto: quod hæc aptitudo, licèt ita conveniat naturæ, vt modus, quo exercetur, sit per identificationem cum singulari, quod constituit; quia tamen de se non est individua, sed per extrinsecam differentiam, ab ea formalitèr distinctam, ita se habet, quantum est de se, vt absolutè loquendo, potuerit esse cum hac, vel illa æccitate. Et ratio est, quia determinatio effectus quo ad æccitates à Deo pendet, & non ex natura rei; nam Deus ab instanti æternitatis determinavit, effectum in tempore producendum hunc esse, vel illum, & dum determinat, hunc esse, ita determinat, vt potuerit etiam determinare, quod sit alter, quod totum provenit ex eo, quod naturam secundum se non individua, sed indifferens est ad hanc, vel illam individuationem. Sic Pasqualigius apud Mallrium *in presenti.*

Suppono quinto contra Thomistas: hanc aptitudinem ad essendum in multis.

nunc

7  
Quomodo sit aptitudo prædicta

8  
Aptitudo prædicta

6  
Qualis sit aptitudo naturæ ad essendum in pluribus.

convenit  
natura à  
parte rei

nunc sit positiva, nunc sit negativa, convenire naturæ à parte rei independentèr ab operatione intellectus, cuius rationes omito, quia ad aliam pertinent controversiam, & quia in hoc vniformitèr, & sine bello omnes Scotistæ procedunt.

9

Suppono sexto cum omnibus Scotistis: tot esse gradus vnitatis, quot divisionis, de quibus mentionem facit Scotus in 1. dist. 2. quæst. 7. ex quibus, suppositis illis duobus de divisione formali, & materiali, communiter ab Scotistis traditis, ad probandam in natura vnitatem formalem, minorem vnitatem numerali, alium hic valdè necessarium, & mentem Scoti aperientem, supponere ex Scoto oportet: nam Scotus in 2. distinct. 3. quæst. 7. §. Ad primum argumentum, v. Ad primam rationem, facit divisionem formarum sine divisione formali; ait enim: *Alia est differentia formarum, & alia differentia formalis; vnde non sequitur: forme differunt: ergo formalitèr differunt: ergo ex Scoto datur vnitatis formæ, quæ entitativa potest appellari, sine divisione formali.*

10

Quarè controversia est: an natura, quæ dicitur vniuersalis, sit vna vnitatis for-

mæ, seu vnitatis entitativa in omnibus individuis, vel sit distincta? Si primum, erit communis positivè; quia solum distincta extrinsecè, & ratione differentiarum adiunctarum. Si secundum, erit negativè communis, quia multiplicata in individuis. Primum asserunt aliqui Scotistæ, vt Bonet. lib. 1. sue *Methaphisicæ*, cap. 2. Canonic. 1. *Phisicæ*, cap. 6. & si fateatur, oppositam sententiam esse magis subtilem, & Scotistæ doctrinæ consonam. Meruile lib. 2. *Methaphisicæ*, cap. 3. quæst. 4. Faber. *theoremat.* 93. & 94. *Methaphisicæ*, disput. 9. Pasqualigius tom. 2. *Methaphisicæ*, disput. 15. vbi fuse eam defendit. Secundum autem tuentur Tartar. *quæst.* 1. *Prædicab. dub.* 3. Trombet. 7. *Methaphisicæ*, quæst. 8. artic. 1. in fine, Lichetus 2. distinct. 3. quæst. 1. Saxius tom. 2. *Castrolosi disput.* 3. quæst. 1. artic. 1. Merinerus cap. 1. de *Vniuersali*, disput. 2. quæst. 1. & alij quam plurimi. Cum quibus,

§. II.

*Statuitur conclusio, & Scoti auctoritatibus firmatur.*

**C**onclusio: natura creata est communis pluribus

II  
conclusio



negativè tantum, & per indifferentiam. Est contra aliquos Scotistas, communis tamen Scotistarum, & Scoti, ubicumque loquitur de communitate naturæ. Probatum primo ex Doctore in 2. dist. 3. quæst. 6. §. Ad quæstionem, §. Respondeo, lit. D. ubi sic ait: *Concedo ergo, quod unitas realis non est alicuius entitatis existentis duobus individuis, sed in vno; sed si daretur natura communis positivè, in omnibus daretur unitas realis alicuius entitatis existentis in duobus, imò in omnibus: ergo natura creata solum negativè est communis.*

Respondent Scotistæ, Scotum intelligi de unitate numerali, non verò formali. Contra: nam hoc est expressè contra Scotum, ut constat ex §. *Contra primam rationem*, ubi sic arguit contra se ipsum: *Si est aliqua unitas realis minor unitate numerali, aut est alicuius in eodem vno numeraliter, aut in aliquo alio, &c.* Ad quod postea §. citat. respondet: *Concedo, quod unitas realis non est alicuius entitatis existentis in duobus: ergo loquitur de unitate formali.*

Dices: si Scotus loquitur de unitate formali, negaret hanc unitatem realem à parte rei; sed hanc concedit Scotus, & cum ipso omnes

eius discipuli: ergo loquitur de numerali. Respondeo primo negando maiorem; quia concessa unitate formali, negat Scotus unitatem entitativam, seu unitatem formæ, qua negata, non stat positivè communitas. Respondeo secundo: quod non inferitur: datur unitas formalis: ergo datur natura, quæ sit vna unitate formæ ut dixi ex Scoto, in suppositione sexta, num. 9. & amplius infra patebit. Item omnes Scotistæ concedunt unitatem formalem à parte rei, sed non omnes, imò quam plures negant communitatem positivam: ergo negatio communitatis positivæ non infert negationem unitatis formalis à parte rei, nec è contra: & hoc non ob aliam rationem, nisi quia ad communitatem positivam, ultra unitatem formalem, unitas entitativa, seu formæ requiritur.

Probatum secundo ex eodem, in 2. distinct. 3. quæst. 1. §. *Sed contra*, ubi ait: *Licet alicui existenti in re non repugnet esse in alia singularitate ab illa, in qua est; non tamen illud verè dici potest de quolibet inferiori; quod quodlibet est ipsum: ergo naturæ existenti in re non repugnat esse in alia singularitate ab ea, in qua est: ergo est indifferens,*

Resp. 1.

Resp. 2.

Resp. 3.

14

Prob. 2.  
ex Scoto.Prob. 1.  
ex Scoto.

12

Respond.  
Scotistæ.  
Contra.

13

Dices.

quantum est ex se, vt sit sub alia singularitate: ergo est communis negativè, & non positivè. Paret hæc consequentia: quia per talem indifferentiam constituitur natura communis negativè; si enim positivè esset communis, non solum haberet non repugnantiam, vt esset sub alia singularitate, sed de facto esset sub omnibus, vt ponitur à contrarijs.

Respondent Scotistæ explicando Scotum per distinctionem: ergo naturæ existenti in re non repugnat esse in alia singularitate secundum se, concedunt consequentiam: prout est in hoc individuo, negant consequentiam. Ex quo (aiunt) solum sequi, quod natura, prout est singularis, non possit prædicari de alio individuo; non autem, quod natura secundum se non possit de alio prædicari. Alij aliter respondent distinguendo: naturæ secundum se non repugnat esse in alio logicè, secundo intentionalitè, & per prædicationem actualem, concedunt: non repugnat esse in alijs, prout singularis est, negant.

Sed contra vtramque resolutionem, hac vnica insurgo ratione: natura existens in individuo, secundum se

simpliciter potest de alio prædicari, per te: ergo vel proximè, vel remotè; sed quid quid dicas, est contra Scotum, vel contra tuam conclusionem: ergo vtraque ruit solutio. Probo minorem, quoad primam partem: scilicet, quod si dicas, quod est in potentia proxima, vt de qualibet prædicetur, est contra Scotum: nam secundum Scotum, nihil secundum quamlibet unitatem in re est tale, quod secundum ipsam unitatem sit in potentia proxima ad quodlibet suppositum; sed si natura existens in individuo esset proximè prædicabilis, esset in potentia proxima secundum quamlibet unitatem in re: ergo talis solutio est contra Scotum.

Probo minorem quoad aliam partem, scilicet, quod si sit in potentia remota, sit contra tuam conclusionem: nam si natura existens in individuo est tantum remotè prædicabilis, non est positivè communis; sed hoc est contra tuam conclusionem: ergo & tua solutio. Probo maiorem: quod est positivè commune, non tantum remotè; sed proximè est prædicabile de multis: ergo si natura existens in individuo est tantum remotè prædicabilis, non est positivè com-

mu-

IS  
Respond.  
Scotistæ.

Aliorum  
responsio

16  
Vtraque  
responsio  
impugnatur.

17  
Probat.  
minor.

Probat.  
maior.

munis. Probo antecedens: quod est positivè commune multis, est positivè in multis; sed quod est positivè in multis, est proximè prædicabile de multis: ergo quod est positivè commune, non tantum remotè, sed proximè est prædicabile de multis. Probo minorem: quia inter esse positivè in multis, & actualitèr prædicari de multis, solum mediat prædicabilitas proxima de multis, seu aptitudo ad prædicandum de multis, non impedita; sed proximè expedita: ergo quod est positivè in multis, est proximè prædicabile de multis. Deinde: quia per communitatem negativam nihil aliud intelligunt Scotistæ, quam aptitudinem remotam ad hoc, ut natura Petri dicatur de quolibet individuo, quia, quatenus est de se, non repugnat esse in quolibet, licèt propter determinationem ad hoc individuum dicatur potentia remota, ut sit in illis, & de illis prædicetur.

Probat̄ tertio ex eodem citat. litt. K. ubi sic ait Scotus: *In creaturis est aliquid commune unum unitate reali minori unitate numerali. & illud quidem commune non est ita commune, quod sit prædicabile de multis, sed ita est*

*commune, quod non repugnet sibi esse in alio, quam in eo, in quo est; sed si natura esset communis positivè, & per existentiam, esset proximè prædicabilis de omnibus illis: ergo non est communis positivè. Probat̄ur minor: quia ad esse in multis, sequitur proximè, & immediatè dici de multis, ut §. antecedenti dicebam: ergo si natura esset communis positivè, esset proximè prædicabilis de omnibus illis.*

Probat̄ur quarto ex eodem in 2. dist. 3. quaest. 7. §. Ad primum argumentum, v. Ad rationem primam, litt. D. sic loquitur Doctor: *Alia est differentia formarum, alia est differentia formalis; unde non sequitur; forma differunt: ergo formalitèr differunt: sicut non sequitur; plures homines differunt: ergo in humanitate differunt: ergo licet Petrus, & Paulus, v. g. non differant formalitèr in humanitate differentia formali, differunt tamen differentia formarum: ergo alia est humanitas Petri & alia humanitas Pauli: ergo non est una positivè communis. Omito Scotum in Reportat. 2. dist. 10. quaest. 5. §. Idèd dico ad quaestionem, & v. Ad primum horum. Etiam in 2. dist. 3. quaest. 6. num. 10. Etiam 7. Metaphis. quaest. 13.*

19  
Prob. 4:  
ex eodem

18  
Prob. 3.  
ex Scoto.

NUM. II. & alibi apud Autho-  
res, præcipuè apud Mastruū,  
& Pontium videndum.

## S. III.

*Rationibus probatur nos-  
tra conclusio.*

**P**ROBatur iam nostra con-  
clusio ratione primo :  
natura humana est commu-  
nis tribus suppositis; v. g. er-  
go datur in creatis Misterium  
Trinitatis. Patet consequen-  
tia : quia eadem omnino na-  
tura est idem realitèr in tri-  
bus singularitatibus, quin  
singularitates sint idem reali-  
tèr inter se.

Respondent, maximam  
esse dif. aritatem; quia natu-  
ra Divina eadem numero  
manet in tribus; natura au-  
tem humana non manet in  
tribus vna numero, sed vna  
specificè, & formalitèr; & si-  
cut natura Divina vna ma-  
nens non multiplicatur nu-  
mero, sed personalitèr; ita  
natura humana vna manens  
specificè, & formalitèr, non  
multiplicatur specificè, &  
formalitèr, sed numeralitèr  
tantum. Sed contra: inquirō,  
quarè natura Divina non  
multiplicatur numero, ter-  
minata per tres personalita-  
tes, bene verò natura huma-  
na per tres singularitates con-  
tracta?

Respondent, naturam  
Divinam non multiplicari,  
quia semper vna numero  
manet, cui vnitati multipli-  
citas numeralis repugnat; si-  
cut paritèr: natura humana,  
quia semper manet vna for-  
malitèr, non multiplicatur  
formalitèr, cum tali vnitati  
formalis repugnet multipli-  
citas; sed natura humana nu-  
mero multiplicatur, quia  
cum vnitati formali compa-  
titur multiplicatio numerica  
per plures singularitates, quæ  
sunt principia distinctionis  
numeralis.

Sed contra: non potest  
intelligi, quod dividatur na-  
tura, vel multiplicetur per  
adventum singularitatum, si  
maneret eodem modo vna,  
quo erat ante adventum ear-  
um; sed natura humana est  
vna formalitèr, & positivè  
per adventum quatumcum-  
que singularitatum, per te:  
ergo per singularitates nec  
dividitur, nec multiplicatur,  
si semel est vna positivè  
communis.

Respondent, distinguen-  
do maiorem: non potest in-  
telligi, quod dividatur divi-  
sione opposita vnitati, qua  
manet vna, concedo maio-  
rem: divisione non opposita  
tali vnitati, nego maiorem,  
concessa minori, nego con-  
sequentiam, vel eam distin-

22

Respond.

23

Contra.

24

Respond.

quo

20

Ratione  
probatur  
in cõclus.

21

Respond.  
Adver-  
sarij.

Contra.



quo similiter : ergo per singularitates non dividitur positivè, divisione opposita unitati formali, concedo consequentiam : divisione non opposita tali unitati, nego consequentiam. Natura igitur humana, vna formaliter manens, non multiplicatur formaliter per singularitates, sed individualiter tantum, quod probant ; nam stat, quod natura dividatur, vel multiplicetur per adventum singularitatum, manens eodem modo vna, quo erat ante adventum earum : ergo ruit replica. Probant antecedens paritatibus : prima : stat, quod natura Divina dividatur, vel multiplicetur per adventum personalitatum, manens eodem modo vna, quo erat ante adventum earum ; nam sicut ante personalitates erat vna formaliter, & numericè, sic post earum adventum manet vna, & solum multiplicata personaliter : ergo per adventum singularitatum manet eodem modo vna, quo erat ante.

*Secunda* : paries multiplicatur per adventum accidentium, eodem modo manens vna, quo erat ante adventum eorum ; nam sicut ante accidentia erat vna individualiter, sic post eorum adventum manet vna, solum-

que accidentaliter multiplex.

Contra : ergo solum est immultiplicata, & indivisa divisioni opposita unitati formali : ergo potest dividi divisione non opposita tali unitati ; sed divisio formarum est divisio non opposita unitati formali : ergo potest dividi divisione formarum : ergo est divisa divisione formarum : ergo est alia, & alia natura alietate formarum. Ultima consequentia probatur : quia ad communitatem positivam requiritur indivisio formarum ; nam requiritur, quod natura solum extrinsecè sit distincta ; atqui supposita tali divisione formarum, natura humana Petri, & natura Pauli non solum extrinsecè, verum intrinsecè distinguuntur, ut ex se claret : ergo est alia, & alia natura alietate formarum.

Ad probationem respondeo, negando antecedens : ad paritatem de natura Divina, dico, illud esse proprium infinitatis ipsius, repugnans tamen naturæ creatæ ob eius limitationem. Ad secundam nego consequentiam ; quia in antecedenti ponitur concretum accidentale, quod non multiplicatur ad multiplicationem formarum ; sicut homo habens plures scien-

25  
Contra:

*Prob. antecedens paritatibus.*  
*Prima.*

*Secunda.*

26  
*Ad 1. paritatem.*

*Ad 2.*

scientias non dicitur plures scientes, sed vnus sciens; in consequentia autem est concretum substantiale, quod multiplicari nequit sine multiplicatione formarum; quare si natura humana eadem entitative, intrinsicè, & realitè esset in individuis, non dicerentur plures homines, & si ob plurificationem singularitatum plura dicerentur individua.

Item: retorqueo argumentum: implicat, individua multiplicari sine multiplicatione singularitatum: ergo implicat, homines multiplicari sine multiplicatione naturarum; quia ita est necessaria singularitas ad constituendum individuum, sicut humanitas ad constituendum hominem.

Si dicas: naturam numericè multiplicari. Contra primo: quia vel hoc est, naturam intrinsicè, & entitative dividi vel solum differentias individuales dividi? Si secundo: ergo omnia individua naturæ humanæ non erunt plures homines, & si plura sint individua. Si primum: ergo manet ita intrinsicè, & entitative divisa, quod est, esse tantum negativè communis.

Contra secundo: quilibet actio productiva indivi-

dui communicat individuo esse distinctum entitative ab esse alterius individui; sed per actionem productivam individui non producit sola individuatio: ergo natura multiplicatur in individuis, adhuc in ratione naturæ, non secundum esse essentialè, quod de se abstrahit ab existentia, sed secundum esse reale physicum, & entitativum, quod existentiam concernit. Confirmatur hoc: natura secundum esse sibi intrinsicum, ab individuatione distinctum, est terminus generationis univocæ: ergo cum Petrus producit à generante, producit esse intrinsicum naturæ, ab individuatione distinctum. Totum est verum. Inquiro nunc: vel producit in Petro eadem realitè humanitas, quæ est in Paulo, vel distincta realitè ab illo? Si secundum? Habeo intentum, scilicet, quod natura multiplicetur in individuis, adhuc secundum esse intrinsicum naturæ, quod est omnino contra adversarios. Si primum? Ergo idem realitè bis & millies producit. Pater consequentia: quia quoties reproducitur eadem humanitas, quoties producuntur individua naturæ humanæ.

Dices: produci in produc-

*Confirm.*

27

*Retorq. argum.*

28

*Dices. Contr. 1.*

29

*Contr. 2.*

30

*Dices.*

ductione Petri diversam numero humanitatem ab humanitate Pauli, non verò specie diversam. Sed contra: nam supposito, quod ratio formalis terminandi generationem univocam est sola natura, nam hæc eas solum concurrunt, ut pura conditio terminans generationem, inquiri de termino formali, vel est idem in omnibus, vel diversus? Si secundum? Ergo plurificatur in ipsis secundum esse intrinsecum ipsius, & consequenter erit negativè tantum communis: Si primum? Ergo idem millies producitur, quod est inconveniens.

31

*Prob. 2.  
conclusio  
ratione.*

Probatum secundo ratione: si natura humana esset positivè communis, eadem realiter natura esset in Christo, & in Iuda: ergo eadem realiter natura esset damnata, & beata, felix, & misera, simul in Cælo, & in inferno, quod asserere, est absurdum.

32

*Respond.  
Advers.*

Respondent negando consequentiam; quia secundum Scotum in 4. dist. 8. quæst. 2. actiones, & denominationes, activæ, & passivæ reale non conveniunt, nec sunt naturæ communis, & universalis, sed naturæ existentis in singulari; quia natura communis non dicitur vegetare, sentire, & intelligere, & alia

opera exercere. Contra primo: ergo passiones reales competunt naturæ communi existenti in singulari: ergo eadem natura Christi Domini, & tota natura secundum totam eius entitatem, est damnata. Probo consequentiam: per te eadem natura, & tota natura Christi Domini secundum totam eius entitatem, est simul, & semel in singularitate Christi Domini, & Iudæ: ergo eadem natura Christi Domini, & tota natura secundum totam eius entitatem est damnata. Nescio, quid absurdius!

Si autem dicant: eandem esse naturam in specie, non verò in numero. Contra: quia esse numero distinctam, vel est esse seu supponere naturam Christi Domini entitative, & realiter distinctam, vel non? Si secundum? Idem sequitur absurdum. Si primum? Ergo non est positivè communis, ut potest, in individuis realiter multiplicata.

Contra secundo: quamvis actiones sint singularium, & circa singularia, tamen natura, & non singularitas, est principium formale & ratio formalis agendi: ergo quamvis passiones sint singularium (quæcumque illæ sint) natura, & non singularitas,

*Contr. 1.*

33

*Dices.  
Contra.*

34

*Contr. 2.*

ritas,

ritas, est ratio formalis patiens: ergo si natura singularis Iudæ patitur in inferno, ratione naturæ patitur; at qui natura singularis Iudæ secundum entitatem naturæ est eadem cum natura Christi Domini: ergo patitur in inferno. Probo maiorem: illud est principium formale agendi, quod est ratio, cur agens assimilet sibi passum (quam assimilationem intendit formalitèr agens, si est univocum, vel virtualitèr, si est æquivocum) sed agens non intendit assimilare sibi passum in singularitate, sed tantum in natura, in hac enim conveniunt, & in illa differunt: ergo tantum natura, & nullo modo singularitas, est principium formale agendi. Hoc argumentum contra Scotistas, contra quos arguo, videtur efficax, eo, quod sit eorum cum omnibus Scotistis opinio.

35  
Prob. 3.  
ratione.

Probatur tertio ratione: ad sensum videmus, quod natura Petri secundum esse intrinsicum, & entitativum incipit, & desinit in Petro, quin desinat, vel incipiat in Paulo: ergo non est una, & eadem realitèr utrique possitivè communis. Patet consequentia: nam implicat, ea, quæ sunt à parte rei realitèr identificata, unum existere sine alio.

Respondet distinguendo probationem: implicat, illa quæ sunt identificata à parte rei, unum existere sine alio, quando res, quæ identificantur, inter se convertibilitèr identificantur, concedo: quando res sunt superiores, communes, & potentiales, quæ cum suis inferioribus convertibilitèr non identificantur, nego probationem. Quod explicant dicendo: illud principium: *Quando unum identificatur realitèr cum alio, non potest existere sine illo, non esse universalitèr verum, instatur enim; tum, in sententia Thomistarum asserente, totum essentiale, & partes esse realitèr idem, & tamen potest una pars manere, destructo toto, ut patet in anima, quæ post totius destructionem conservatur; tum, in sententia plurium Scotistarum asserente, totum integrale, & partes realitèr identificari, & tamen aliqua pars totius sine toto existere valet. Sic Adversarij.*

Fateor, me huius argumenti solutionem non capere: non enim persuaderi possum, ipsam velle dicere, quod superius, quod est potentiale respectu inferioris, & cum ipso realitèr identificatum, non sit idem realitèr cum illo convertibilitèr: ita, quod

36  
Respond.  
Contrar.

Explicatur ab illis, & instatur.

37



quod non sit verum dicere: superius identificatur realitèr cum inferiori: ergo inferius identificatur realitèr cum superiori, quia licèt hoc sit de identitate formali probabilitèr verum, quatenus aliqui Scotistæ probabilitèr asserunt: inter superius, & inferius non dari mutuum distinctionem formalem, nec cō, qua ratione de identitate reali probetur, sed quomodo cumque intelligatur.

Contra: secundum adversarios via separationis est evidens signum distinctionis realis, ita vt quando vnum à parte rei potest existere sine alio, realitèr ab illo distinguitur; sed natura Petri secundum se potest existere à parte rei sine natura Pauli: ergo, &c. Dices forsam: quod *ly secundum se* denotat, quod principium illud debeat intelligi, quando vnum singulare potest existere sine alio; non verò quādo vnum commune. Sed contra: quia absolute, & simpliciter loquendo, quando vnum potest existere sine alio, distinguitur realitèr ab illo: alioquin existeret, quatenus est realitèr identificatum cum existente, & non existeret, quatenus supponitur destructum. Neque instantiæ sunt ad rem: quia vna pars seorsim sump-

ta, nec est totum, nec realitèr identificatur cum toto, & partes simul sumptæ, quæ sunt totum, & realitèr identificantur cum toto, & à toto separari, repugnat.

Probatu'r quarto ratione: si natura esset positivè communis, sequeretur, quod Deus non posset creare, vel annihilare Petrum; v. g. sed hoc est falsum: ergo non est positivè communis. Probo sequelam: creatio est productio totius entis, & secundum omnem eius formalitatem, ex nihilo; & annihilatio est reductio totius entis in nihilum; sed in opposita sententia semper præexisteret eadem natura Petri in alijs individuis ante eius creationem, & semper remaneret post eius destructionem: ergo sequela esset vera si, &c.

Respondent negando maiorem probationis; quia ad creationem sufficit, quod non præexistat aliquid naturæ singularis, & ad annihilationem, quod non remaneat aliquid naturæ singularis, quia singularia sunt, quæ terminant productionem, vel annihilationem. Sed contra primo: quia ad veram creationem, vt à generatione discernitur, exigitur, vt nihil præexistat entitatis intrinsicè rem creatam componentis;

39  
Prob. 4.  
ratione.

40  
Respond.  
Adversarij.

Contr. 1.

38  
Contra.

Dices.

Contra.

Solutio  
ad instā.  
tias.

& ad anihilationem, vt à corruptione secernitur, è contra: ergo ruit solutio.

*Prob. 1. anteced.* Probo antecedens primo: quia quando aliquid creatur, non solum producitur secundum vltimum gradum individualement, sed etiam secundum omnem realitatem, quæ in ipso existit à patre rei; alioquin aliqua realitas in ipso daretur improducta: ergo ad veram creationem exigitur, vt nihil præexistat, & Probo secundo idem antecedens: quia si aliquid commune omnino idem ante creationem Petri præexistet: ergo idem bis, & millies produceretur, quod est inconveniens supra dictum.

*41 Prob. 3.* Probo tertio idem antecedens: nam inquiri, quando Petrus producitur, quid producitur? Singularitas tantum? Non, quia singularitas non producitur philosophicè, sed metaphysicè dimanat. Humanitas tantum? Non, quia sine singularitate non producitur. Humanitas, & singularitas simul? Ergo humanitas terminat productionem, imò & ipsa est ratio formalis terminandi, vt dixi, & singularitas tantum conditio. Dices: humanitas non est producibilis, nec corruptibilis. *Respond.* Respondeo distinguendo: proximè, concedo, remotè,

negò. Et hoc exprædè asserit Scotus *in 3. dist. 22. lit. H.*

Contra secundo: productio entis ex præsupposito esse essentia, vel existentia, non est vera creatio; sed Petrus produceretur ex præsupposito esse essentia, vel existentia in alia singularitate: ergo non esset vera creatio. Maior est Scoti *in 2. dist. 2. quæst. 1. lit. C. §. Quantum ad istum articulum*, dicentis: quod Deus benè potest creare ex nihilo, id est, de non aliquo esse essentia, vel existentia. Minor est à contrariis concessa, consequentia legitima.

Dices: Scotum loqui de esse essentia realitèr existentis in æternitate, quod ponebat Henricus, contra quem optimè ait, quod tunc Deus non posset creare, cum præsupponeretur aliquid esse essentia rei creabilis existentis ab æterno, quod creationi repugnat. Sed contra primo: nam Henricus non asserbat, creaturas ab æterno habuisse aliquid esse reale existens, sed aliquid esse actuale extra intellectum Divinum, præscindens ab esse existentia, quod in tempore recipiunt & contra hoc arguit Scotus *in 1. dist. 36.* quod si præcederet tale esse essentia, nulla res crearetur, quia produceretur in esse existentia ex præ-

42  
Contr. 2.43  
Dices.

Contr. 1.

sup

supposito illo essentia ab Henrico posito: ergo creationi non solum officit esse existentia præsuppositum, sed esse essentia, si præsupponatur.

44  
Contr. 2.

Contra secundo: esse essentia existentis ab æterno contradicit creationi secundum solutionem: ergo esse essentia existentis, præsuppositum in tempore, contradicit creationi; sed si daretur natura communis positivè, præsupponeretur productioni Petri aliquid esse essentia existentis in alio individuo: ergo non potest verè creari.

45  
Probat.  
conclusio  
specialis.

Probat denique specialiter: vel est æquè certum, naturam humanam esse unam in specie, ac esse unam positivè, vel non? Si primum? Ergo nullus dubitaret, esse unam positivè, quia nullus negat, esse unam in specie. Si secundum? Ergo ex indivisibilitate propria formalis positivè, quæ solum probat unitatem specificam, non probatur unitas positivè: ergo ad unitatem positivam non solum requiritur indivisibilitas propria formalis; sed etiam indivisibilitas entitativa: ergo cum natura non sit entitativè una in omnibus, non est positivè communis: ergo negativè.

46

Hæ sufficient pro nostra

conclusionem probationes, notandum tamen, quod nostra defenditur conclusio sine negatione alicuius principij; opposita tamen cum negatione duorum, quorum primum est: *Quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se*, communiter à Philosophis admissum, & ab Scotistis, contra quos arguo, concessum. Secundum est: *Quæ sunt realiter identificata, unum existere nequit sine alio*; quia affirmant, quod singularitates identificantur in humanitate, & non sint eadem inter se. & quod natura Petri, quæ potest existere sine Pauleitate, est realiter identificata cum illa; quorum quodlibet erat sufficiens, ut nostra opinio cuilibet rationabilior appareret.

§. IV.

Varia solvuntur argumenta.

Arguitur primo ab aliquibus Scotistis dicentibus, suam sententiam expressam esse Scoti in 2. dist. 3. quæst. 1. §. Sed contra. Et quæst. 6. sub lit. D. & I. sed nulla adducunt verba Doctoris, ex quibus sic tam expressè id colligatur. Fortasse id colligunt ex v. Ad secundam instantiam Damasceni, post lit. I.

47  
Arg. I.  
Scotista.

*in quest. 1. citat. vbi ait Scotus: Quod per hoc distinguitur communitas naturæ creatæ à communitate naturæ Divinæ, quia in Divinis datur vnum commune singulare, & indiuiduum, non sic in creatis: ergo non negat, imo affirmat, naturam creatam esse communem per inexistentiā, sed tantum negat, vnam numero pluribus non communicari.*

48  
Resp. 1. Sed ex hoc loco potius colligitur oppositum, & communitatem per inexistentiā negat; ait enim Doctor immediatè: *Dupliciter igitur patet, quo modo authoritas non est contra me. Primo, quia loquitur de vnitāte singularitatis in Divinis, & hoc modo non solum universale creatum non est vnum, sed nec commune in creatis. Secundo, quia loquitur de communi prædicabili, non præcisè de communi, quod determinatum est de facto, licet non repugnet sibi esse in alio, quale commune præcisè potest poni in creatura realitèr. Sic Scotus, atqui commune per non repugnantiam non est commune positivum, sed negativum: ergo oppositum inferitur.*

49  
Resp. 2. *In quæstione autem 6. à contrarijs citat. nec verbum inuenio, ex quo communitas positiva colligatur, imo ex*

*§. Ad quæstionem. 7. Respondeo, lit. D. oppositum expressè inferitur, vt dixi in prima probatione meæ conclusionis. Item in §. Ista positio, impossibilem iudicat Scotus positivam communitatem, reprobando eam inconuenientibus in theologia, metaphisica, & scientia naturali, cuius verba, quia lata omito, videat ea, qui voluerit, & positivam communitatem non defendet.*

Arguitur secundo: natura eo modo est communis indiuiduis, quo est in illis; sed est in illis positivè, & existentialitèr: ergo est communis positivè. Probatur maior: communitas est passio naturæ communis: ergo eo modo est communis, quo est in indiuiduis. Probatur consequentia: passio sapit naturam subiecti: ergo eo modo est communis, quo est in indiuiduis. Respondeo distinguendo minorem: est in illis positivè cum sui diuisione entitativa, concedo minorem; sine tali diuisione, nego minorem, & consequentiam. Ad probationem distinguo antecedens: communitas negativa est passio naturæ communis, concedo antecedens: positiva, uero suppositum. Supponit enim, naturam non esse in multis per

50  
Arg. 2.

Respond.



per indifferentiam cum divisione entitativa, quod est falsum.

51  
Arg. 3.

Arguitur tertio: natura est indivisa formalitèr in pluribus individuis à parte rei: ergo est communis positivè. Antecedens patet: nam à parte rei est vna formalitèr vnitatem minori, vnitatem numerali, secundum Scotum, & Scotistas. Consequentia probatur: nam eo modo, quo est vna formalitèr, est communis: ergo. Respondeo primo distinguendo antecedens: est indivisa formalitèr in pluribus, tot divisionibus, quot sunt individua, concedo antecedens: vnica divisione, nego antecedens, & consequentiam. Distinguo etiam eodem modo probationem: à parte rei est vna formalitèr, tot vnitatibus, quot sunt individua, concedo: vnica vnitatem, nego.

Resp. 1.

Respondeo secundo alitèr distinguendo antecedens: natura est indivisa formalitèr cū divisione entitativa, concedo antecedens, sine tali divisione, nego antecedens, & consequentiam.

Resp. 2.

52  
Resp. 3.

Respondeo tertio distinguendo antecedens. Verbis Scoti in 2. dist. 3. quæst. 7. §. Ad primum argumentum, & Ad primam rationem: natura est indivisa formalitèr, indi-

visione in forma, concedo antecedens: indivisione formarum, nego antecedens, & consequentiam. Audite Scotum: probatio est minoris, scilicet: *Angelus differt ab Angelo, qui est forma: ergo habent differentiam formalem, includit fataliam consequentis: non enim sequitur: formæ differunt: ergo formalitèr differunt, vel differunt in forma, sicut non sequitur: homines plures differunt: igitur in humanitate differunt, cuius ratio, ait Scotus, est: Quia aliud est, aliquid distingui, & aliud esse rationem distinguendi. Sic Scotus: ex quibus infero: ergo stat, humanitatem Petri distingui ab humanitate Pauli, quin ipsæ humanitates sint rationes distinguendi Petrum à Paulo, alioquin, aliud non esset, aliquid distingui; & aliud, ipsum esse rationem distinguendi; quod est contra Scotum: ergo stat, Petrum, & Paulum esse formalitèr vnum in humanitate vnitatem in forma, quia humanitas non est ratio distinguendi Petrum à Paulo, & quod sit distincta differentia formarum in utroque: ergo est in individuis, secundum Scotum, divisa divisione formarum: ergo negativè tantum, secundum Scotum, communis.*

53  
Dices.

Dices: humanitates sunt distinctæ: ergo ab aliqua ratione distinguendi: non ab individuatione, quia ista non est numeralis distinctio: ergo ab ipsa humanitate: ergo ipsa humanitas est ratio distinguendi Petrum à Paulo: ergo formalitèr differentia in forma distinguuntur, quod est omnino falsum. Respondeo negando tertiam consequentiam, scilicèt: ergo ab humanitate; quia ratio distinguendi Petrum à Paulo differentia formarum, seu humanitatum, est ipsa unitas entitativa, ad humanitatem subsecuta.

Respond.

54

Urgeo ad  
versar.

Item: quia hoc est argumentum, cui valdè fidunt contrarii, inquiri ab eis: vel per communitatem positivam intelligunt unitatem specificam, quæ est, esse unum formalitèr, vel aliquid amplius? Si primum? Quare fatigantur? Cum nullus veusque Philosophus negavit, individua naturæ humanæ esse unum formalitèr, seu non habere naturas essentialitèr diversas. Si secundum? Ergo ultra hanc unitatem, unitas entitativa est necessaria: ergo cū ex Scoto iam clarescat, & ex nostris rationibus iam sit ostensum, naturam in individuis non esse unam unitate entitativa, negare tenen-

tur communitatem positivam, utpotè, Scoto, & rationibus contrariam.

Uterius ipsos urgeo: si esse unum formalitèr est sufficiens ad communitatem positivam, esse unum genericè, imò & transcendentaltèr, erit sufficiens ad talem communitatem: sed hoc est falsum: ergo & illud. Maior pater: nam ideò asserunt, primam sufficere, quia quando est in individuis, existentialitèr est in illi; sed etiam unum genericè, imò & transcendentaltèr, quando est in inferioribus, existentialitèr est in illis: ergo si esse unum formalitèr est sufficiens ad communitatem positivam, & etiam esse genericè, &c. Minor probatur: alioquin deberent dicere, in rerum natura non esse nisi unum ens, unum existens entitativè, &c. quæ sunt transcendentia.

Arguitur quarto: natura humana Petri non est communis æquo, & Leoni negativè, nec positivè: ergo est communis positivè Petro, & Paulo. Probatur consequentia: nam ratio, quæ probat primum, per oppositum probat secundum: ergo, &c. Probatur antecedens: ideò natura humana Petri non est positivè communis æquo, & Leoni formalitèr, quia for-

55  
Urgeo ip  
sos ulter  
ius.56  
Arg. 4.

formaliter positivè distinguitur à natura equi, & Leonis; sed per nos formaliter positivè natura humana Petri indistincta est à natura Pauli: ergo ratio, quæ probat primum, per oppositum probat secundum. Respondeo negando consequentiam eū vtraque probatione: nam ideò natura Petri non est negativè communis Leoni, & æquo, quia non est indifferens, ut sit in illis, & hac ratione dicimus, esse sic communem Petro, & Paulo. Et ratio, quare non est illis positivè communis, non est, quia formaliter positivè est distincta, nam etiam cum hac indistinctone non esset positivè communis, si esset in illis entitativè distincta, qua ratione dicimus, esse Petro, & Paulo non positivè communem.

Arguitur quinto: natura, quæ est indivisa in se numerice, est vna positivè, & positivè singularis: ergo natura, quæ est indivisa in se formaliter, est vna positivè, & positivè communis. Probat consequentia: ideò natura, quæ est vna in se numerice, est vna positivè, & positivè singularis, quia singularitas est positiva: sed etiam vnitas formalis, seu specificata, est positiva: ergo natura,

quæ est indivisa in se formaliter, est vna positivè, & positivè communis. Respondeo distinguendo consequens quo ad primam partem: est vna positivè tot vnitatibus, quot sunt individua, concedo consequentiam: vnica vnitate, nego consequentiam; & nego etiam quo ad secundam partem; quia ad hoc ut sit positivè communis, requiritur quod sit vna in omnibus vnica vnitate entitativa, qua, ut toties dixi, caret natura. Quilibet igitur natura singularis retinet suam vnitatem formalem, qua dicitur vna positivè in vno, & in omnibus negativè, seu per indifferentiam, sicut dicitur positivè vna numero per positivam vnitatem numericam; at illa vnitas formalis positiva non sufficit, ut dicatur positivè communis, quia ad hoc est necessarium, ut illa vnitas formalis non multiplicata maneret in omnibus, quod est contra id, quod ad sensum videmus, ut dixi in tertia probatione à ratione.

Dices immediatè: ergo multiplicatur vnitas formalis in individuis, contra Scotum asserentem, dari vnitatem formalem, omnibus individuis vniam. Distinguo consequens; ergo multipli-

*Respond.**Explicatur.*58  
*Dices.**Respond.*

catur vnitas formalis entitativè, concedo consequentiam: formalitèr, nego consequentiam; nec hoc est contra Scotum, vt patet ex locis citatis.

59  
Arg. 6.

Arguitur sexto: natura Divina, quæ vna numero, communicatur pluribus, est illis positivè communis: ergo natura humana, quæ vna specie, communicatur pluribus, est illis positivè communis. Nego paritatem: quia naturæ Divinæ, vt potè, essentialitèr singulari, repugnat penitus dividi, & cum sui divisione communicari; naturæ verò humanæ, vt potè, communi, necessariò competit communicari cum sui divisione, quod positivè communitati obest.

60  
Retorq.  
argum.

Imò retorqueo argumentum: ex terminis terminus communis est, cui quantum est ex se, non repugnat in pluribus verè, & formalitèr reperiri cum sui divisione: sed ex terminis natura humana est terminus communis: ergo est cui, quantum est ex se, non repugnat in pluribus verè, & formalitèr reperiri cum sui divisione: ergo quando est in pluribus, verè est in pluribus divisa divisione sui, per quod tollitur responsio de divisione singularitatum, quia hæc non est divisio naturæ.

Obijcies septimo: natura humana, quæ est in Petro, & Paulo à parte rei caret divisione formali, & essentiali: ergo à parte rei, vt est in pluribus, est vna formalitèr per inexistentiã. Probatur antecedens primo: Petrus, & Paulus non differunt formalitèr in natura: ergo natura humana, quæ est in Petro, & Paulo à parte rei, caret divisione formali, & essentiali. Secundo: si Petrus non esset essentialitèr vnum cum Paulo, non magis differret à Leone, quam ab ipso Paulo: ergo. Tertio: Petrus, & Paulus in ratione hominis non sunt plura à parte rei: ergo. Quarto: Petrus, & Paulus habent eandem diffinitionem: ergo. Quinto: quia si non haberent vnã communem rationem, non daretur vnivocatio in specie: ergo, &c.

Respondeo ad argumentum, distinguendo antecedens: natura humana, quæ est in Petro, & Paulo à parte rei, caret divisione formali, & non formarum, concedo antecedens: & formarum, nego antecedens, & consequentiam. Patet solutio ex dictis. Ad probationem distinguo primam: Petrus, & Paulus non differunt in natura essentialitèr, concedo; entitativè, nego. Eadem distinc-

61  
Arg. 7.

Prob. 1.  
anteced.

Prob. 2.

Prob. 3.

Prob. 4.

Prob. 5.

62  
Respond.  
ad arg.

Ad 1. probationem,  
3. & 4.

tinc-



*Ad 2.* tinctione respondeo ad tertiam, & quartam. Ad secundam, nego antecedens; quia semper Petrus magis distinguitur à Leone, quam à Paulo, quia à Leone distinguitur non solum pœnes naturas entitativè distinctas, sed etiã essentialitèr, & in hoc non distinguitur à Paulo. Ad quintam nego antecedens; quia ad univocationem sufficit habere eandem rationem formalitèr, etsi entitativè distinctam.

*Ad 5.* Et ne terminis æquivocemur, explicare oportet, quo modo stet unitas essentialis naturæ cum divisione eius entitativa? Pro quo sciendum est, naturam esse unam, duplicitèr posse intelligi, vel secundum esse essentialis, vel secundum entitatem physicam. Primo modo significat essentialiam in statu absoluto præscindentem ab omni differentia, vel determinatione, tam entitativa, quam individuali. Secundo modo significat entitatem determinatam. Hoc præscito.

*64* Dico, naturam esse unam omnibus individuis, est, eam considerare primo modo; & esse entitativè distinctam, est, eam secundo modo considerare; quia illa unitas essentialis de se apta est, ut sit in pluribus cum sui entitati-

va divisione; vnde stante unitate essentiali, quæ ab omni determinatione præscindit, quod est prima consideratio naturæ, postea secundo modo considerata secundum entitatem determinatam est in individuis plurificata entitativè. Et ratio est: quia ut dixi ex Scoto in tertia responsione ad tertium argumentum: natura humana secundum esse essentialis est ratio identitatis formalis, identitate in forma omnium individuorum; at secundum entitatem determinatam considerata, etsi non sit ratio distinguendi, quia hæc est unitas entitativa ad humanitatem subsecuta; est tamen in individuis entitativè diversa.

Amplius declaratur hoc doctrina communi: nam sicut ens duplicitèr accipitur, primo formalitèr, seu nominalitèr, quo sensu puram significat essentialiam, abstrahendo ab omni differentia, vel determinatione; secundo materialitèr, seu participalitèr, quo sensu significat existentiam, idest, entitatem determinatam; ita natura his duobus accipitur modis; atqui cum unitate entis in primo sensu omnibus inferioribus, stat in illis entis divisio in secundo sensu: ergo cum unitate naturæ secundum esse

*65*  
Declaratur amplius.

*63*  
Quoddam  
dubium.

*64*  
Resolvitur  
dubium.

se essentiæ omnibus indivi-  
 duis, stat naturæ entitativa  
 divisio. Minor probatur quo  
 ad primam partem: nam ens  
 in primo sensu, vt dicit essen-  
 tiam, nullam dicit determi-  
 nationem, sed præscindit:  
 ergo vna est omnibus for-  
 malitèr essentia: ergo stat  
 vnitatis entis in primo sensu  
 omnibus inferioribus. Pro-  
 batur, quoad secundam par-  
 tem: nam quod est vnum, in-  
 ferioribus commune, præ-  
 scindit ab illis; sed ens secun-  
 do modo acceptum, non præ-  
 scindit, imò significat deter-  
 minatam entitatem: ergo  
 non est vnum in inferiori-  
 bus: ergo divisum; sed hæc  
 est entitativa divisio: ergo  
 cum vnitatis entis in primo  
 sensu, stat divisio in secundo.

Obijcies octavo: natura  
 Petri, & natura Pauli sunt  
 idem formalitèr antecedentèr  
 ad singularitates: ergo  
 sunt idem realitèr; nam ma-  
 ior identitas minorem infert.  
 Confirmatur: quia si illæ hu-  
 manitates realitèr distingun-  
 tur: ergo prædicata priora  
 non erunt communia, sed  
 propria, loquendo de com-  
 munitate extra animam, &  
 consequentèr Petrus, & Pau-  
 lus eandem non habebunt  
 diffinitionem: ergo, &c.

Respondeo ad argumen-  
 tum distinguendo antece-

dens: sunt idem formalitèr,  
 sumpta identitate pro identi-  
 tate essentiali, concedo an-  
 tecedens, sumpta pro identi-  
 tate formali ab essentiali  
 distincta, nego antecedens, &  
 consequentiam. Concedo  
 probationem, & nego identi-  
 tatem essentialem esse ma-  
 iorem identitate reali; quia  
 individua cuiuscumque spe-  
 ciei sunt essentialitèr idem,  
 distincta tamen realitèr. Ad  
 confirmationem distinguo  
 consequens: ergo prædicata  
 priora non erunt communia  
 secundum se, nego conse-  
 quentiam: contracta per ali-  
 quam singularitatem, sub  
 distinguo, extrinsicè, vel vt  
 contracta, concedo conse-  
 quentiam; intrinsicè, vel se-  
 cundum se, nego consequen-  
 tiam.

Ad illud de diffinitione  
 ait Margo ad margines Bo-  
 neti pro Scoto; quod præ-  
 dicata sunt communia per  
 intellectum, non verò à par-  
 te rei, quare individua ha-  
 bent vnum conceptum in  
 mente communem; & quod  
 hoc idem nos concedere te-  
 neamur, intendunt adversa-  
 rij Scotistæ, quia dicunt, Tho-  
 mistas etiam dicere, indivi-  
 dua vnus speciei esse essen-  
 tialitèr indivisa; non verò  
 dari naturam vnã illis com-  
 munem à parte rei, & per in-

*Ad con-  
 firmat.*

68  
*Ad pro-  
 bationē  
 consequē  
 tiæ, resp.*

66  
*Arg. 8.*

*Confirm.*

*Probat.  
 conseq.*

67  
*Respond.  
 ad arg.*

existentiam, quod nos asserimus. Sed tam contra solutionem, quam contra intentum adversariorum stat Scotus cognoscens communitatem à parte rei, vt patet in 2. distinct. 3. quæst. 1. vbi id ex professo probat, quare hoc concedentes, & solutio est inepta, & à Thomis separatur, nam à parte rei communitatem non cognoscunt; asserendo tamen, hanc communitatem esse tantum negativam, ab alijs Scotistis, etsi non ab Scoto, secernitur.

69

Quare nego, ad illud de diffinitione, consequentiam; nam eo modo, quo dixi in responsione ad confirmationem, prædicata esse in individujs communia, ita est vna omnibus illis communis diffinitio.

70

Arg. 9.

Arguitur nono: si natura in individujs est entitativè divisa, sequitur, quod singulare cuiuscumque speciei sit imperfectum in illa specie; sed hoc est falsum: ergo non est entitativè divisa. Probat sequela: Petrus, v.g. non haberet totam naturam completè: ergo singulare cuiuscumque speciei esset imperfectum in illa specie. Respondeo negando sequelam, cuius probationem distinguo: non haberet totam naturam specificè, nego antecedens,

Respond.

entitativè, concedo antecedens, & nego consequentiã.

Arguitur decimo: in singularibus munus distinguendi realitè spectat tantum ad differentias individuales: ergo vna, & eadem natura est in omnibus indivisa realitè, & solum per differentias distincta. Antecedens est Scoti 7. *Metaphisic. quæst. 13. §. Contra prædicta, in solutione ad secundum*, vbi hanc proponit difficultatem; an natura Petri differat à natura Pauli seclusis hæceitatibus? Et respondet his verbis: *Si loquamur realitè, humanitas, quæ est in Sorte, non est humanitas, quæ est in Platone; subdit tamen, quod hæc realis differentia est ex differentijs individualibus.* Consequentia inferitur.

71  
Arg. 10.

Confirmatur primo: si natura Petri, & natura Pauli, vt priores hæceitatibus, essent entitativè diversæ, nulla esset necessitas superaddendi singularitates, quia per ipsas naturas sufficientè distinguerentur; sed hoc est falsum: ergo natura est indivisa in omnibus individujs. Confirmatur secundo: quia si natura Petri, & Pauli, vt priores hæceitatibus, essent realitè distinctæ: ergo deberet esse aliquod principium illius distinctionis; sed hoc

72  
Confir-  
mat. 1.Confir-  
mat. 2.

est falsum, quia natura Petri, ut prior hæcitate, solum habet sua prædicata essentialia: ergo natura Petri, & Pauli non sunt realitèr distinctæ.

Respondet Lichetus ad argumentum in 2. distinct. 3. quæst. 6. §. Ad quæstionem, distinguendo antecedens: in singularibus minus distinguendi realitèr, numeralitèr, vel realitèr per se, spectat tantum ad differentias individuales, concedo antecedens; realitèr entitativè, nego antecedens, & consequentiam. Et tenendo hunc modum, similiter distinguenda est prima confirmatio. Ad secundam autem est dicendum: in natura, ut priori sua hæcitate, ultra prædicata essentialia, esse unitatem entitativam, quæ est ratio distinguendi, ut supra dixi. Ad auctoritatem Scoti respondeo, per prima verba potius stare pro nostra conclusione: pro secunda verò non opponitur, quia loquitur de differentia numerali, quam non habet natura pro priori ad hæcitatatem. Et quod hic sit Scoti verus sensus, patet ex ipso textu, & replica antecedenti ad hæc verba. Videatur, & constabit clarè.

Item Lichetus exponit Doctorem in 2. dist. 3. quæst. 6. dicentem, quod individua

non distinguuntur per naturam, dicendo §. Ad quæstionem, Scotum loqui de distinctione reali numerali; non verò de distinctione reali absolutè; & dato, quod de hac locutum fuisset, ait: hoc tantum dixisse, in quantum individua per naturam non distinguuntur realitèr per se, hoc enim modo suis hæcitatibus distinguuntur, sed per accidens; nam per accidens est, quod natura Petri sit Petri, & non Pauli constitutiva, cum ex se sit indifferens ad utrumque.

Mastrius verò respondet ad argumentum, quod licet natura Petri, & Pauli pro priori ad hæcitates, non sit eadem positivè natura, nec tamen ob id realitèr distinguuntur, quia realis distinctio, cum fundetur supra existentiam, & hanc natura fundare nequeat, nisi ut singularis, idèo præcisis singularitatibus, non possunt realitèr distinguui, hocque deducit ex loco Scoti 7. Methaphisic. in argumento posito, hocque modo ad confirmationem respondet. Sed hoc intellecto ita, quod singularitas, vel existentia sit tantum conditio, & non ratio formalis distinctionis realis naturarum, nam hæc, ut dixi, est ipsa unitas entitativa ad naturam sub-

73  
Respond.  
Lichetus  
ad arg.  
& confirmat.

Ad 2.

Ad Scoti  
auctorit.

74  
Amplius  
explicat  
Scotum.

75  
Respond.  
Mastr.  
ad arg.  
& confirmat.

Utraque  
solutio,  
benè in-  
tellecta,  
defensè  
valet.

sub.



subsecuta, utramque solutionem probabiliter defendo.

§. V.

*Specialia argumenta solvuntur.*

76  
Arg. I.  
Specialit.

**A**Rguitur primo: quod est positivè unum in specie, est commune positivè; sed natura humana est una positivè in specie: ergo est communis positivè. Probatur minor: natura humana à parte rei est indivisa per principia formalia: ergo natura humana est una positivè in specie. Probatur consequentia: ad unitatem positivam in specie solum requiritur indivisibilitas per principia formalia; sed per te natura humana à parte rei est indivisa per principia formalia: ergo natura humana est una positivè in specie. Probatur maior: ad unitatem positivam in specie naturæ Divinæ solum requiritur indivisibilitas per principia formalia: ergo similiter, &c. Probatur antecedens: ad unitatem specificam positivam naturæ Divinæ non requiritur omne illud, quod requiritur ad unitatem positivam in specie, & numero; sed ad unitatem positivam specie, & numero, requiritur indivisibilitas per principia formalia,

& materialia: ergo ad unitatem positivam in specie naturæ Divinæ solum requiritur indivisibilitas per principia formalia.

Respondeo, quod ad hoc ut aliquid sit unum in specie, solum requiritur principium formale, & ut sit unum numero principium materiale; ceterum ut sit positivè unum, requiritur indivisibilitas entitativa, ut dictum est. Cum ergo hanc entitativam indivisibilitatem habeat natura Divina in personis, & illam non habeat natura humana in individuis; hinc est, quod natura Divina est positivè una in personis; non verò natura humana in individuis. Imò retorqueo argumentum: ideò natura Divina est una positivè in personis, quia est in illis entitativè indivisa; sed natura humana non est in individuis entitativè indivisa: ergo non est una positivè in individuis.

Arguitur secundo: distinctio numeralis non obstat ad unitatem positivam: ergo natura humana est positivè una, & positivè communis. Probatur antecedens: natura Divina est una positivè in tribus Divinis personis, quæ numero distinguuntur: ergo distinctio numeralis non obstat ad unitatem pos-

77  
Respond.

Retorq.

78  
Arg. 2.

pos-

*Respond.* positivã. Respondeo, quod distinctio numeralis individuorum, contrahentium naturam entitativè divisibilem obstat ad unitatem positivam; non verò distinctio numeralis individuorum contrahentium naturam entitativè indivisibilem.

**79**  
*Arg. 3.* Arguitur tertio: aptitudo remota, quam dicit natura humana, quæ est in Petro, ad esse in Paulo, non tollit ab ea positivam communitatè: ergo est positivè communis. Probatur antecedens: talis aptitudo non tollit à natura communitatem; alioquin nec positivam: ergo non tollit communitatem positivam. Antecedens pro prima parte constat: alioquin nec negativè esset communis. Quo ad secundam probatur: talis aptitudo remota non tollit à natura aptitudinem ad inexistentem Paulo: ergo nec communitatem positivam. Si negas antecedens. Contra: talis remota aptitudo non tollit à natura aptitudinem ad esse in Paulo, sicut nunc est in Petro; sed nunc est in Petro per inexistentiam: ergo non tollit à natura aptitudinem ad inexistentem Paulo. Probatur maior: talis aptitudo non tollit à natura aptitudinem ad constituendum Paulum,

sicut nunc constituit Petrum; sed hunc, inexisterendo ipsi, constituit: ergo talis remota aptitudo non tollit à natura aptitudinem ad esse in Paulo, sicut nunc est in Petro. Si concessio antecedenti, negas consequentiam. Contra: esse aliquid commune, est habere aptitudinem ad essendum in multis: ergo esse commune positivè, est habere aptitudinem ad essendum in multis per inexistentiam; atqui, per te, illa remota aptitudo non tollit à natura aptitudinem ad inexistentem Paulo: ergo nec communitatem positivam.

**80**  
*Respond.* Respondeo, negando antecedens, ad probationem, nego antecedens, quo ad secundam partem, cuius probationem distinguo: non tollit à natura aptitudinem ad inexistentem Paulo, simul cum existentia in Petro, nego antecedens: divisim, concedo antecedens, & nego consequentiam; quia ad communitatem positivam naturæ requiritur, quod eadem natura, quæ existit in Petro, simul existat in Paulo, quod idem est, ac dicere, naturam existentem in Petro, habere aptitudinem, non remotam, sed proximam ad existendum in Paulo.

Arguitur quarto: singula-

laritates sunt principia, actu numericè dividenda natura: ergo natura est actu divisa numericè per singularitates. Consequentia patet: quia ubi dantur principia, actu dividenda, debet dari aliquod divisum: Inquirunt nunc: quid est illud, quod dividitur? Si dicant, esse singularitates? Contra: quia hæc sunt principia actu dividenda: ergo non sunt actu divisa; cum nihil sit principium actu se dividens: ergo præcisè debet esse natura divisa.

82 *Aliter format. argum.* Contra hoc præcipuum adversariorum fundamentum, procedit sic argumentum. Naturam numericè multiplicari in individuis, est, solum differentias individuales dividi: ergo est eadem indivisa natura in omnibus; sed hoc est, esse communem positivè: ergo ita est. Probatur antecedens: genus specificè dividi in speciebus, est solum differentias específicas dividi: ergo naturam numericè multiplicari, est, solum differentias individuales dividi. Consequentia tenet: nam eo modo genus dividitur per differentias específicas specificè, quo species dividitur numericè per differentias individuales.

83 Antecedens probatur pri-

mo: si genus specificè dividi, non esset, solum differentias específicas dividi, iam genus, præcisè differentijs specificis, esset specificè divisum; sed hoc est falsum: ergo genus specificè dividi in speciebus, est, solum differentias específicas dividi. Probatur secundo: naturam Divinam personalitèr dividi, est solum personalitates dividi: ergo similiter. Item parietem accidentalitèr dividi, est, solum accidentia dividi: ergo similiter.

84 *Respond. aliqui.* Respondeo, distinguendo antecedens: naturam numericè tantum multiplicari in individuis, est, solum differentias individuales dividi, concedo antecedens; numericè, & entitativè, nego antecedens. Et distinguo consequens: ergo est eadem indivisa natura entitativè in omnibus, nego consequentiam; numericè, subdistinguo: simul cum singularitatibus considerata, nego consequentiam; præcisè singularitatibus, iterum subdistinguo: permissivè, concedo consequentiam; positivè, nego consequentiam. Sic aliqui.

85 *Contr. I.* Sed contra primo: ergo iam falsificatur illud vestrum fundamentum, scilicet, quod principia actu dividen-

tia

tia non sint actu divisa. Probatur consequentia: per vos differentiarum individuales sunt principia, actu numericè dividenda naturam; sed per vos naturam numericè tantum dividi, est, solum differentias individuales dividi: ergo falsificatur fundamentum.

86

Contr. 2.

Contra secundo: stat. naturam numericè in individuis dividi, quin entitative in ipsis dividatur: ergo ruit solutio. Probatur antecedens: naturam numericè dividi, est, tantum differentias individuales dividi; sed ex divisione differentiarum individualium non sequitur divisio entitativa naturæ: ergo stat, naturam numericè in individuis dividi, quin entitative in ipsis dividatur. Probatur minor primo: ex divisione differentiarum personalium non sequitur divisio entitativa naturæ; in ò nec numerica, ut patet in Divinis: ergo ex divisione differentiarum individualium non sequitur divisio entitativa naturæ. Sed ne dicas, hoc esse proprium essentiæ Divinæ ratione suæ infinitatis. Probatur eadem minor secundo: paritate in creatis: ex divisione formarum accidentalium non sequitur divisio entitativa subiecti, et si

subiectum sit accidentalitè divisum, ut de pariete patet, ut supra: ergo similiter.

Respondeo, negando antecedens, & eius probationem, distinguoque aliam: si genus specificè dividi, non esset, solum differentias specificas dividi, iam genus, præcisis differentiis specificis, esset specificè divisum permissivè, vel potentialitè, concedo; positivè, seu actualitè, nego. Ad paritatem de natura Divina nego consequentiam: quia illud evenire in natura Divina est proprium infinitatis essentiæ: repugnat tamen naturæ creatæ ob eius limitationem.

Ad secundam nego etiam consequentiam: quia in antecedenti ponitur concretum accidentale, quod non multiplicatur ad multiplicationem formarum; at in consequentia ponitur concretum substantiale, quod multiplicatur ad multiplicationem formarum; quare si natura humana eadem entitative, intrinsicè, & realitè esset in individuis, non dicerentur plures homines, et si plura individua dicerentur. Et hac solutione ruunt impugnationes positæ adversus solutionem supra assignatam.

Arguitur quinto: unitas

87

Respond.

Ad i. paritatem respond.

88

Respond. ad 2.

89

for. Arg. 5.



formalis formalitèr reduplicativè, vt formalitèr (quæ specifica appellatur) est maior unitate formæ: ergo datur natura positivè communis. Si negas antecedens, probatur: quodcumque in aliquo reperiuntur plures unitates, posterior unitas est maior; sed in aliquo reperiuntur unita formæ & unitas formalis reduplicativè, vt formalis, quatum hæc est posterior: ergo unitas formalis formalitèr reduplicativè vt formalitèr, est maior unitate formæ. Maior patet: nam inter unitatem genericam, specificam, & numericam, hæc, quæ est posterior, est maior. Deindè patet in natura Divina.

90

Minor quoad primam partem est certa: nam in natura humana Petri, v. g. reperiuntur unitas formæ, nam est una, & non duplex humanitas, & unitas formalis formalitèr reduplicativè, vt formalitèr; nam est una specificè cum omnibus individuis. Quoad secundam, scilicèt, quod sit posterior, probatur: prius est, naturam esse unam, quam esse unam unitate formali formalitèr reduplicativè; vt formalitèr; sed esse naturam unam, est, esse unam unitate formæ: ergo prius est, naturam esse

unam unitate formæ, quam unitate formali formalitèr reduplicativè, vt formalitèr. Maior patet; nam omne contractivum, vel determinativum supponit contrahibile, vel determinabile; sed unitas formalis formalitèr reduplicativè, vt formalitèr, est determinativum alicuius unius: ergo prius est, naturam esse unam, &c. Maior est omnium Philosophorum. Deinde: quomodo potest aliquid esse unum tali unitate, nisi prius sit unum. Minor probatur: esse naturam unam, & non duplicem, est, esse unam unitate formæ; sed esse naturam unam, est, esse unam, & non duplicem: ergo esse naturam unam, est esse unam unitate formæ.

Si concessio antecedenti argumenti supra facti, negas consequentiam, arguo sic: naturam esse communem positivè, est, esse unam unitate formæ omnibus individuis; sed semel concessio unitatem formalem formalitèr, &c. esse maiorem unitate formæ, natura humana, v. g. est una unitate formæ omnibus individuis: ergo est communis positivè. Probatur minor: maior unitas secum compatitur minorem unitatem; sed natura humana est una omnibus individuis uni-

91

tate formali formalitèr, &c. quæ est maior vnitate formæ: ergo semel concessio, vnitatem formalem formalitèr, &c. esse maiorem vnitatem formæ, natura humana, v. g. est vna vnitatem formæ omnibus individuis. Maior est omnium Philosophorum, claretque in vnitatem specificam respectu genericæ, & in numerica respectu vtriusque. Imò præsertim in opinione Scoti, concedentis vnitatem vnivocationis cum vnitatem analogiæ, quia vnitatem vnivocationis est maior.

92  
Resp. 1.

Respondeo primo ad argumentum distinguendo antecedens: vnitatem formalis formalitèr reduplicativè, vt formalitèr (quæ specifica appellatur) est maior vnitatem transcendentali formæ, concedo antecedens; vnitatem existentiam, seu existentiali, nego antecedens. Ad cuius probationem distinguo minorem quo ad secundam partem: vnitatem formalis est posterior vnitatem transcendentali formæ, concedo minorem; vnitatem existentiam, seu existentiali, nego minorem; & distinguo maiorem probationis: prius est, naturam esse vnam vnitatem transcendentali, quam esse vnam vnitatem formali, concedo maiorem; vnitatem existentiam seu

existentiali, nego maiorem; & distinguo minorem: esse naturam vnam vnitatem existentiam, seu existentiali, est esse vnam vnitatem formæ, concedo minorem; esse vnam vnitatem transcendentali, nego minorem, & consequentiam.

Itaque magnam æquivocationem argumentum adducit: confundit namquæ vnitatem transcendentalem cum vnitatem formæ, quæ valdè diversæ sunt; nam vnitatem transcendentalem naturam, vt potè, passio entis, est, quam habet natura, præcisa ab existentia; vnitatem formæ, est, quam habet natura per existentiam in individuis; vel negativa, si est per indifferentiam ad existendum in illis; vel positiva, si inexistit in illis. Inter has autem vnitatem, vnitatem transcendentalem est prior vnitatem formæ, & vnitatem formali, & hæc est prior vnitatem formæ, quo solo totum ruit argumentum.

Quod autem vnitatem formalis sit prior vnitatem formæ, in quo stat tota argumenti difficultas, evidentè ostendam etiam iuxta Scoticam in hoc nobis adversantes. Omnes namquæ Scoticæ supponimus cum Scoto in 2. distinct. 3. quæst. 1. §. Ad quæst.

93  
Argum.  
magnam  
patitur  
æquivocationem

94  
Declaratur.

*in fine:* naturam abfolutè acceptam, feu in ftatu effentiæ habere vnitatem formalem minorem vnitatem numerali; & hac vnitatem fupposita, progredimur ad intelligendum: An hæc vnitatis formalis fit per inexiftentiam in indiuiduis; ita vt vna, & eadem natura fimul, & femel exiftat in omnibus, & fingulis indiuiduis cum fola numerica diftinctione. Vel an prædicta vnitatis formalis fit tantum per indifferentiam ad exiftentiam in illis difiunctim. Vnitatis primo modo erit vnitatis pofitiva; fecundo modo erit vnitatis negativa. Hoc fupposito.

Sic oftendo, quod vnitatis formalis fit prior vnitatem formalem: fupposita in natura vnitatem formalem, quæritur, an fit vna vnitatem formalem: ergo vnitatis formalis eft prior vnitatem formalem. Antecedens, vt certum, apud omnes Scotiftas manet fuppositum. Confequentia eft legitima; alioquin irrationabilis efferet quæftio, & contradictoria; cum vnitatis formalis efferet prior, vt fupponitur, & non efferet prior, vt vult argumentum. Vrgetur; quia vnitatis generica eft minor vnitatem fpecifica, optimè, & rationabiliter quæritur: fupposita in natura vnitatem generica, an

fit vna vnitatem fpecifica? Et fimiliter de vnitatem numerali refpectu fpecifica; atqui per vos fupposita in natura vnitatem formalem, quæritur; an fit vna vnitatem formalem: ergo quia vnitatis formalis eft prior vnitatem formalem.

Refpondeo fecundo: alijs terminis diftinguendo antecedens: vnitatis formalis formaliter reduplicativè, vt formaliter, eft maior vnitatem transcendentali formalem, concedo antecedens: vnitatem phificalis formalem; nego antecedens; ad cuius probationem diftinguo minorem quoad fecundam partem: vnitatis formalis eft posterior vnitatem transcendentali formalem, concedo minorem; vnitatem phificalis formalem, nego minorem; & diftinguo maiorem probationis: prius eft, naturam efferet vnã vnitatem transcendentali, quam efferet vnã vnitatem formalem, concedo maiorem; prius eft, naturam efferet vnã vnitatem phificalis, quam efferet vnã vnitatem formalem, nego maiorem; & diftinguo minorem: efferet naturam vnã vnitatem phificalis, efferet vnã vnitatem formalem, concedo minorem; efferet vnã vnitatem transcendentali, nego minorem, & confequentiam.

Hæc folutio conftat ex dictis, & patet etiam. Triplex

96  
Resp 2.

95  
Declaratur amplius.

97  
Firma-  
tur folutio

*tio, tripli-  
cem uni-  
tatem ex-  
plicando*

*Quid sit  
vnitas  
transcen-  
dentalis.*

etiam est vnitas, prout ad præsens argumentum attrinet. Prima transcendentalis. Secunda formalis, & tertia formæ. Vnitas transcendentalis, vt potè passio entis, est, qua natura est indivisa in se, & diuisa à quocumque alio, per hanc que convenit natura humana, v. g. cum quacumque alia natura, & si genericè distincta; & hæc vnitas prior est vnitate formali, seu specifica, & vnitate formæ, seu entitativa.

98  
*Quid sit  
vnitas  
formalis*

Vnitas autem formalis convenit naturæ prout abstracta ab individuis, & est, qua natura secundum sua prædicata essentialia inspecta, potèst esse in individuis vna formalitèr; quia sine diuisione propria formali est, & reperitur in illis; præsciendū ab hoc, quod sit in illis vna vnitate formæ, seu entitativa. Vnitas denique formæ convenit naturæ non prout abstracta ab individuis, sed potius prout existit in illis; vt claret ex Scoti verbis à nobis adductis in probationibus ab autoritate illius; ideòque vnitas existentialis, & phisica appellatur. Ex quo iam constat, quod inter has vnitates, vnitas formalis est prior vnitate formæ, quia illa convenit natura secundum se, prout abs-

*Quid sit  
vnitas  
formæ.*

tracta ab individuis, & pro priori ad existentiam; hæc tamen convenit naturæ prout existit in illis. Vndè factura revera est argumentum.

Adque hinc se se aperit, quod vnitas formalis est minor vnitate formæ, quod duplicitèr ad hominem contra factores argumenti ostendunt. Primo: vnitas formalis est prior vnitate formæ; ergo vnitas formæ est posterior: ergo hæc est maior vnitate formali. Probat hęc consequentia: quandocumque in aliquo reperuntur plures vnitates, posterior est maior per vos; sed in aliquo reperuntur vnitas formalis, & vnitas formæ, & hæc ex dictis est posterior: ergo hæc est maior.

Secundo: illa est maior vnitas, quæ magis opponitur divisioni; sed vnitas formæ magis opponitur divisioni, quam vnitas formalis; ergo illa est maior illa. Consequentia est legitima. Maior est ratio, qua omnes Scoti illæ probant: dari in natura vnitatem formalem, minorem vnitate numerali; eo quod hæc opponitur, & non illa, divisioni numerali, consequentèrque, hæc & non illa, magis opponitur divisioni.

Minor verò in nostra sententia est evidens: quia vnitas

99  
*Vnitatē  
formalem esse  
minoriē  
vnitate  
formæ,  
ostenditur 1.*

100  
*Secundo*

101

tas



tas formæ opponitur divisioni formarum; unitas verò formalis non opponitur tali divisioni; nam cum unitate formali naturæ in individuis, stat divisio formarum, non verò cum unitate formæ, ut est per se notum. In sententia autem adversariorum probatur: dato in sententia adversariorum, quod natura non esset una in individuis unitate formæ, esset in illis indivisa divisione formali, divisa tamen divisione formarum; atqui dato in nostra sententia, quod natura esset in individuis una unitate formæ, non esset in illis divisa, nec divisione formali, nec divisione formarum: ergo unitas formæ magis opponitur divisioni, quàm unitas formalis. Maior est certa; nam cum id sit, quod nos in nostra sententia dicimus; id contrarij dicere coguntur, admittà nostra sententia. Minor eadem ratione est certa: nam cum id sit, quod contrarij in sua sententia dicunt;

*Probat.  
minor in  
sentent.  
adversa  
riorum.*

id nos dicere tenemur, admittà contrariorum sententia. Consequentia est legitima.

Arguitur sexto: ex Aristotel. 7. *Metaphisic.* dicente: *Animal esse unum, & idem in homine, & in equo, sicut tu tibi ipsi.* Et Porphyrius in cap. de *Specie*, ait: *Plures homines participatione speciei sunt unus homo*: ergo datur natura una indivisa in omnibus. Respondeo ad primum, multum probare; probat enim animal in homine, & equo unum numero, ut patet ex verbis: *Sicut tu tibi ipsi.* Quare respondeo: Aristotel. loqui de unitate rationis, seu generica; non verò de unitate formarum, ut plures dixi. Ad Porphyrium respondeo, loqui de unitate rationis, quam habet natura sub ratione universalis per intellectum; non verò de unitate reali; vel si de hac locutus est, dico, loqui de unitate reali in forma; non verò formarum.

102

*Arg. 6.  
ex Arist.  
& Por-  
phirio.*

*Respon-  
deo ad  
vtrumq̃.*

FINIS QUÆSTIONIS.

VA-



# VARIA ARGUMENTA IN PHILOSOPHICAS QUÆSTIONES.

EX TRACTATU SUMULARUM,  
& Logicali.

*QVOD VOCES NON  
significativæ non sint termini  
formales.*

N. I.

**Q**uod est de ratione affectionis, est de ratione eius, cuius est affectio: ergo quod est de ratione affectionis termini, est de ratione termini; atqui de ratione signi, quod est termini affectio, est significare: ergo significare est de ratione termini. Maior constat: nam quod est de ratione suppositionis, quæ est termini affectio, est de ratione termini. Confirmatur primo: si vox significatus expers est terminus formalis, littera est terminus formalis; sed non est: ergo vox non significativa non est terminus formalis. Maior constat: nam etiam littera potest esse subiectum, vel prædicatum, vt in hac propositione: *A est littera.* Minor patet: nam proposi-

tio formalis est, in qua prædicatum significat formam subiecti, vt subiecti. Consequentia claret. Confirmatur secundo: aliqua distinctio datur inter has propositiones: *Homo est animal, homo est homo*: ergo aliqua distinctio datur inter terminos harum propositionum; sed non alia, nisi quia prima est formalis, & secunda materialis: ergo voces non significativæ non sunt termini formales.

*QVOD VOCES EXTRA  
propositionem non sint termini.*

Quod est de ratione affectionis, est de ratione eius, cuius est affectio; sed de ratione affectionis termini est, quod per actum constituitur: ergo de ratione termini est, quod per actum constituitur: ergo voces extra propositionem non sunt termini. Maior patet: nam quod est

2

est de ratione suppositionis, quæ est termini affectio, est de ratione termini. Minor claret in signo. Consequentia videntur legitima.

*QVOD NON SIT PROPOSITIO NEGATIVA.*

3 Si aliquæ essent propositiones negativæ, maximè istæ: *Omne animal, quod non est homo, est irrationale; omnis Christianus, qui non admittit Summum Pontificem, est Hæreticus; omnis creatura intellectualis, quæ non est corporea, est Angelica; sed hæc propositiones non sunt negativæ: ergo non datur propositio negativa. Probatur minor: ex his propositionibus infertur consequentia affirmativa; sed ex regulis Dialecticæ conclusio affirmativa petit utramque propositionem affirmativam: quia ubi una ex præmissis est negativa, conclusio est negativa: ergo illæ propositiones non sunt negativæ. Probatur maior his syllogismis: *Omne animal, quod non est homo est irrationalis, nullus equus est homo: ergo omnis equus est irrationalis. Omnis Christianus, qui non admittit Pontificem, est Hæreticus; nullus Lutheranus admittit illum: ergo omnis Lutheranus est Hæreticus. Omnis creatura intellectualis, quæ non habet corpus, est Angelica; nullus Seraphinus habet corpus:**

*ergo omnis Seraphinus est creatura intellectualis.*

*QVOD DE ACTU AD POTENTIAM NON VALEAT CONSEQUENTIA.*

4 Si ab actu ad potentiam valeret consequentia, hæc esset bona: *Ratiocinat: ergo potest ratiocinare; sed hæc non sequitur: ergo non valet consequentia de actu ad potentiam. Probatur minor: ex contingenti non nisi contingens sequitur; sed ratiocinare est contingens, & posse ratiocinare est necessarium: ergo illa non sequitur. Probatur maior: ex necessario non nisi necessarium sequitur: ergo ex contingenti non nisi contingens sequitur.*

*QVOD NON SINT CONTRADICTORIA.*

5 Si essent contradictoriæ, maximè, forma, & eius privatio; sed forma, & eius privatio non sunt contradictoriæ: ergo non dantur contradictoriæ. Probatur minor: forma, & eius privatio possunt esse simul: ergo forma, & eius privatio non sunt contradictoriæ. Probatur antecedens: instans inceptionis formæ genitæ est instans definitionis privationis; sed de veroque instanti datur affirmatio de præsentis: ergo forma, & eius privatio possunt esse simul. Probatur minor: for



forma genita incipit intrinsicè, & privatio definit etiam intrinsicè; quia producuntur, & corrumpuntur in instanti, de cuius ratione est, incipere, & definire intrinsicè; sed de inceptioe, & definitione intrinseca datur affirmatio de præsentì: ergo de utroque instanti datur affirmatio de præsentì.

*Respōd.*

Respondeo negando minorem, ad cuius probationem, nego antecedens, & minorem probationis, & ad probationem, nego maiorem, & distinguo probationem imbitam: de cuius ratione est incipere, & definire intrinsicè, exceptis formis substantialibus corruptis, & privationibus, concedo; non exceptis, nego. Sic Philosophus 8. *Physicor. text. 69.* dicens: quod formæ substantiales corruptæ, & similiter privationes desinunt extrinsicè, scilicet, *per primum non esse sui.* Sic etiam Scotus *quodlibet. 12. artic. 3.* Et ratio est: nam si forma corrupta desineret intrinsicè, scilicet, *per ultimum sui esse*, forma corrupta, & genita simul essent in eodem subiecto, quod est falsum; nam instans in ceptionis formæ genitæ est instans definitionis formæ corruptæ: ergo si forma corrupta desineret intrinsicè, de

utraque affirmatur quod sit; non de inceptioe, & definitione intrinseca datur affirmatio de præsentì.

*QVOD NON DETVR LOGICA artificialis.*

Non sunt multiplicanda entia sine necessitate; sed nulla est necessitas, ponendi Logicam artificialem: ergo non datur. Probatur minor: quod Logica artificialis præstare potest, id etiam potest Logica naturalis: ergo nulla est necessitas Logicæ artificialis. Distingues: ita perfectè, nego: non ita perfectè, concedo. Opinè: infero: ergo non est necessitas multiplicare Logicas specie distinctas. Probatur consequentia: magis, & minus non mutant speciem: ergo si Logica naturalis potest facere minus perfectè id, quod artificialis, non est necessitas ponendi Logicam artificialem.

*QVOD LOGICA DOCENS non sit scientia.*

Logica agit de ente secundum quid, scilicet, de ente rationis: sed de ente secundum quid non dantur veræ demonstrationes: ergo neque scientia. Probatur minor: de rebus fidei non dantur veræ demonstrationes: ergo de ente secundum quid non dantur veræ demonstra-

6

*Dices.*

*Contra.*

7

tiones. Antecedens est certum; alioquin fides esset scientia. Probatur consequentia: Ideò de rebus fidei non dantur veræ demonstrationes, quia fides est obscura; sed ens secundum quid non est simpliciter ens: ergo de ente secundum quid non dantur veræ demonstrationes. Probatur consequentia: ad veram demonstrationem non solum impedit obscuritas, verum entitas secundum quid; sed quia fides est obscura, de rebus fidei non dantur veræ demonstrationes: ergo similiter de ente secundum quid. Maior probatur: Ideò ad veram demonstrationem impedit obscuritas, quia de rebus obscuris solum possunt dari cognitiones obscuræ; sed de ente secundum quid solum potest dari cognitio secundum quid: ergo ad veram demonstrationem non solum impedit obscuritas, verum entitas secundum quid. Si negas minorem, redde disparitatem. Vel eam proba, quia conclusio semper sequitur debiliorem partem.

*AD IDEM.*

Et suppono, quod Logica vtens est duplex. Vna accipitur pro tota Logica in vsu posita, & alia pro rationibus Logicis, quibus vtun-

tur omnes aliæ scientiæ. Quo supposito, sic efformatur argumentum. Scotus in prima questione universalium asserit: Logicam secundo modo sumptam, non esse scientiam, quia non procedit per media necessaria, sed communia; atqui Scotus in questione secunda universalium affirmat: Logicam esse scientiam communem, quia illa vtimur: ergo saltim Logica vtens primo modo est scientia. Respondeo, Scotum in quest. 1. loqui de Logica vtente secundo modo, in secunda verò de Logica vtente primo modo, quæ licet sit scientia communis; non tamen est scientia propter illum vsum, vel applicationem, sed quia est de subiecto, quod est instrumentum commune, inserviens omnibus scientijs.

*AD IDEM.*

Logica applicata scientijs, est scientia; sed hæc est Logica vtens: ergo Logica docens non est scientia. Probatur minor: Logica applicata Philosophiæ naturali, est talis scientia: ergo Logica applicata alijs scientijs, est scientia. Probatur antecedens: Philosophia naturalis nihil aliud est, nisi congeries quædam syllogismorum, propositionum, & inductionum, in rebus naturalibus formatarum:

**Noto 1.**

ergo Logica applicata scientijs, est scientia. Ante respon-  
sionem noto primo: quod  
instrumentum nunquam fit  
illa res, cui intervit, v.g. gla-  
dius est instrumentum ad se-  
candum lignum, & in secan-  
do ligno non fit lignum, &  
licet aliquando instrumen-  
tum sit idem materialiter  
cum re, cuius est instrumen-  
tum, vt gladius ferreus po-  
test secare ferrum; formali-  
ter tamen, & numero, num-  
quam. Noto secundo: quod  
quelibet scientia, & cognitio  
(si proprie loquamur) habet  
denominationem a subiecto.  
Hoc supposito.

**Secundo****Respond.**

Respondeo negando mai-  
orem, eiusque probationem  
& ratio est, quia quando isti  
dicunt, Logicam applicatam  
scientiæ naturali, esse natura-  
lem scientiam, vel intelli-  
gunt per Logicam applicatam  
ipsum syllogismum, qui est  
instrumentum ad cognos-  
cendas conclusiones Philo-  
sophicas; vel intelligunt cog-  
nitionem syllogismi confi-  
ciendi, quæ habetur in libris  
Logicis; sed nullo modo Lo-  
gica vtens applicata Philoso-  
phiæ naturali, est Philosophia  
naturalis; ergo Logica vtens  
nullo modo est scientia. Pro-  
batur minor: non primo mo-  
do, quia ex prima notatione  
constat, quod instrumentum

numquam est res, neque per  
vsum fit illa res, cuius inter-  
vit, licet materialiter hoc  
verum sit, quatenus materia,  
ex qua fit syllogismus, est  
Philosophia naturalis. Quare  
distinguo probationem: Lo-  
gica applicata Philosophiæ  
naturali, est Philosophia na-  
turalis, materialiter, con-  
cedo: formaliter, nego.

Neque secundo modo:  
quia ex secundo notabili cog-  
nitione de syllogismo est Lo-  
gica docens, quæ habet pro  
obiecto ipsum syllogismum, &  
sic, licet hac cognitione ego  
vtar ad faciendas demon-  
strationes in Philosophia,  
non amittit suam naturam, &  
essentiam, quia cum vsum  
Philosophiæ sit quid acci-  
dentale ipsi Logici, non po-  
test mutare eius naturam, &  
essentiam: semper ergo erit  
cognitio Logica, quia est de  
syllogismo, vtpote, eius ob-  
iecto; numquam verò Phi-  
losophia fiet naturalis. Ad  
vltimam probationem res-  
pondeo in forma sicut in §.  
*antecedenti.*

*Neque  
secundo  
modo,***CONTRA IDEM.**

Ad hoc vt aliqua facul-  
tas dicatur simpliciter scientia,  
non sufficit, quod habeat  
aliquam conclusionem de  
monstrativam, si multis  
constet probabilibus; sed Lo-  
gica docens multis conclu-

10

tionibus probabilibus constat, & si habeat aliquam conclusionem demonstrativam: ergo Logica docens non est simpliciter scientia. Minor, & consequentia tenent. Maior probatur: ad hoc ut totum compositum substantiale sit totum per se; non sufficit, quod constet aliquo principio per se, si coniter alio secundum quid: ergo pariter: ad hoc ut aliqua facultas dicatur simpliciter scientia, non sufficit, quod habeat aliquam conclusionem demonstrativam, si multis constet probabilibus. Antecedens est certum; ob id enim asserunt omnes Philosophi, tam materiam primam, quam formam substantialem esse principium per se; quia si aliquid ex his esset principium secundum quid, totum substantiale non esset totum per se. Consequentia paritate videtur certa. Hoc argumentum probat, nullam esse scientiam, quia ex his, quæ scientiæ vocantur, nulla est, quæ non constet multis conclusionibus probabilibus.

*QVOD NON DETVR LOGICA vtens.*

Frustra fiunt per plura, quæ fieri possunt per pauciora; sed ad formandum syllogismum sufficit intellectus,

qui concurrat activè; & Logica docens, quæ concurrat directivè: ergo superfluit Logica vtens. Probatur minor: ad faciendum aliquid per modum trianguli, sufficit manus concurrentes activè, & idea intellectus directivè concurrentes: ergo ad formandum syllogismum sufficit intellectus, qui concurrat activè, & Logica docens, quæ concurrat directivè.

*QVOD DIFFINITIO PRAxis traadita ab Scoto non sit bona.*

Scotus *quest. 4. Prologi, articul. 1.* hæc habet verba: *Cum igitur dicitur, intellectio est imperata à voluntate: ergo est praxis, non sequitur, sed sequitur: ergo vel est praxis, vel est practica: ergo si aliqua intellectio à voluntate imperata non est practica, erit praxis; nam ex Scoto, vel est praxis, vel est practica: ergo erit praxis in eo rigore, in quo Scotus in articulo illo sumpsit praxim. Consequentia claret; alioquin, illa verba, quæ sunt responsio ad objectionem, quam contra se facit Scotus, non essent ad rem. Sullumo: atqui datur actus intellectus à voluntate imperatus, qui non sit practicus: ergo erit praxis in eo rigore, in quo in present. accipitur. Probatur minor: ac*



tus credendi non est practicus, cum non sit regula, sed regulatus, nec sit prior essentialiter actu voluntatis, sed posterior, cum sit imperatus; sed actus credendi est actus imperatus intellectus: ergo datur actus intellectus à voluntate imperatus, qui non sit practicus.

*QUOD LOGICA NON SIT simpliciter speculativa.*

13 Secundæ intentiones, de quibus agit Logica, sunt entia rationis: ergo ante quam cognoscantur, non sunt, & cum cognoscuntur, incipiunt esse: ergo ipsæ secundæ intentiones praxes sunt, & actus, quibus fiunt, sunt practici. Probatur hæc consequentia: obiectum scientiæ speculativæ supponitur factum, & non fit per eam: ergo ipsæ secundæ intentiones sunt praxes, & actus, quibus fiunt, sunt practici.

*AD IDEM: ET EST ARGUMENTUM contra Scotistas asserentes, actum intellectus imperatum esse praxim.*

14 Illa scientia est practica, quæ dicit duplicem respectum ad praxim; sed Logica dicit hunc duplicem respectum: ergo Logica est scientia practica, & non est absolute speculativa. Probatur minor: Logica dicit dupli-

cem respectum ad actum intellectus elicatum cum imperio voluntatis; sed talis actus intellectus est praxis: ergo Logica dicit duplicem respectum ad praxim. Probatur maior: Logica dicit duplicem respectum, scilicet, prioritatis naturalis, & directivitatis ad syllogismum, ut potè, eius obiectum, quia omnis scientia dicit hos respectus ad suum obiectum; sed potest syllogismus esse actus intellectus elicatus cum imperio voluntatis: ergo Logica dicit duplicem respectum ad actum intellectus elicatum cum imperio voluntatis. Probatur minor: potest voluntas imperare intellectum, ut faciat syllogismum in vna materia, & non in alia: ergo potest syllogismus esse actus intellectus elicatus cum imperio voluntatis.

*CONTRA IDEM, ET EST contra Pontium argumentum.*

15 Ipse probat, Logicam esse speculativam, quia in omnibus dirigit actus intellectus; sed secundum ipsum aliquis actus intellectus est praxis, ut constat ex num. 80. ergo vel hæc ratio non probat, vel debet concedere, nullum actum intellectus esse praxim, quod utrumq; est cōtra ipsū.

CON-

## CONTRA IDEM.

16

Scotus 6. *Methaph. quest. 1.*  
ait: *Ad primum argumentum de Logica potest dici, quod Logica sit practica, quia non est tantum propter scire proprium, sed propter scire directum in aliquo actu: ergo secundum Scotum, Logica est scientia practica. Respondeo, Scotum loqui sumendo praxim pro quocumque operabili, siue sit actus alterius potentiae ab intellectu, siue non; non verò rigurose, vt ab eo quest. 4. Prologi diffinitur.*

*QVOD HABITVS LOGICÆ docentis, & videntis non distinguantur realiter.*

17

Hoc principium: *Causæ realiter distinctæ debent causare effectus realiter distinctos, est falsum: ergo habitus Logicæ non distinguuntur realiter. Probatur antecedens: hoc principium: Causæ realiter identificatæ debent causare effectus realiter identificados, est falsum: ergo & illud. Antecedens claret in intellectu, & voluntate. Consequentia probatur: Oppositorum eadem est ratio; sed prædicta principia sunt opposita: ergo si hoc principium: Causæ realiter identificatæ debent causare effectus realiter identificados, est falsum; etiam illud principium: Causæ realiter distinctæ debent causare effectus realiter*

*distinctos, est falsum. Respondeo: prædicta principia esse opposita, quo ad similitudinem, & distinctionem, non verò quo ad modum investigandi distinctionem realem; nam cum ad hanc sufficiat via causalitatis, in vtroque principio reperta, ideo in hoc non sunt opposita.*

## CONTRA IDEM.

Ideo habitus circa divisionem, & habitus circa demonstrationem, essent distincti; quia ex exercitio circa actus divisionis generatur facilitas ad dividendum, & ex carentia exercitij circa argumentationem non generatur facilitas ad argumentationem; sed hæc ratio non probat: ergo habitus Logicæ non distinguuntur realiter. Probatur minor: ex exercitio circa actus temperantiæ in materia cibi, & non in materia potus, generatur facilitas ad temperate comedendum, & non ad temperate bibendum; sed non dantur habitus temperantiæ distincti; ergo illa ratio non probat.

Distinguo maiorem probationis: generatur facilitas, quæ est intensio habitus temperantiæ, concedo maiorem; quæ sit habitus distinctus, nego maiorem, concessaque minori, nego consequentiam.

*Distinguo maiorem.*

18

Replica-  
bis.

tiam. Si replicas, quod & si per repetitionem assensus scientifici circa vnam conclusionem adquiratur facilitas ad assentiendum illi conclusioni, & non adquiratur ad assentiendum alteri; tamen quando ad alteram assentiendum adquiritur facilitas, hæc non est nobis habitus, sed idem, magis, ac magis intensus. Do disparitatem: nam habitus temperantiæ, æque inclinatur ad temperante comedendum, & bibendum; nam per se inclinatur ad benignitatem motivam temperantiæ, ut sic; non vero ad materiam cibi, vel potus contractam; quare per accidens, & materia librè est, quod potius ad materiam cibi, quam potus inclinet. Cæterum habitus adquisitus ex se non inclinatur æque ad conclusiones diversas, sed solum ad similes actus, à quibus fuit genitus, ut constat ex eius definitione.

CONTRA IDEM.

Hæc conclusio, scilicet, habitus Logicæ docentis, & utentis realitèr distinguuntur, est de subiecto non supponente: ergo non est talis distinctio. Probatur antecedens: non datur Logica utens: ergo conclusio dicta est de subiecto non supponente. Consequentia est legitima.

Respond.

Antecedens vero probatum manet *fol. 188. num. 11.* ubi Logicam utentem non dari, probavimus.

*QUOD LOGICA ARTIFICIALIS habitualis non sit simpliciter necessaria.*

Habitus adquisitus datur ad facilius posse; sed Logica habitualis est habitus adquisitus: ergo hæc non est simpliciter necessaria. Maior patet; nam in hoc distinguitur habitus adquisitus ab infuso, quod hic est ad simpliciter operandum; ille vero ad facilius. Minor est evidens. Consequentia legitima.

Nec valet dicere: quod habitus infusus non solum requiritur ad simpliciter operandum perfecte, verum, & imperfectè, in quo distinguitur ab adquisito, qui ad operationem imperfectam est secundum quid necessarius, licet ad perfectam sit simpliciter necessarius. Non valet: nam si habitus infusus in omni operatione datur ad simpliciter posse, adquisitus in omni operatione debet dari ad facilius posse, quod clarius potebit ex *§. sequenti.*

Respondent ad argumentum, quod licet habitus adquisitus non sit simpliciter necessarius ad aliquid absolute cognoscendum; est tamen ad aliquid tali modo, scilicet, scien-

20

Nec valet dicere.

Respond

19

scientificè cognoscendum; cum ergo scire aliquid, non sit illud simpliciter cognoscere, sed tali modo, scilicet, scientificè cognoscere; ideò ad quamlibet conclusionem sciendam habitus Logicæ est simpliciter requisitus.

*Contra.*

Contra: nam sicut se habet habitus naturalis respectu potentia ad simpliciter cognoscendum aliquam conclusionem, ita se habet habitus respectu actus, à quo generatur, ad illam scientificè cognoscendam; sed habitus naturalis est tantum secundum quid necessarius ad aliquam conclusionem simpliciter cognoscendam: ergo & habitus scientificus est tantum secundum quid necessarius ad simpliciter cognoscendam conclusionem. Probatur maior sicut necessitas habitus naturalis ad aliquam conclusionem simpliciter cognoscendam, est necessitate potentia posterior, ita necessitas habitus ad aliquam conclusionem scientificè cognoscendam est necessitate actus posterior: ergo sicut se habet habitus naturalis respectu potentia ad simpliciter cognoscendam aliquam conclusionem, ita se habet habitus respectu actus, à quo generatur, ad illam scientificè cognoscendam. Ex quo sequitur

evidenter, Logicam habitualesse tantum secundum quid necessariam.

*QVOD LOGICA ACTUALIS artificialis est simpliciter necessaria ad quam unquam scientiam acquirendam.*

Vt aliquis impugnet Logicam, indiget Logica, & vt aliquis persuadere conatur, esse inutilem Dialecticam, debet necessario vt Dialectica: ergo Logica est simpliciter necessaria ad quamcumque scientiam acquirendam.

*QVOD IN LOGICA SIT tantum unum obiectum formale quo.*

In Philosophia, & Methaphisica, secundum omnes datur vnicui obiectum quo: ergo etiam in Logica. Antecedens patet: nam in Methaphisica ens sub ratione entis apud omnes est obiectum quo totius Methaphisicæ; & in Philosophia apud Thomistas mobilitas, & apud Scotistas, naturalitas, est obiectum quo totius Philosophicæ. Consequentia paritate tenet. Respondeo concedendo antecedens de obiecto quo generico, seu in specie sub alterna, & nego de obiecto quo in specie infima; similiter dico ad consequentiam. Hoc argumentum potest summi pro Philosophia, & Methaphisica ab opposito.

21

22

*Respond.*

CON.



## CONTRA IDEM.

23

In qualibet scientia est vnum obiectum quod attributionis; sed hoc obiectum ex materiali, & formali ratione, vt ex materia, & forma coalescit, ex Scoto *quasi*. 3. *Prologi sententiarum s. Contra istas*, & cum eo Lichetus *s. Ex his dictis*: ergo quodlibet obiectum quod cuiuscumque scientiæ ex materiali, & formali coalescit. Maior est apud omnes certa. Minor vltra hoc, quod est Scoti, claret in obiecto Phisicæ, quod secundum Thomistas coalescit ex ente; vt ex materia, & ex mobilitate, vt ex forma; secundum Scotistas autem, ex corpore, vt ex materia, & ex naturalitate, vt ex forma. Consequentia est legitima. Summo: atqui obiectum materiale est obiectum totius scientiæ: ergo & formale; sed hoc est obiectum *quo*: ergo in quacumque scientia datur vnum obiectum *quo*. Respondeo, sicut ad præcedens argumentum. Imò hoc probat, obiectum *quo* esse genericum tantum; nam materiale est dumtaxat genericum.

QUOD NON SINT ENTIA  
rationis.

24

Si darentur entia rationis, maximè mons aureus, hircocervus, &c. sed hæc

non sunt entia rationis: ergo non datur ens rationis. Probatur minor: mons aureus potest diuinitus fieri, hircocervus possibilis est: ergo non sunt entia rationis. Probatur antecedens primo: nulla est repugnantia, vt ex hircocervo per conmixtionem resultat tertia species, vtriusque naturam participans, sicut ex aqua, & vino resultat vinum aquatum, imò hoc plurifariam contingeret, si adhiberetur cura, & diligentia necessaria: ergo hircocervus possibilis est. Secundo: attenda Dei potentia cur subsistentia hirci terminare non poterit naturam cervi: ergo non sunt entia rationis, cum potius sint possibilis.

Dices: Chimeram esse in hoc, quod concipiuntur duæ naturæ diversæ cervi, & hirci, inter se identificatæ. Contra primo: talis identificatio est possibilis. Si negas: assigna impossibilitatem, cum sensitivitas, & rationalitas in homine identificari possint. Secundo: concedo talem identificationem esse impossibilem, nego tamen, illas naturas posse concipi, vt identificatas, & probatur sic: illa identificantur, quæ adæquatè vniuntur; sed hæc naturæ non possunt concipi, vt adæquatè vnitæ: ergo non possunt

Dices:

sunt concipi, ut identificata. Maior est certa: quia i lant identificata, quæ magis uniri non possunt. Minor probatur: natura vnus animalis, si distinguitur ab alia, est, ut numerus à numero, hoc est, ut species ab specie; sed non potest concipi ternarius implens quaternarium: ergo non potest concipi natura ignobilior adæquatè vnita nobiliori: ergo ille naturæ non possunt concipi, ut adæquatè vnitæ.

Deinde.

Deinde: quia vel est essentielle hirco non posse identificari cum cervo, vel accidentale? Si secundum? ergo abesse poterit, & consequenter possibilitas identitatis manebit: Si primum? ergo nequit concipi quidditative sine illa impossibilitate: ergo qui dicit se hirco cervum concipere, debet asserere, se concipere hircum affectum impossibilitate identificationis, & nihilominus actualiter identificatum, quod est contradictio.

*QVOD ENS RATIONIS habeat esse obiectivè in intellectu.*

25 Istud complexum mons aureum, ut complexum est, non est ens reale; nam repugnat existere à parte rei: ergo formaliter est ens rationis: ergo prædictum complexum,

ut complexum est, existit per intellectum: ergo existit per actum comparativum intellectus: ergo prius existit per esse obiectivè in intellectu, quia quod existit per actum comparativum intellectus, prius habet esse obiectivè in intellectu.

*QVOD ENS RATIONIS non habet esse obiectivè in intellectu.*

Nihil potest existere in rerum natura, quod non habeat, saltim pro materiali, quid physicum; sed physicum non est obiectivè in intellectu: ergo ens rationis non est obiectivè in intellectu. Probatur maior: quia si aliquid existeret in rerum natura, quod saltim pro materiali, non haberet quid physicum, maximè hoc complexum: *mons aureus*; sed hoc complexum saltim pro materiali, habet quid physicum; extrema enim illius sunt quid physicum: ergo nihil potest existere in rerum natura, quod non habeat, saltim pro materiali, quid physicum.

*QVOD ENS RATIONIS constituitur per denominationem extrinsecam, & est contra Thomistas.*

Futurum in esse futuri, iuxta Thomistas, constituitur per extrinsecam denominationem: ergo, & ens ratio-  
nis.

nis. Probatur consequentia: non minus futurum, in esse futuri, est intrinsecè tale, ac ens rationis est intrinsecè tale; at qui futurum, in esse futuri, iuxta Thomistas constituitur per extrinsecam denominationem: ergo & ens rationis.

*QVOD ENS RATIONIS constituitur per denominationem intrinsecam, & est contra Scotistas.*

28

Futurum in esse futuri, iuxta Scotistas, constituitur per intrinsecam denominationem: ergo etiam ens rationis. Antecedens videri potest, tom. 1. in 1. Sent. dist. 33. numer. 7. Consequentia probatur: non minus ens rationis est intrinsecè tale, ac futurum, in esse futuri, est intrinsecè tale; at qui futurum, in esse futuri, iuxta Scotistas, constituitur per intrinsecam denominationem: ergo & ens rationis.

*QVOD ALIVS SENSVS præter imaginativum possit facere ens rationis.*

29

Scotus in 4. dist. 6. quæst. 2. §. Ex hoc potest, ait: *Volitum à me, per hoc, quod est à me volitum, nullam habet formam novam absolutam, vel relativam, sed tantum relationem rationis, correspondentem reali relationi meæ; sed esse volitum non est ab imaginativo*

sensu: ergo ab alio sensu, quam ab hoc, potest effici ens rationis. Minor pater: quia potentia quælibet vitaliter percipiens obiectum, sic operatur, tendens circa obiectum, sicut reliquat in illo aliquam denominationem extrinsecam, qua dicatur obiectum auditum, visum, &c.

*QVOD DENOMINATIONES extrinsecæ sint entia rationis.*

30

Scotus in 4. dist. 6. quæst. 2. num. 7. §. Ex hoc potest, ait: *Sicut volitum à me, per hoc, quod est à me volitum, nullam habet formam novam absolutam, vel relativam, sed tantum relationem rationis correspondentem reali relationi meæ; sed esse volitum est extrinsecæ denominatio: ergo extrinsecæ denominatio est ens rationis.*

*QVOD VNIVERSALE LOGICUM non consistat in aptitudine proxima ad prædicandum de multis.*

31

Ideò per nos, species, ut subijcibilis, non est prædicabilis, quia quodcumque prædicabile constituitur per respectum ad inferiora; sed species, ut subijcibilis, non respicit inferiora, quin potius, quid superius, scilicet, genus: ergo non est prædicabilis. Ex hoc sic arguo: ergo universale Logicum consti-

tuitur per respectum ad inferiora: ergo non in aptitudine, sed in actuali prædicatione consistit, & sic de quocumque vniuersali. Si dicas, quod vniuersale non constituitur per respectum illum, sed per aptitudinem, reddat argumentum 32. infra positum. Et ad intelligentiam secundæ solutionis ibi positæ.

*Nota.*

*Nota:* quod nec vniuersale, nec genus, sunt diuisum respectu speciei, vt subijcibilis: quia talis species non est membrum diuidens illorum; quare illorum quidditas non debet reperiri in tali specie. Declaratur hoc primo: etsi individuum sit inferius vniuersali; tamen, quia vniuersale non est quid diuisum respectu individui, nec individuum membrum diuidens respectu vniuersalis, quidditas vniuersalis non reperitur in individuo. Similiter ergo *in present.* Secundo: quia vniuersale est diuisum respectu quinque vniuersalium in particulari, & hæc sunt membra diuidentia respectu vniuersalis in communi, tota quidditas illius reperitur in illis: ergo similiter ab opposito.

*QVOD DIFFINITIVM IN diffinitione generis, non fit secunda intentio in recto.*

Illud est diffinitum per se

quod in diffinitione generis, quod proprie prædicatur de pluribus differentibus specie; sed ipsa generica natura, & non secunda intentio, sic prædicatur: ergo diffinitum in diffinitione generis non est secunda intentio in recto. Minor claret, nam de homine, & bruto, non secunda intentio, sed natura prædicatur proprie. Respondent distinguendo maiorem: quod proprie prædicatur signate, concedo maiorem; exercite, nego maiorem; similiter distinguunt minorem, & negant consequentiam. Contra primo: illud proprie prædicatur de pluribus signate, differentibus specie, quod in *quid* affirmatur de illis; sed secunda intentio generis non affirmatur in *quid* de pluribus differentibus specie: ergo nec signate prædicatur de illis. Si dicas: signate, concedo; alio modo, nego. A signa de quibus in *quid* signate affirmatur secunda intentio? Nam non de naturis specificis, vt claret; nec de secundis intentionibus ipsarum; de his namque tantum numericè potest prædicari: ruit ergo solutio.

Dices: secundam intentionem signate prædicari, est, quia est ratio formalis, cùr natura generica in *quid* prædicatur de speciebus. Contra

*Respõd.*

*Cont. 1.*

*Dices:*

*Contra.*

*Dices*

*Cont. 1.*

pri-



Secundo  
 primo: nam genus est id quod  
 prædicatur, non vero quo  
 prædicatur: ergo non tenet  
 solutio. Contra secundo: nul-  
 la est ratio, cur definitio ge-  
 neris intelligatur de prædica-  
 tione signata, potius, quam  
 de exercita: ergo definitum  
 generis in recto non est se-  
 cunda intentio. Probatu-  
 antecedens: si aliqua esset ratio,  
 esset, quia in definitione ge-  
 neris ponitur *ly prædicatur*;  
 sed *ly prædicatur* indifferens  
 est ad significandam prædica-  
 tionem signatam, & exerci-  
 tam, cum vtraque detur. Imò  
 ipse Porphyrius, cuius est dif-  
 finitio, exemplum ponit in  
 prædicationibus exercitis, sci-  
 licet, in animal, & colore:  
 ergo ruit solutio. Quæcum-  
 que solutio ad hanc replicam  
 vel ipsam non soluit, vel est  
 voluntaria.

Tertio.

Contra tertio: implicat,  
 quod aliquid proprie prædi-  
 cetur de aliquo subiecto, &  
 quod signate prædicetur, sed  
 per te genus est, quod pro-  
 proprie prædicatur de pluri-  
 bus differentibus specie: er-  
 go signate non prædicatur de  
 illis. Probatu-  
 maior: illud  
 proprie prædicatur de ali-  
 quo, quod est in illo; sed  
 quod signate prædicatur de  
 aliquo, non est in illo; alio-  
 quin exercite prædicaretur:  
 ergo implicat proprie prædi-

cari de aliquo, & signate præ-  
 dicari. Probatu-  
 maior primo: illud proprie prædicatur  
 de aliquo, quod habet con-  
 nexionem cum illo; sed quod  
 est in subiecto, habet talem  
 connexionem: ergo quod pro-  
 prie prædicatur de aliquo, est  
 in illo. Probatu-  
 maior se-  
 cundo: illud improprie præ-  
 dicatur de aliquo, quod non  
 est in illo, ut constat in præ-  
 dicationibus methaphoricis,  
 scilicet, pratum ridet: ergo  
 illud proprie prædicatur de  
 aliquo, quod est in illo.

## CONTRA IDEM.

33  
 Concretum accidentale  
 optime potest diffiniri ratio-  
 ne subiecti conotantis for-  
 mam; sed genus est concre-  
 tum accidentale: ergo opti-  
 me potest diffiniri ratione  
 subiecti, scilicet, naturæ co-  
 notantis formam, scilicet, se-  
 cundam Intentionem. Maior  
 claret in diffinitione huius  
 concreti: *Album est quid ha-  
 bens albedinem*. Minor à ne-  
 mine negatur. Consequentia  
 est certa.

QUOD GENVS POSSIT  
 conservari in unica  
 specie.

34  
 Non minus intrinseca est  
 accidenti, ut accidens est, ap-  
 titudo ad esse in subiecto,  
 quam generi, & speciei, ut  
 prædicabile est, esse in mul-  
 tis; sed accidens, ut accidens  
 est,

est, potest conservari omni repugnante subiecto: ergo genus potest conservari in vnica specie. Maior constat. Minor claret: nam accidentia Eucharistica de facto conservantur siæ subiecto: ergo etiam repugnante subiecto conservari possunt. Consequentia est legitima.

*CONTRA IDEM.*

35 Genus phisicum, seu in esse existentia, conservari potest intensivè, & extensivè in vnica specie existente: ergo & genus Methaphisicum in vnica specie possibili; & Logicum in vnica specie ab intellectu cognita. Antecedens est certum: nam destructis omnibus animalibus præter hominem, vt eveniet in die Iudicij; hæc propositio: *Homo est animal*, est propositio generis phisici in esse existentia; cum sit superioris de inferiori in esse existentia. Consequentia probatur: conceptus Methaphisici, & Logici sumuntur à phisicis; sed per te genus Phisicum potest conservari in vnica specie: ergo & Methaphisicum. Maior est omnium Philosophorum, vt constat in Scoti doctrina: asserimus namque, aliquid esse vnum numero Methaphisicè, & Logicè summi ab unitate Phisica illius. Minor est concessa.

Consequentia legitima.

*CONTRA IDEM.*

36 Genus, & species, vt tota actualia, possunt conservari in vnica specie, & vnico individuo: ergo sic possunt conservari. Probatur antecedens: genus, & species, vt tota actualia, dicunt sua prædicata essentialia; sed hæc possunt conservari: ergo genus, & species, vt tota actualia, possunt conservari in vnica specie, & vnico individuo species.

*QUOD SPECIES, VT subijcibilis, sit prædicabilis.*

37 Tota quidditas superioris debet reperiri in inferiori; sed species, vt subijcibilis, est inferior generis: ergo tota quidditas generis reperitur in specie subijcibili: tum sic; sed de quidditate generis est, quod sit prædicabile: ergo species subijcibilis est prædicabilis. Respondeo primo: hoc argumentum probare, quod species, vt subijcibilis, est prædicabilis de pluribus differentibus specie in quid, vti est genus, quod est falsum. Respondeo secundo distinguendo maiorem: tota quidditas superioris debet reperiri in inferiori, quando superius est divisum, concedo maiorem: quando non est divisum, nego maiorem.

Si

Similiter distinguo minorē,  
& nego consequentiam. Vi-  
de argumenta 30. 31. & 32.  
quæ etiam militat contra  
hanc quæstionem.

*QVOD SPECIES POSSIT  
conservari in unico  
individuo.*

38

Triplex argumentum, quo  
num. 30. 31. & 32. probavi-  
mus: genus posse conserva-  
ri in vnica specie, probat  
etiam: quod species possit  
conservari in unico indivi-  
duo. Illa vide, & applica, ne,  
quæ tam immediatè dicta  
sunt, repetamus, maximè  
cum facilissima sit applicatio.

*QVOD DIFFERENTIA SIT  
univoca communi, propriæ, &  
propriissima.*

39

Quia diversitas sumpta  
ex ratione specifica mem-  
brorum dividendum, vel  
tollit univocationem, vel  
non? Si tollit: ergo non po-  
test esse in rerum natura uni-  
voca, quia, quæ sunt in  
rerum natura diversificantur  
per suas rationes específicas. Si  
non, sic arguo: quoriscum-  
que diversitas membrorum,  
desumpta ex ratione specifi-  
ca membrorum sit dividendum,  
non tollit univocationem  
divisi, divisum est univo-  
cum; sed diversitas mem-  
brorum dividendum desump-  
ta ex ratione specifica prædi-  
catum differentiarum, non

tollit univocationem divisi:  
ergo est univocum illis. Ma-  
ior patet: quia ideò animal  
est univocum homini, &  
bruto, quia diversitas isto-  
rum membrorum dividen-  
tium animal desumpta ex ra-  
tionalitate, & irrationalita-  
te, non tollit univocationem  
divisi.

*QVOD DENOMINATIVA  
Substantialia, seu concreta  
Substantialia, multiplicen-  
tur ad multiplicationem  
soliis formæ.*

Oppositorum eadem est ra-  
tio; sed vnum, & multiplex  
opponuntur: ergo eadem est  
de illis ratio; at qui sola vni-  
tas formæ est præcisa ratio in  
multiplicabilitatis concreti  
substantialis: ergo sola formæ  
multiplicatio est ratio præci-  
sa multiplicationis talis con-  
creti.

*QVOD DEVS PONATUR IN  
prædicamento.*

Substantia infinita debet  
poni in prædicamento; sed  
talis est Deus: ergo Deus de-  
bet poni in illo. Probatur  
maior: ideò substantia infini-  
ta non poneretur in prædica-  
mento, quia deficeret ei vna  
conditio à Philosopho asig-  
nata, scilicet, quod sit ens  
creatum; sed hoc non obs-  
tat: ergo substantia infinita  
potest, & debet poni in præ-  
dicamento. Probatur minor;

illa

40

41

illa conditio à Philosopho assignata orta fuit ex defectu cognitionis substantiæ infinitæ: ergo hæc conditio non obest. Antecedens constat primo: nam certum est, Philosophum talem substantiam non agnovisse. Secundo: nam vt ex hoc defectu non proveniret, debebat in Philosopho talis cognitio præcedere; sed non præcessit: ergo talis conditio non obest. Tertio: nam quis sciet: an si Philosophus eam agnovisset, in prædicamento non collocaret? ergo illa conditio non obest. Consequentia probatur: hoc ipso, quod illa conditio orta sit defectu cognitionis substantiæ infinitæ, non tollit, quod Deus ponatur in prædicamento: ergo illa conditio non obest. Probatur antecedens: si Philosophus substantiam solum materialem agnovisset, & nullo modo spiritualement creatam, & potuisset pro conditione, vt aliquid in prædicamento substantiæ collocaretur, quod debeat esse materiale, illa conditio non obitaret, vt substantia spiritualis collocaretur in tali prædicamento; sed hoc proveniebat tantum ex defectu cognitionis talis substantiæ: ergo similiter. Confirmatur, & simul est probatio maioris: non esset

contra Philosophum asserere, substantiam spiritualement creatam poni in tali prædicamento, etiam si absolute Philosophus illam possuisset conditionem: ergo illa non obest. Probatur antecedens: etiam si absolute asserat Philosophus: idem corpus nequire esse in duplici loco, nec duo in vno, non est contra Philosophum, hoc de potentia Dei concedere; quia talem non agnovit potentiam; sed talem substantiam Philosophum non agnovisse, supponitur: ergo non obest.

*QVOD DEVS NON PONATUR in prædicamento substantiæ.*

Si Deus poneretur in prædicamento substantiæ, poneretur tanquam species eius; quia omne, quod ponitur in aliquo prædicamento, ponitur, vt species illius; nam illud prædicamentum in quo ponitur, prædicatur de illo in quid; sed Deus non potest esse species, quia vt dicitur in Logica, constat genere, & differentia, quod Deo repugnat: ergo Deus non ponitur in prædicamento substantiæ.

*QVOD RELATIO REALITER distinguatur à suo fundamento.*

Quid quid est in duabus albedinibus simul existentibus,



bus, totum est in duabus sibi invicem succedentibus: ergo si similitudo non dicit aliquid reale supra entitatem absolutam illius, ita similis erit vna albedo existens alteri futuræ, sicut alterie odem tempore existenti, quod communiter negatur ab adversarijs, qui ad relationem prædicamentalem (vt ab eis conceditur) requirunt terminum actu existentem. Antecedens patet. Consequentia probatur paritate: quia secundum adversarios, numerus duarum albedinum nihil dicit supra entitates absolutas earum, ita salvatur in illis simul existentibus, ac sibi invicem succedentibus: ergo similiter, ergo si similitudo non dicit aliquid reale, supra entitatem absolutam illius, ita similis erit vna albedo existens alteri futuræ, sicut alteri eodem tempore existenti.

*QVOD RELATIO NON distinguatur realiter à suo fundamento.*

Necessarium non est, ponere relationes realiter ab extremis distinctas: ergo non distinguuntur à suo fundamento. Probatur antecedens: si a duobus inæqualibus auferat Deus realiter aut homo formaliter, omnem relationem realem distinc-

tam, manebunt adhuc inæquales: ergo necessarium non est, ponere relationes reales ab extremis distinctas realiter.

Dices: manere inæquales fundamentaliter; non vero formaliter. Contra: per te manebunt inæquales fundamentaliter: ergo si hanc relationem, quam fundamentalem vocas, appelles formalem, cessabit deusdium: ergo si ita vocas, frustra erit alia relatio. Probatur hæc consequentia: non sunt multiplicanda entia sine necessitate; sed nulla suadet, vt admittamus relationes formales realiter distinctas, ab his, quas fundamentales vocas: ergo si ita vocas, frustra erit alia relatio. Probatur minor: quid, quid præstare posset relatio formalis, id præstat relatio illa fundamentalis: ergo nulla suadet ratio, vt admittamus relationes formales realiter distinctas ab his; quas fundamentales vocas. Probatur antecedens: si Deus hæc nocte annihilaret omnes relationes, quas formales vocas, & relinqueret fundamentales, nemo cras mutationem rerum naturalium perciperet, & montes viderentur esse maiores hominibus: ergo quid, quid præstare posset relatio formalis, id præstat re-

*Dices:*

latio illa fundamentalis. Pro  
 responsione nota, quod hoc  
 argumentum, paucis muta-  
 tis, est contra existentias, sub-  
 sistentias, actiones, passiones,  
 ubicationes, uniones, &c.

*QVOD RELATIO TERMI-  
 netur ad respectivum.*

Vna relatio est fundamen-  
 tum alterius: ergo vna relatio  
 est terminus alterius. Distinguo  
 antecedens: fundamentum remotum,  
 concedo antecedens; proximum,  
 nego antecedens, & distinguo  
 similiter consequens.

## EX LIBRIS Phisicorum.

*QVOD PRINCIPIA PHI-  
 sica mutationis non sint  
 tria.*

**N. I.** **P**riuatio forme adve-  
 nientis est principium  
 in fieri: ergo forma adve-  
 niens non est principium in  
 fieri. Probatur consequentia:  
 privatio, & forma, cuius est  
 privatio, nequeunt esse si-  
 mul: ergo forma adveni-  
 ens non est principium in fieri.  
 Probatur consequentia: que  
 sunt principia in fieri, simul  
 sunt principia in fieri (vtique,  
 quæ sunt principia in facto  
 esse, simul sunt principia in  
 facto esse) sed privatio, &  
 forma non sunt simul in fieri:

ergo si privatio, & forma,  
 cuius est privatio, nequeunt  
 esse simul, forma adveni-  
 ens non est principium in fieri.  
 Respondebis distinguendo  
 maiorem: principia in fieri si-  
 mul principiant, si sunt po-  
 sitiva, concedo maiorem; si  
 sunt privativa nego maio-  
 rem; concedo minorem, &  
 nego consequentiam. Con-  
 tra: ergo privatio, quæ est  
 principium privativum, si-  
 mul cum forma non princi-  
 piat: ergo antecedit fieri ge-  
 nerationis: ergo non est prin-  
 cipium. Probatur hæc conse-  
 quentia: principium fieri ge-  
 nerationis non antecedit fieri  
 generationis; sed per te  
 privatio antecedit fieri ge-  
 nerationis: ergo privatio non  
 est principium. Distinguo  
 maiorem: principium consti-  
 tuens, concedo maiorem;  
 non constituens, nego maio-  
 rem; concedo minorem, &  
 nego consequentiam.

### CONTRA IDEM.

Materia, & forma unitæ  
 causant totum; sed quando  
 sunt unitæ, non est privatio:  
 ergo non sunt tria principia.  
 Distinguo maiorem: causant  
 totum, sumpta generatione,  
 pro productione, concedo  
 maiorem: sumpta pro muta-  
 tione, nego maiorem; con-  
 cedo minorem; & distinguo  
 similiter consequens.

*QVOD*

**QVOD PRINCIPIA SINT**  
*plura tribus.*

3 Mutatio accidentalis, quæcumque sit, necessario, & essentialiter requirit formam substantialem præexistentem: ergo principia sunt plura tribus. Antecedens conlat: nam, vt detur in aqua calfactio, & in subiecto calido frigefactio, necessario, & essentialiter requiritur forma substantialis præexistens. Consequentia patet: nam ideo privatio assignatur pro principio, quia quæcūque mutatio illam necessario, & essentialiter exigit.

*Resp. 1.*

Respondeo primo distinguendo antecedens: requirit formam substantialem præexistentem, vt subiectum mediatum saltem *quo*, seu parziale inhesionis, concedo antecedens; vt principium, nego antecedens, & consequentiam. Ratio est; quia cum mutatio accidentalis sit transitus de vno in aliud subiectum, & hoc debeat supponere compositum substantiale, in quo tanquam in subiecto *quo* mediatum, & totale inhesionis (immediatum quippe aliorum præter quantitatem est ipsa quantitas) & hoc supponat formam substantialem, vt pars ipsum intrinsicè componens, potest dici, quod ipsa forma est principium *quo* mediatum

partiale inhesionis respectu talium accidentium.

Respondeo secundo distinguendo antecedens: requirit formam præexistentem, vt principium indistinctum à privatione, concedo antecedens: vt distinctum, nego antecedens, & consequentiam; nam illa forma haberet eundem modum principiandi, vt dixi pluries in Phisica.

*Resp. 2.*

**QVOD TAM MATERIA,**  
*quam forma non sint principium simpliciter in genere Phisico.*

4 Ad hoc vt aliqua facultas dicatur simpliciter scientia, sufficit, quod habeat aliquam conclusionem demonstrativam, etsi multis constet probabilibus: ergo ad hoc vt totum compositum substantiale sit totum per se, sufficit, quod constet aliquo principio simpliciter, & per se, licet constet alio secundum quid. Antecedens constat. Consequentia videtur certa. In summo nunc: atqui materia prima est principium simpliciter, & per se: ergo vt compositum ex ipsa, & forma sit ens per se, & simpliciter, sufficit, quod constet materia prima, vt principio simpliciter, & forma, vt principio secundum quid: ergo, &c.

Cca

**QVOD**

¶ QVOD MATERIA PRIMA  
*fit pura potentia.*

III. Ex Philosopho, & Scoto clarè constat, materiam nullum actum includere: ergo est pura potentia. Probatur antecedens: Scotus in expositione ad Philosophum 5. *Methaphisica*, text. 14. ubi dividit quodlibet genus entis in potentiam, & actum, dicit Scotus, quod illa divisio est distrahens, sicuti hæc: *Homo alius est verus, alius pictus*, nam homo pictus non est homo, nec prædicatur de hoc membro, quia distrahit, & sic intelligit per actum hominem verum, & per potentiam hominem pictum: ergo si Philosophus per membrum illud potentiam intelligit materiam, materia nullum includet actum, sicut homo pictus nullum hominis includit actum. Totum est certum. Summo nunc, sed Philosophus per membrum potentiam intelligit materiam: ergo ex Philosopho, & Scoto materia nullum includit actum. Probatur minor: Philosophus 3. *Physicor.* text. 3. dividens ens in potentiam, & actum, sub primo membro materiam constituit. Idem repetit pluribus in locis in *Metaphisica* videndis in hac questione *num. 14. §. In oppositum contra*

*primam conclusionem obijcitur.*

Nego antecedens, & distinguo probationem: ubi Philosophus dividit quodlibet genus entis in potentiam, obiectivam, & actum entitativum, Scotus ait, quod illa divisio est distrahens concedo; nam hæc est divisio entis in passionem complexam, & disiunctivam, quæ sunt potentia obiectiva, & actus entitativus, & hoc dicit textus Philosophi 5. *Methaphisic.* Ubi Philosophus dividit quodlibet genus entis in potentiam subiectivam, & actum formalem, Scotus ait, quod illa divisio est distrahens, nego. Distinguo similiter consequens, susumptum, & probationem; nam quodcumque Philosophus per potentiam intelligit materiam, loquitur de potentia subiectiva.

CONTRA IDEM.

Ideo materia prima est pura potentia subiectiva, quia est in potentia ad actum formalem recipiendum; sed etiam est in potentia ad actum entitativum recipiendum: ergo materia nullum habet actum. Probatur minor: ideo est in potentia ad actum formalem recipiendum, quia est in potentia ad formam recipiendam; sed forma non solum est actus

Nego.

6

tor-



formalis, sed etiam entitativus: ergo etiam est in potentia ad actum entitativum. Distinguo maiorem: quia est in potentia ad actum formalem recipiendum, nullum in se includendo, concedo maiorem; aliquem includendo, nego maiorem, & distinguo similiter minorem, & nego consequentiam. Pater solutio in anima rationali, & quantitate, quæ non sunt potentia pure susceptivæ, & si sint in potentia ad recipienda accidentia, quia aliquem actum formalem includunt; sic similiter materia prima, licet sit in potentia ad actum entitativum recipiendum, non est pura potentia obiectiva, quia suum actum entitativum includit.

*QUOD MATERIA PRIMA non habeat propriam existentiam.*

7 Quod est in potentia ad existentiam, nullam in omni genere habet existentiam; sed materia prima est in potentia ad existentiam: ergo non habet propriam existentiam. Probatur maior: quod est in potentia ad illud, quod communicat suum effectum per identitatem, in nullo genere illud habet; sed existentia tribuit suum effectum per identitatem: ergo si materia prima est in potentia ad existen-

tiam, nullam in omni genere habet existentiam. Si dicas: esse in potentia ad existentiam Phisicam. Contra: quia si talis existentia appellatur formalis, nullo modo potest illam habere, quia nullo modo potest identificari cum materia. Respondeo igitur negando minorem, & sic ruit argumentum.

*CONTRA IDEM.*

8 Materia prima nequit existere sine forma: ergo non habet propriam existentiam. Probatur consequentia: hoc ipso, quod materia nequeat existere sine forma, non habet propriam existentiam; sed per te nequit existere sine forma: ergo non habet propriam existentiam. Probatur maior: hoc ipso, quod materia nequeat existere sine forma, dependet à forma in existendo; sed hoc ipso non habet propriam existentiam: ergo hoc ipso, quod materia nequeat existere sine forma, non habet propriam existentiam. Probatur maior: hoc ipso, quod materia nequeat informari sine forma, dependet à forma, quoad informari: ergo similiter quoad existendum.

Respondeo primo, negando consequentiam. Ad primam probationem nego maiorem; ad secundam omi-

Resp. 1.

Resp. 2.

to maiorem, & nego minorem; nam etiam si effectus quilibet dependeat à sua causa in existendo, habet existentiam distinctam à causa. Respondeo secundo distinguendo antecedens: hoc ipso, quod materia prima non potest informari nullo modo sine forma, dependet à forma quoad informari, concedo antecedens; aliquo modo nego suppositum; distinguo que consequens: ergo hoc ipso, quod materia prima nequeat existere sine forma conservativè, seu quoad conservationem ipsius existentie materie, dependet à forma in existendo, nego consequentiam; intrinsicè, seu quoad ipsum existere materie concedo consequentiam, sed nego suppositum; nam hoc modo non dependet. Tertio in isto argumentum: nullum accidens potest naturalitèr existere sine subiecto, imo neque subiectum sine aliquo accidenti: ergo neutrum habet propriam existentiam? mala consequentia: ergo similiter.

*QVOD MATERIA PRIMA  
nequit de potentia Dei absoluta  
existere sine omni  
forma.*

9 Materia prima per proportionem est genus Phisicum: ergo formæ sunt diffe-

rentie essentielles. Antecedens cum consequentia tenet; primo: quia sicut genus methaphisicum constituit per modum partis perfectibilis, & differentia per modum partis perficientis, ita materia, & forma. Secundo: nam sicut differentia essentialis Methaphisica contrahit, & determinat genus ad esse specificum, ita forma Phisica contrahit, & determinat materiam ad esse specificum.

Infero nunc: ergo materia prima nequit de potentia Dei absoluta sine aliqua existere forma. Probatur hæc consequentia: genus Methaphisicum nequit de potentia Dei absoluta existere sine aliqua eius differentia; sed per te materia prima est per proportionem genus Phisicum, & forma quasi differentia: ergo materia nequit de potentia Dei absoluta sine aliqua existere forma. Distinguo maiorem: genus Methaphisicum nequit de potentia Dei absoluta existere Phisicè sine aliqua eius differentia, concedo maiorem; Methaphisicè, nego maiorem, concedo minorem, & nego consequentiam. Distinguo aliter maiorem: genus Methaphisicum eodem modo, quo est genus nequit existere sine aliqua eius differentia, nego ma-

Infero:

maio-rem; alio modo omito  
maio-rem; concedo mino-  
rem, & nego consequentiam.

*QVOD MATERIA PRIMA  
non appetat omnes  
formas.*

Si materia prima appete-  
ret omnes formas, materia  
huius ligni esset inquieta cum  
forma ligni; sed hoc est fal-  
sum: ergo materia prima non  
appetit omnes formas. Pro-  
batur maior: forma huius  
ligni non est forma conti-  
nens in se perfectiones om-  
nium formarum appetibiliũ  
à materia; sed hoc ipso ma-  
net inquieta: ergo si materia  
prima appeteret omnes for-  
mas, materia huius ligni es-  
set inquieta cum forma lig-  
ni. Probatur minor: hoc ip-  
so, quod homo appetat om-  
ne bonum, & si habeat ali-  
quod bonum, in se non con-  
tinens omne bonum, est in-  
quietus, vsquẽ dum possideat  
omne bonum: ergo maneret  
inquieta. Antecedens constat  
ex D. Augustino in 2. *con-  
fessionum cap. 1.* dicente: *Fe-  
cisti nos Domine ad te, & in-  
quietum est cor nostrum, do-  
nec requiescat in te.* Conse-  
quentia est legitima.

Respondeo primo, ne-  
gando primam maiorem, &  
distinguo eius probationem:  
forma huius ligni non est for-  
ma in se continens perfectio-

nem omnium formarum,  
nec facit, quod omnes simul  
facere possunt, nego; & fa-  
cit, concedo. Ad parietatem  
respondeo, non valere; quia  
& si homo habeat aliquod  
bonum, cum hoc bonum  
non contineat in se omne bo-  
num, nec possit facere, quod  
omne bonum facit, scilicet,  
hominem beare, hinc est dis-  
paritas. Respondeo secundo  
distinguendo primam maio-  
rem: esset inquieta intensivẽ,  
nego maiorem; extensivẽ,  
ommito maiorem, distinguo  
similiter minorem, & nego  
consequentiam.

Contra primam solutio-  
nem, arguo sic: forma ligni  
non facit, quod omnes simul  
facere possunt: ergo ruit so-  
lutio. Probatur antecedens:  
si materiæ cum forma ligni  
adveniret forma papiri, red-  
deret materiam subiectum  
recipiens actualitèr formam  
papiri. Item: redderet mate-  
riam informatam forma pa-  
piri. Item: redderet materiam  
informatam duplici forma;  
sed nihil horum faciebat for-  
ma ligni sola: ergo forma  
ligni non facit quod omnes  
simul facere possunt. Nego  
antecedens, & distinguo pro-  
bationem: faceret aliquid,  
quod non faceret forma lig-  
ni, quoad informationem,  
nego; quoad assitentiam,  
con-

10

Resp. 20

Resp. 1.

con-

concedo; & nego consequentiam. Ex hoc deduci potest solutio ad alias probationes.

*QVOD FORMA SPIRITUALIS potest de potentia Dei absoluta educi de potentia materiae.*

II

Forma materialis potest de potentia Dei absoluta creari: ergo similiter: forma spiritualis educi de potentia materiae, de potentia Dei absoluta. Antecedens est Scotistarum, & Scoti in 2. *diff.* 12. *quest.* 2. in fine. Consequentia legitima vi paritatis videtur, & probatur: independentia formae spiritualis à subiecto, non tollit, quod possit de potentia Dei absoluta educi de potentia materiae: ergo forma spiritualis sic potest educi. Probatur antecedens: dependentia formae materialis, non tollit, quod possit de potentia Dei absoluta creari: ergo independentia formae spiritualis à subiecto non tollit, quod possit de potentia Dei absoluta educi de potentia materiae. Probatur consequentia: aequae forma materialis petit dependere à subiecto; ac forma spiritualis non dependere à subiecto; at qui dependentia formae materialis à subiecto non tollit, per te, quod possit de potentia Dei absoluta creari: ergo nec inde-

pendentia formae spiritualis à subiecto tollit, quod possit de potentia Dei absoluta educi de potentia materiae.

*QVOD FORMA MATERIALIS non possit à Deo creari.*

12

Forma spiritualis est, quae nec educitur, nec potest educi de potentia materiae, adhuc de potentia Dei: ergo forma materialis est, quae nec creatur, nec potest creari, adhuc de potentia Dei. Antecedens probatur: quia si posset educi, non esset simplex, sed composita: ergo forma spiritualis est, quae nec educitur de potentia subiecti, neque adhuc educi potest de potentia Dei.

*QVOD FORMA, ET PRIVATIO possint esse simul.*

13

Instans inceptionis formae genitae est instans desitionis privationis; sed de utroque instanti datur affirmatio de praesenti: ergo in eodem instanti sunt. Probatur minor: forma genita incipit intrinsicè, & privatio desinit etiam intrinsicè; quia producuntur, & corrumpuntur in instanti, de cuius ratione est incipere, & desinere intrinsicè; sed de inceptione, & desitione intrinseca datur affirmatio de praesenti: ergo de utroque instanti datur affirmatio de praesenti. Respon-

deo



deo negando minorem, ad probationem nego maiorē, & distinguo probationem imbibitam: de cuius ratione est incipere, & desinere intrinsicè, exceptis formis substantialibus corruptis, & privationibus, concedo: non exceptis nego. Sic Philosophus 8. Phisic. textu 69. dicens: Quod formæ substantiales corruptæ, & similiter privationes desinunt extrinsicè, scilicet, *per primum non esse sui* Sic etiam Scotus, quod *lib. 12. art. 3.* & ratio est: nam si forma corrupta desineret intrinsicè, scilicet, *per ultimum sui esse*, forma corrupta, & genita simul essent in eodem subiecto, quod est falsum; nam intans inceptionis formæ genitæ est intans desitionis formæ corruptæ: ergo si forma corrupta desineret intrinsicè, de utraque affirmatur quod sit; nam de inceptioe, & desitione intrinseca datur affirmatio de præfenti.

*QUOD PRIVATIO IN MUTATIONE Phisica principiet per ultimum esse contra Scotistas.*

Privatio principiat per desitionem; sed desinit intrinsicè, quod est desinere *per ultimum esse*: ergo privatio in Phisica mutatione principiat *per ultimum esse*. Præ-

missæ sunt certæ; consequentia tamen falsa est; quia excipiuntur privationes, ut dixi in solutione ad argumentum præcedens.

*QUOD VNIO SIT ACCIDENS contra Thomistas.*

Non repugnat accidens essentialitèr includi in re substantiali; ergo unio est accidens. Probatur antecedens: Corpus in viventibus est materia prima cum formis accidentalibus; sed hoc corpus essentialitèr includitur in composito substantiali vivente; est enim pars essentialis illius; ergo non repugnat accidens essentialitèr includi in re substantiali.

*QUOD INTER MATERIAM, & formam detur vnica unio tantum.*

Ad hoc ut extrema dicantur correlativa, sufficit vnica relatio: ergo vnica tantum unio datur inter materiam, & formam. Probatur antecedens: ad hoc, ut Pater Æternus, & Filius correlativè dicantur idem natura, sufficit vna relatio identitatis: ergo ad hoc, ut extrema dicantur correlativa, sufficit vnica relatio. Confirmatur primo: stat, quod per vnicam relationem extrinsecus advenientem dicantur duo extrema correlata; sed unio est talis; ergo vnica tantum

vno datur inter materiam, & formam. Probatur maior: Corpus hic existens dicit relationem distantiae ad Matritum, & Matritum ad corpus hic existens; sed hoc fit per eandem relationem distantiae: ergo stat, quod per unam relationem extrinsecus advenientem dicantur duo extrema correlata. Confirmatur secundo, si vnica tantum albedo esset in duobus subiectis, dicerentur similia; sed tunc non erant duae relationes similitudinis; quia tunc tantum erat vnica ratio praecissa fundandi, quae est fundamentum proximum, & vnica qualitas, quae est fundamentum remotum, & tantum duo subiecta, in quorum vno fundatur, terminatur que ad alterum: ergo similiter de vnione.

*CONTRA IDEM.*

17 Distinctio est fundamentum proximum relationis di-  
similitudinis, sicut vnitas est fundamentum proximum relationis identitatis: ergo vbi est tantum vnica distinctio, tantum erit vnica relatio, sicut de vnitate; atqui per vnica distinctio dicuntur extrema correlativè dissimilia, inaequalia, vel diversa: ergo sufficit vnica relatio, vt duo extrema dicantur correlata: ergo & vnica vnio, vt

extrema dicantur vnita. Item: relationes communes in hoc distinguuntur à non communibus, quod extrema istarum habent proprias relationes, vt de se patet; & extrema illarum non, sed per vnica relationem dicuntur correlata, vtpote, illae propriae, istae autem communes: ergo sufficit vnica relatio, & per consequens vnica vnio inter duo extrema.

*QUOD TOTUM DISTINGUATUR REALITER à suis partibus.*

18 Vnio materiae, & formae ad totum non dat minorem distinctionem illarum à toto, quam ante vnionem habebant; sed ante vnionem totum distinguebatur realiter à materia, & forma: ergo & post vnionem. Probatur maior: aproximatio agentis ad passum non dat minorem distinctionem agentis ad passum, quam ante approximationem habebant: ergo similiter. Probatur consequentia: sicut aproximatio est conditio ad agendum; ita vnio est conditio ad causandum; vnio enim est aproximatio; sed aproximatio per se non dat minorem distinctionem agentis ad passum, quam ante approximationem habebant: ergo nec vnio dat minorem distinctionem materiae ad formam: quam

quam ante vnionem habebant materia, & forma.

*CONTRA IDEM.*

19 Totum substantiale est substantia realiter distincta à materia, & forma: ergo realiter distinguitur à materia, & forma. Probatur antecedens: si totum substantiale non esset substantia realiter à partibus distincta, materia, forma, & compositum non essent tres substantiæ; sed sunt tres substantiæ: ergo totum substantiale est substantia realiter distincta à materia, & forma. Maior & consequentia tenent. Minor est Philosophi 2. de Anima, & 8. Methaph. hæc habens verba: *Triplex est substantia tantum, scilicet, forma, materia, & totum compositum.* Quod explicans D. Thomas, inquit, Philosophum loqui, de ente essentialiter composito substantiali, ubi tantum tres realitates simpliciter reperiuntur, & vnus modus. Realitates sunt materia, & forma, quæ componunt totum, & in illo includuntur, & ipsum totum, quod includit ipsas; modus autem est vnio, media qua materia, & forma componunt, totum.

*CONTRA IDEM.*

20 Ex materia, & forma substantiali vnitis fit minus vnū, quam ex intellectu, & re in-

tellecta vnitis; sed ex intellectu, & re intellecta vnitis, fit ad sumum vnum identicè: ergo ex materia, & forma vnitis, non fit vnum identicè. Consequentia est legitima; alioquin ex materia, & forma vnitis non fieret minus vnum, quam ex intellectu, & re intellecta vnitis. Minor est apud omnes certa, nec aliud magis vnum potest fieri ex intellectu, & re intellecta. Maior autem est Commentatoris Aristotelis 3. de Anima, dicentis: ex intellectu, & re intellecta fit magis vnum, quam ex materia, & forma, per hæc verba: *Ex materia, & forma fit vnum tertium distinctum ab utroque; ex intellectu, & intelligibili non fit vnum, sed intellectus fit ipsum intelligibile.*

*QVOD TOTVM NON DISTINGUATUR REALITER À SUIS PARTIBUS.*

21 Ex hac distinctione sequitur: totum posse esse sine suis partibus; sed hoc est falsum: ergo & primum. Probatur maior: ex Scoto absolutum prius alio, ab illoque realiter distinctum, potest de potentia Dei absoluta esse sine illo; sed materia prima, & forma substantialis vnitiæ, sunt prius toto, ab illoque realiter distinctæ: ergo possunt esse sine toto: ergo to-

tum potest existere sine partibus. Distinguo maiorem: omne absolutum, & non dicens dependentiam essentialem, concedo maiorem: dicens talem dependentiam, nego.

*Contra.*

Contra: omne absolutum posterius alio, dicens essentialem dependentiam à priori, potest existere de potentia Dei absoluta sine priori; sed totum substantiale est posterius materia prima, & forma substantiali unitis, & dicens essentialem dependentiam ab eis: ergo ruit solutio. Probatur maior: forma substantialis corporea est absolutum, posterius materia prima, ut omnes admittunt, & dicens essentialem dependentiam ab ea; ducitur enim de potentia materiae; sed forma substantialis corporea potest existere de potentia Dei absoluta sine materia prima: ergo absolutum posterius alio, & dicens essentialem dependentiam ab illo, potest de potentia Dei absoluta esse sine priori.

*Respond.*

Respondeo distinguendo maiorem: omne absolutum posterius alio & in esse, & conservari, nego maiorem; in esse tantum, concedo maiorem, distinguo què similiter minorem, & nego consequentiam. Ad probationem maioris distinguo similiter

maiolem, concedo minorem, & distinguo similiter consequens. Verum enim est, quod omne illud, quod essentialiter dependet ab illo in esse, & conservari, non potest existere absque existentia alterius, non tamen, quod solum dependet essentialiter in esse. Ratio est: quia dependentia essentialis in esse tantum, reperitur in omni effectu respectu suæ causæ; non tamen in omni effectu reperitur respectu suæ causæ dependentia essentialis in esse, & conservari, quod patet in effectu producto à causa efficiente, qui dependet essentialiter in esse, & non in conservari; in forma respectu materiae, quæ non dependet essentialiter in conservari, sed tantum in esse, scilicet, quatenus educitur de eius potentia. At cum totum essentialiter dependeat in esse, & conservari à suis partibus, etiam si sit posterius illis, non potest, adhuc de potentia Dei absoluta, existere sine illis; nam ad hoc, ut vnum non possit existere sine alio, requiritur dependentia essentialis in esse, & conservari, & non tantum in esse.

*CONTRA IDEM.*

Ideo totum distingueretur à partibus, quia partes sunt causæ totius; sed hæc ratio non



non probat: ergo non distinguitur. Probat minor: forma est causa sui effectus; sed effectus formæ non distinguitur realiter à forma; nam est ipsa forma communicata: ergo illa ratio non probat. Respondeo negando minorem, quia communicatio est tantum conditio, ut approximat in igne.

*CONTRA IDEM.*

23 Constituens, & constitutum in illa linea, in qua est constituens, & constitutum, nullo modo distinguuntur, licet alia minori distinctione in alia linea distinguantur; sed materia, & forma in linea Phisica sunt constituens, & totum est constitutum: ergo totum non distinguitur à partibus in linea Phisica: ergo nec reali distinctione, quæ est Phisica distinctio, distinguuntur. Maior patet in constitutivis, & constituto Methaphisicè, quæ Methaphisicè non distinguuntur. Minor à nemine dubitatur. Consequentia est clara. Vel formetur sic argumentum: materia est genus Phisicum, & forma differentia; sed genus, & differentia in Methaphisicis non distinguuntur ab specie: ergo materia, & forma in Phisicis Phisicè non distinguuntur à toto, quod est species Phisica.

Respondeo primo ad argumentum negando maiorem, & eius probationem; quia in sententia probabiliori constituens, & constitutum Methaphisicè distinctione Methaphisica, scilicet, formali, distinguuntur; alioquin in hoc syllogismo: *Homo est animal rationale; Petrus est homo: ergo Petrus est animal rationale*, tantum essent duo termini, quod est contra rationem syllogismi demonstrativi. Ex quo fit clara in argumentum retorsio, & manifesta sententiæ contrariæ probatio. Respondeo secundo distinguendo maiorem: constituens in recto, & constitutum non distinguuntur, omitto maiorem; in obliquo, uti est materia, & forma respectu totius, nego maiorem: Ex quo patet ad aliam formationem argumenti.

*QUOD QUANTITAS NON sit immediatum subiectum accidentium cæterorum.*

24 Quod dependet dependentia unius generis ab alio, nequit dependentiam alterius in illo genere terminare; sed accidens dependet à substantia in genere susceptivi: ergo nequit accidens terminare dependentiam alterius in illo genere: tunc sic; sed quantitas est accidens: er-

*Resp. 1.*

*Resp. 2.*

go quantitas non est immediatum subiectum cœterorum accidentium. Probatur maior: forma, quæ dependet à materia in genere materiali, nequit in illo genere dependentiam alterius terminare. Imò efficacius: totum compositum, quod dependet à materia, & forma in genere causæ materialis, & formalis, nequit in his generibus terminare dependentiam alterius: ergo quod dependet dependentia vnus generis ab aliquo, nequit dependentiam alterius in illo genere terminare.

*Respōd.*

Respondet Potius *lib. 1. Phisicorum, disp. 35. de Composito substantiali, num. 86.* negando maiorem: nam Pater dependet à suo Patre in genere causæ efficientis, & in eodem genere terminat dependentiam Filij. Bona solutio, quia falsificat illam maximam, etsi vim habeat in probationibus adductis, præcipuè, de composito.

*QVOD TANTVM SINT quatuor generacausarum.*

Habitus instrumentarius reducitur ad aliquè ex quinque habitibus intellectus: ergo tantum sunt quatuor causæ. Probatur antecedens: Logica, & Gramatica, sunt habitus instrumentarij; sed re-

ducuntur ad aliquem habitum intellectus; quia etiam secundum Thomistas, Logica ad scientiam, & Gramatica ad artem reducuntur: ergo habitus instrumentarius reducitur ad aliquem ex quinque habitibus intellectus.

*QVOD SVBSTANTIA NON sit immediatè operativa.*

Potentia ad esse distinguitur à potentia operandi; sed substantia est potentia ad esse: ergo distinguitur à potentia operandi; sed hæc est immediatè operativa: ergo substantia non est immediatè operativa. Do maiorem, & nego minorem; quia substantia rei est ipsum esse rei; non verò potentia ad esse est ipsum esse rei. Et instatur in accidente, quia si potentia ad esse in substantia distinguitur à potentia operandi: ergo etiam in accidente.

*CONTRA IDEM.*

Plus distinguitur esse ab operari, quam vnum principium essendi ab alio principio essendi, & vnum principium operandi ab alio; sed hæc distinguuntur realiter: ergo potentia ad esse distinguitur à potentia operandi realiter. Probatur maior: plus distinguuntur, quæ sunt in diversis lineis, quam quæ sunt in

26

*Respōd.*

27

25

eadem linea; sed esse, & operari sunt in diversis lineis, & duo esse, vel duo principia operandi, sunt in eadem linea: ergo plus distinguitur esse ab operari, quam vnum principium essendi ab alio principio essendi. Distinguo maiorem: plus distinguitur esse ab operari eiusdem esse, quam vnum principium essendi ab alio principio essendi, nego maiorem; ab operari alterius esse, omito maiorem, concedo minorem, & distinguo similiter consequens.

Ad probationem distinguo maiorem: plus distinguuntur, quæ sunt in diversis lineis prædicamentalis per se, quam quæ in vna prædicamentali, concedo maiorem; quæ sunt in diversis lineis, quarum vna est prædicamentalis, & alia non, sed dimanata, nego maiorem, distinguitur minor, & nego consequentiam. Alioquin ex argumento sequeretur, plus distingui esse accidētis à principio operandi ipsius, quam principium hoc ab alio principio, & esse Dei à principio operandi Dei, quam esse Dei ab esse creaturæ, quod est apud omnes falsum. Lineæ igitur operandi non sunt prædicamentales per se, sed ratione lineæ essendi; quare distinctio harum linearum non at-

guit maiorem distinctionem in esse, nisi ratione maioris distinctionis in linea essendi, à qua proveniunt; cum verò principium operativum huius esse non habeat aliud esse à suo esse, à quo dimanat, hinc nascitur non distingui magis ab esse, quam ab alio principio, licet conveniat in operari cum alio.

*CONTRA IDEM.*

In animabus brutorum potentia sunt distinctæ realiter ab anima: ergo & in animabus rationalium: ergo in nulla istarum substantia est immediatè operativa. Probat-ur antecedens, supponendo illas animas esse divisibiles: quia hoc supposito, potentia videndi huius animæ solum esset in parte animæ capitis, non in parte animæ pedis; alioquin tota anima videret: ergo potentia animæ brutorum distinguuntur ab anima ipsorum. Respondeo argumentū ad summum probare distingui à parte animæ integralis, non à tota anima; quia non probat distingui ab illa parte animæ, quæ est in capite. Respondeo secundo, quod animæ sensitivæ non habent illas potentias in quantum divisibiles, sed in quantum sensitivæ, sicquæ cum omni anima identificantur, & videt, sicut videt omnis anima, sed non

28

Resp. 1.

Resp. 2.

non proit in omni parte exercet munus videndi.

*CONTRA IDEM.*

29

Sicut se habet actus ad actum, ita potentia ad potentiam; sed actus currendi, & benè currendi, sunt in prædicamento qualitatis: ergo potentia currendi, & benè currendi, sunt in specie qualitatis: ergo distinguitur à re, cuius est potentia. Nego maiorem.

*QVOD ACCIDENS PRODUCAT SUBSTANTIAM.*

30

Aristoteles 4. lib. de Generatione animalium, cap. 10. ait: Calores, & refrigerationes cum moderatione quadam generationes, sine moderatione corruptiones efficiunt: ergo tribuit aliquam virtutem accidentibus ad producendam substantiam. Si dicas Philosophum loqui de generationibus, & corruptionibus accidentalibus. Contra: quia calores sine moderatione aliqua efficiunt generationes accidentales: ergo vel male posuit Philosophus *ly cum moderatione quadam*: ergo de substantiis loquitur.

*Respōd.*

Respondeo Philosophum debere intelligi de generationibus accidentalibus. Nec obstat *ly cum moderatione quadam*, nam hanc particulam posuit Philosophus, quia minus alterationis datur in

generationibus, quam in corruptionibus, & sic illæ particulae idem significant, ac cum magna, & minori alteratione.

*CONTRA IDEM.*

Est æque proprium Dei intelligere, & velle, ac operari; cum Deus per intellectum, & voluntatem operetur; sed repugnat creaturæ intelligere, & velle per intellectum, & volitionem, quæ sint substantiæ: ergo repugnat creaturæ operari per aliquid, quod sit substantia, quomodo operatur Deus: ergo accidens potest producere substantiam.

*QVOD DEVS CVM CREATURIS IMMEDIATE NON CONCURRAT.*

Scotus in 4. dist. 13. quest. 1. num. 37. §. de tertio artic. versic. Sed hec non valet, sic ait: Non credo, semper causam secundam, quæ vocatur quandoque instrumentum, recipere motionem à causa prima, sed tantum habere subordinationem aliquam formæ suæ activæ ad formam activam alterius (nempe Dei) per quam subordinationem causa prima exeunte in actum in suo ordine causandi, causa secunda nata est exire in actum in suo ordine causandi; & sic secunda dicitur movens mota non quia recipiat motionem à pri-

31

32

pri-



*prima per quam moveat, sed quia in motione sua dependet ab illa, prius naturaliter illam movente actu.* Ecce Subtilis Doctor, qui ne entia sine necessitate multiplicet, omnem motionem, quæ sit à causâ primâ in secundam, negat, & sufficere iudicat dependentiam subordinatorem, obedientiam, aut si sic loqui placeat, sympathiam causæ secundæ respectu primæ, ut salveret dependentia creaturæ ad Deum, quin requiratur actualis concursus. Vide quæ dicuntur de motione voluntatis respectu sensuum externorum, non per concursum, sed per sympathiam, & paritate argues.

**CONTRA IDEM.**

Ratio, qua probatur, Deum concurrere ad effectus causarum secundarum, est, quia potest impedire tales effectus; sed falsa est ratio: ergo Deus non concurrat immediate cum causis secundis. Probatur minor: ex potestate impediendi effectus, non sequitur potestas ponendi tales effectus: ergo falsa est ratio. Probatur antecedens: ex potestate Imperatoris impediendi Concilium Generale, non sequitur potestas ponendi, seu congregandi, tale Concilium: ergo ex potestate impediendi effectus, non

sequitur potestas ponendi tales effectus. Confirmatur primo: Ex potestate Petri ad impediendum combustionem in ligno debite applicato, non sequitur potestas ad comburendum lignum: ergo ex potestate impediendi, non sequitur potestas ponendi tales effectus. Confirmatur secundo: Ex potestate intellectus ad impediendum actum voluntatis per non propositionem obiecti, non sequitur potestas ponendi actum voluntatis: ergo, &c.

Respondeo primo, negando minorem, & distinguo antecedens probationis: ex potestate impediendi effectus proprios, non sequitur potestas ponendi tales effectus, nego antecedens: alienos, concedo antecedens, & nego consequentiam. Respondeo secundo distinguendo aliter: ex potestate impediendi effectus eiusdem ordinis cum potestate, concedo; diversi ordinis nego. Ad confirmationes respondeo similiter distinguo.

**CONTRA IDEM.**

Data gratia super naturali, Deus non alio concursu producit actus supernaturales, sed ipsa gratia immediate eo, quod habeat virtutem producendi, à Deo communicatam: ergo creatura super-

Resp. 1a

Resp. 2a

naturalis immediate producit sine concursu Dei effectus supernaturales : ergo etiam creatura naturalis eo , quod habeat virtutem naturalem à Deo communicatam , producit actus naturales immediate absque alio concursu distincto à sua virtute , sicut gratia , &c.

*QVOD CONCVRSVS DEI distinguatur à concursu creature.*

35 Volitio divina distinguitur ab actione creaturæ ; sed volitio divina est eius concursus : ergo distinguuntur. Probatur minor : actio , qua Deus se solo producit aliquem effectum , est ipsius volitio : ergo similiter. Confirmatur : quando duæ causæ , sive particulares , sive vniuersales , concurrunt ad aliquem effectum , diversis actionibus coagunt ; sed Deus , & creatura sunt duæ causæ concurrentes : ergo diversæ etiam debent esse actiones.

*QVOD EFFECTVS SEMEL corruptus nequeat iterum reproduci.*

36 Sicut , qui nunc existit , est in potentia ad sui existentiam , ita præteritum est in potentia ad esse quod antea fuit ; sed ex illa potentia non sequitur , quod qui nunc existit , possit se facere existentem ; ergo ex hac potentia

non sequitur , quod præteritum possit esse , quod antea fuit. Probatur maior : qui nunc existit , habet potentiam ad sui existentiam ; valet , enim , *existit : ergo potest existere* ; sed præteritum , per te , habet potentiam ad esse , quod antea fuit : ergo sicut , qui nunc existit , non potest se facere existentem , nec quod antea fuit , per potentiam ad esse , potest iterum reproduci. Nego primam maiorem , & distingo probationem : habet potentiam Logicam ad sui existentiam , concedo maiorem ; obiectivam , nego maiorem , distingo similiter minorem , & nego consequentiam.

Contra. Præteritum habet potentiam tantum Logicam ad esse , quod antea fuit : ergo ruit solutio. Probatur antecedens : in tantum , quod nunc existit , habet potentiam Logicam ad sui existentiam , in quantum est vera hæc propositio : *existit : ergo potest existere* : ergo præteritum habet potentiam tantum Logicam ad esse , quod antea fuit. Respondeo negando minorem ; quia in tantum præteritum habet talem potentiã , in quantum manet in eodem statu , quo erat ante productionem ; sed ante productionem erat in potentia obiectiva : ergo & nunc. *QVOD*

*Contra.*

QUOD EFFECTVS SEMEL  
corruptus nequeat naturaliter  
reproduci.

37

Ex eo, quod detur voluntas Dei decretiva de hoc, quod est effectum semel corruptum non reddere per naturam, inferitur legitime, quod talis effectus nequeat reddere per naturam; at qui datur talis voluntas Dei decretiva: ergo idem effectus semel corruptus nequit naturaliter reproduci. Consequentia est legitima. Minor certa; alioquin de facto esset reproductus, quod nullus Scotistarum dixit. Maior vero probatur contra Scotistas: Ex eo, quod detur voluntas Dei decretiva de hoc, quod est: materiam primam non existere naturaliter sine aliqua forma, inferitur legitime, materiam primam non posse naturaliter existere sine aliqua forma: ergo pariter ex eo, quod detur voluntas Dei decretiva de hoc, quod est: effectum semel corruptum non reddere per naturam; inferitur legitime, quod talis effectus, nequeat reddere per naturam.

Respōd.

Respondeo negando maiorem, ad cuius probationem concessio antecedenti, nego consequentiam. Disparitas est: nam voluntas decretiva Dei in ordine ad non

existentiam materiæ sine aliqua forma, involuit impotentiam naturalem ad esse sine illa, ut claret ex dictis in hoc tom. *quest. 1. à num. 2. usque ad 10.* Alit voluntas Dei decretiva in ordine ad non reproductionem effectus semel corrupti, non involuit impotentiam naturalem ad illius reproductionem, quia non extrahit effectum corruptum à statu potentia obiectivæ.

Declaratur solutio. Certum itaque est, quod est voluntas Dei decretiva de non existentia materiæ sine aliqua forma, & voluntas decretiva Dei de non reproducendo effectum semel corrupto; sed licet utraque voluntas æqualiter teneat de facto; tamen non utraque de possibili tenet. Ratio autem, cur in ordine ad materiam de possibili tenet, convincitur ex dictis *quest. cit.* Et ratio, cur non teneat de possibili in ordine ad effectum semel corruptum, est; quia talis effectus manet in eadem potentia obiectiva ad existendum, in qua erat ante generationem ex Scoto in *4. dist. 43. quest. 3.* & est doctrina omnium Scotistarum.

\*\*\* \*\*

38

**QVOD DIFFINITIO MOTUS non conveniat motui successivo, & instantaneo.**

Motus est a *Fus* entis in potentia; sed per *ly* entis intelligit Philosophus ens completum: ergo prædicta diffinitio non convenit motui instantaneo. Probatur consequentia: motus instantaneus, scilicet, generatio substantialis, non habet pro subiecto ens in actu completum, sed incompletum, scilicet, materiam primam: ergo prædicta diffinitio non convenit motui instantaneo. Respondeo explicando Philosophum. Motus est duplex, scilicet, propriissimè sumptus, & propriè, & comuniter sumptus; & licet motus propriissimè acceptus petat pro subiecto ens completum; non verò motus proprius, & communis exigit pro subiecto ens completum, sed sufficit ens incompletum.

**QVOD PROIECTA NON moveantur ab impulsu.**

In quocumque agente reperitur principium *quo*, & *quod*; sed movens est agens verum, & reale: ergo in quocumque movente datur principium *quo*, & *quod*; at qui impulsus est principium *quo* (alioquin præter impulsam assignet principium *quo*): ergo præter impulsam debet

assignari principium *quod* movens: ergo projecta ab impulsu solum moventur ut *quo*; tunc sic; sed projecta sunt mota ut *quo*, & ut *quod*: ergo præter impulsam debet assignari principium *quod* movens projecta; sed hoc nequit esse aliud, nisi impellens: ergo etiam moventur ab agente, seu impellente.

**QVOD REPVGNET INFINITUM in actu.**

Infinitem in determinata linea est illud, quod non potest habere maius se: hac enim ratione probat Scotus in 2. dist. 37. quest. 1. §. *Ex ista*, & in 3. dist. 19. ad secundum, & alijs in locis, qui videri possunt tom. 1. in 3. Sent. disput. 1. ubi diximus: peccatum non esse infinitum in ratione offensæ; sed supposito infinito in determinata linea, v. g. in multitudine, adhuc potest Deus aliud producere: ergo non esset infinitum, utpote; maius. Nec sufficit communis solutio de materialiter, & formaliter, nam eadem solutione poterant Thomistæ argumento Scoti contra infinitatem peccati respondere.

**CONTRA IDEM.**

Si daretur infinitum à te concessum, daretur infinitum à te non concedendum; sed hoc non potest admitti: ergo

40

39

41



ergo nec primum. Probatur maior: si daretur infinitum in multitudine, daretur infinitum in qualitate; sed hoc non concedis: ergo nec in multitudine. Probatur maior: si darentur infiniti ignes actu simul, simul actu possent facere infinitas combustiones; sed hoc est infinitum in qualitate: ergo si daretur infinitum in multitudine, daretur etiam in qualitate. Probatur maior: quia quilibet ignis haberet virtutem combustionis: ergo infiniti infinitam; nam *sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis*: ergo si darentur infiniti actu simul, simul actu possent facere infinitas combustiones.

*CONTRA IDEM.*

42 Concesso infinito, sequeretur, vnum infinitum producere debere naturaliter aliud infinitum; hoc est impossibile; nam Deo de potentia ordinaria non conceditur: ergo nequit dari infinitum. Maior patet in casu posito §. antec. Minor est certa, & consequentia legitima.

*CONTRA IDEM.*

43 Infinitum secundum se est, quod caret principio, & termino: ergo in quolibet infinito debet reperiri: ergo infinito secundum numerum,

quod caret principio, & termino numerali: ergo nequit dari tale infinitum. Probatur consequentia: productis infinitis hominibus numero, adhuc posset Deus alium hominem producere: ergo nequit dari tale infinitum. Antecedens est certum: nam hoc infinitum non exhaurit potentiam Dei. Consequentia probatur: per te infinitum secundum numerum, est, quod caret principio, & termino; sed in tali casu illud infinitum non careret principio, & termino numerali: ergo nequit dari tale infinitum. Probatur minor: illud caret principio, & termino, quod ultra nequit progredi: sed in tali casu ultra progredieretur: ergo non careret termino, & principio numerali.

Si dicas: hoc esse verum materialiter, non formaliter. Contra: quia carentia termini numeralis est ratio formalis infiniti numeralis: ergo cum non gaudeat hac carentia, non solum materialiter, verum, & formaliter non erit infinitum. Vide aliam replicam in §. 36. huius Philicæ tractatus.

*CONTRA IDEM.*

44 Infinitas secundum se est perfectio simpliciter simplex: ergo si posset dari infinitum,

haberet infinitam perfectio-  
nem; sed hoc repugnat in  
creatis: ergo & infinitum.  
Deinde; quia in eadem linea  
repugnat multiplex infinitas;  
sed si darentur infiniti homi-  
nes, multiplex infinitas nu-  
meralis daretur; nam daren-  
tur infiniti capilli, oculi, &c.  
ergo nequit dari. Probatur  
maior: si esset possibilis mul-  
tiplex infinitas in eadem li-  
nea, essent possibles multi  
Filij, & Spiritus Sancti; sed  
hoc repugnat: ergo repugnat  
multiplex infinitas in eadem  
linea.

*CONTRA IDEM.*

45 Productis infinitis homi-  
nibus, vel potest Deum alium  
producere, vel non? Si se-  
cundum? ergo infinitum il-  
lud est terminus totalis, &  
adaequatus Divinae Omnipot-  
entia, quod implicat: nihil  
enim creatum est talis termi-  
nus. Si primum? ergo non est  
formaliter infinitum. Proba-  
tur consequentia: de ratione  
formaliter infiniti secundum  
numerum, est, quod nihil il-  
lud entitatis numericae ei deest:  
sed si Deus potest produ-  
cere alium hominem, aliquid  
entitatis numericae ei deest:  
ergo nequit esse infinitum.  
Probatur paritate maior: de  
ratione infiniti in omni ge-  
nere est, quod nihil entitatis  
in omni genere deest: ergo  
similiter.

*QUOD POSSIBILE SIT IN-  
finitum in actu.*

46 Deus potest producere ab  
aeterno creaturam: ergo po-  
test producere infinitum in  
actu. Probatur consequentia:  
non repugnat esse ab aeterno  
creaturam; sed in tali casu  
actualiter esset aeterna: ergo  
potest Deus producere infi-  
nitum in actu. Probatur con-  
sequentia: tam intrinseca est  
Dei aeternitas, quam infini-  
tas; sed aeternitas per se po-  
test communicari creaturae:  
ergo & infinitas. Nego pri-  
mum antecedens.

*CONTRA IDEM.*

47 Sunt infinita possibilia in  
potentia: ergo potest, imo  
datur infinitum in actu. Pro-  
batur consequentia: quia sunt  
infinitae negationes illorum  
possibilium a parte rei actuali-  
ter: ergo sunt infinita actu.  
Probatur antecedens: nam  
infinitae negationes illorum  
possibilium non sunt possibi-  
lia; sed possibilia sunt infini-  
ta in potentia: ergo negatio-  
nes sunt infinitae actu. Disting-  
uo consequens: ergo datur  
infinitum in actu, negative,  
concedo consequentiam; pos-  
sitive, nego consequentiam.

*CONTRA IDEM.*

48 Sunt infinita possibilia syn-  
chathegorematicè: ergo po-  
test dari infinitum in actu.  
Probatur consequentia: po-  
test

test Deus omnia illa infinita producere actu: ergo potest dari infinitum actu.

*CONTRA IDEM.*

49 Deus potest per vnam horam, mensem, aut annum, producere omnia possibilis: ergo iam producta erunt actu infinita. Probatur consequentia: ante productionem erant infinita in potentia: ergo post productionem erunt infinita in actu. Probatur consequentia: quodcumque aliqua sunt actu correspondentia infinitis in potentia, sunt actu infinita; sed possibilis producta correspondent infinitis possibilibus: ergo post productionem erunt infinita actu. Probatur maior: ideo Deus est actu infinitus in producendo, quia actu æquivaleret infinitis rationibus producendi in potentia: ergo quodcumque aliqua sunt actu correspondentia infinitis in potentia, sunt actu infinita. Fiat paritas in quocumque attributo.

*CONTRA IDEM.*

50 Potest Deus producere infinitum accidens: ergo potest dari infinitum actu. Probatur antecedens: si Deus non posset producere infinitum accidens, esset, quia ex infinitate accidentis sequeretur infinitas substantiæ; sed non sequitur: ergo potest.

Probatur minor: ideo ex infinitate accidentis sequeretur infinitas substantiæ, quia accidens infinitum exigeret subiectum proprium, & conaturale, in quo reciperetur; sed non sequitur: ergo. Probatur minor: ex supernaturalitate accidentis non sequitur exigentia ad subiectum proprium, & conaturale, in quo recipiatur: ergo nec ex infinitate accidentis sequitur talis exigentia. Antecedens constat ex Scoto asserente, non esse dabilem substantiam creatam supernaturalem, etsi tale accidens detur. Consequentia probatur: non minus est supra naturam creatam supernaturalitas accidentis, quam accidentis infinitas; sed per te non est dabilis substantia creata supernaturalis, etsi tale accidens detur: ergo ex infinitate accidentis non datur talis exigentia. Probatur maior: non minus substantia creata distat ab infinitate; quam à supernaturalitate: ergo non minus est supra naturam creatam supernaturalitas accidentis, quam accidentis infinitas.

Respondeo distinguendo illud antecedens: ex supernaturalitate accidentis, non sequitur exigentia ad subiectum proprium, & conaturale, in quo recipiatur, nec po-

*Respōd.*

potest illud elevare, vt supernaturaliter, & sic illud proportionare, vt sit subiectum illius, nego antecedens; alias potest, concedo antecedens, & di. linguo consequens: ergo ex infinitate accidentis sequitur exigentia ad subiectum, &c. nec potest illud elevare, vt infinitetur, & sic illud proportionare, vt sit subiectum illius, concedo consequentiam; & potest, nego consequentiam. Explico distinctionem: verum est, quod repugnat substantia creata infinita, & supernaturalis, etiam verum est, quod repugnat accidens infinitum, non vero supernaturale, sed hoc provenit ex eo, quod cum substantia creata habet pro ultimo fine beatitudinē, quam viribus naturæ consequi nequit; benè tamen viribus gratiæ, ideò dantur accidentia supernaturalia, vt ad hanc finem consequendū illam elevet, & sic faciat eam proportionatum subiectum illorum accidentium receptivum. Coeterum cum repugnet, substantiam creatam ad esse infinitam elevari, ideò non solum substantia, verum, & accidens repugnat infinitum. Confirmatur: nam substantia creata intellectualis magis distat ab infinitate, vt-

obedientialem non dicens, quam à supernaturalitate, vt-pote, ad hanc talem dicens potentiam: ergo.

*QVOD DIFFINITIO LOCI non sit bona.*

Hic diffinitur locus Mathematicè, Phisicè, vel secundum se acceptus, sed diffinitio loci, à te allata, non est loci sic accepti: ergo non est bona. Probat minor: diffinitio loci à te allata est diffinitio loci naturalis, sed naturalitas subsequitur ad locum secundum se acceptum: ergo diffinitio à te allata, non est loci sic accepti. Minor patet ex Scoto. Maior probatur: diffinire locum, per hoc, quod est vltima superficies corporis continentis, est diffinire locum naturalem: ergo est diffinitio loci naturalis. Probatur antecedens: ipsa superficies à corpore seiuncta, est locus secundum se dictus: ergo diffinire locum, per hoc, &c. Antecedens patet. Consequentia probatur: diffinire locum, per hoc, quod est vltima superficies corporis continentis, est diffinire locum per superficiem, vt est terminus corporis continentis; sed sic diffinire locum est diffinire locum naturalem: ergo talis diffinitio loci naturalis est.

Pro-



Probatur minor : super-  
fíciei , vt est talis terminus,  
conuenit conseruare loca-  
tum:ergo sic diffinire locum,  
est diffinire locum natura-  
lem. Probatur antecedens:  
superficièi , vt est talis termi-  
nus , conuenit quid quid ipsi  
corpori continenti conuenit;  
sed corpori huic conuenit  
conseruare locatum: ergo &  
superficièi , vt est talis termi-  
nus , hoc conuenit. Minor  
pater: nam corpus locans me-  
dio contacto per superficiem  
facto , communicat locato  
qualitates sibi proficuas. Ma-  
ior probatur: quid quid con-  
uenit superficièi , vt talis ter-  
minus , ipsi corpori conti-  
nenti conuenit: ergo paritèr.  
Antecedens constat : alio-  
quin corpora non diceren-  
tur se tota tangere , sed so-  
lum superficies, quod est fal-  
sum. Respondeo distinguen-  
do vltimum antecedens: con-  
uenit corpori secundo, con-  
cedo antecedens ; prima-  
rio, nego antecedens. Et dis-  
tinguo similiter consequens.  
Imo ex hac solutione potest  
argumentum retorqueri.

*QVOD IDEM CORPVS DE  
potentia absoluta possit esse in  
in duplici loco.*

Quodcumque subiectum  
potest esse de potentia abso-  
luta sine accidenti, conatura-  
liter ab ipso petito : ergo de

potentia absoluta possunt hæc  
accidentia in eodem subiecto  
multiplicari. Antecedens pa-  
tet in quocumque accidente  
conaturali. Consequentia  
probatur: idè quocumque  
subiectum potest de potentia  
absoluta esse sine accidente,  
conaturalitèr ab ipso petito,  
quia nullum accidens cona-  
turale est de essentia subiec-  
ti nec cum ipso identificatum;  
sed hoc ipso possunt hæc ac-  
cidentia in eodem subiecto  
miraculosè multiplicari: er-  
go sic possunt. Probatur mi-  
nor: facere contra id , quod  
nec est de essentia rei , nec  
cum ipsa identificatum , non  
involuit contradictionem;  
sed quid quid non involuit  
contradictionem , potest  
Deus facere : ergo hoc ipso,  
quod nullum accidens cona-  
turale est de essentia subiec-  
ti, nec cum ipso identifica-  
tum , possunt plura acciden-  
tia in eodem subiecto multi-  
plicari miraculosè ; atqui  
presentia localis tantum est  
accidens conaturale corpori:  
ergo possunt in eodem cor-  
pore de potentia absoluta  
multiplicari.

*QVOD IDEM CORPVS NE-  
queat esse in duplici  
loco.*

Homo positus in duplici  
loco , haberet easdem poten-  
tias intrinsecas , scilicet , in-

tellectum, & voluntatem, &c. ergo haberet actus naturaliter provenientes ab ipsis potentiss. Consequentia est certa: quia homo in duplici loco nec intelligeret, nec vellet supernaturaliter; at qui lapis, v. g. habet potentiam intrinsecam ad movendum: ergo haberet actus naturaliter provenientes ab ipsa potentia: ergo lapis positus in aere in duabus extremitatibus trabis, si trabs amoveretur ab utroque loco, naturaliter lapis descenderet ad utrumque locum. Probatur hæc consequentia: quia descendere est actus potentie intrinsecæ lapidis; sed per se naturaliter haberet lapis actus provenientes à potentia sua intrinseca: ergo lapis positus in aere in duabus extremitatibus trabis, si trabs amoveretur ab utroque loco, naturaliter lapis descenderet ad utrumque locum: ergo naturaliter adquiret duplicem locum; sed hoc à nullo admittitur: ergo nec quod supernaturaliter sit corpus in duplici loco, debet admitti.

*CONTRA IDEM.*

Nequit corpus naturaliter esse in duplici loco: sed ratio Scoti probat naturaliter: ergo corpus nequit esse per nullam potentiam in duplici loco. Probatur minor: res-

pectus extrinsecus advenientes possunt multiplicari naturaliter in eodem fundamento; sed hæc est ratio Scoti: ergo ratio Scoti probat naturaliter. Probatur maior: respectus intrinsecus advenientes possunt naturaliter multiplicari in eodem fundamento: ergo & respectus extrinsecus advenientes. Antecedens constat in Patre habente plures filios. Consequentia probatur: ut probet Scotus, relationes extrinsecus advenientes posse in eodem fundamento multiplicari, recurrit ad paritatem relationum intrinsecus advenientium: ergo qui concedit, relationes intrinsecus advenientes posse naturaliter multiplicari in eodem fundamento, debet ratione paritatis idem concedere de extrinsecus advenientibus; vel ratio Scoti nullatenus tenet; quia tantum nititur in paritate.

Responde primo ex Matrino esse disparitatem: nam in relationibus extrinsecus advenientibus mutatio positiva nata est concurrere cum privativa, & sic nequit natura facere mutationem positivam in corpore de vno in illum locum, nisi privando illud loco priori, & consequenter naturaliter nequit

*Respd.*

du-

duplicem habere locum; at in relationibus intrinsecus advenientibus mutatio positiva non est nata concurrere cum privativa, nam ut unum album fiat simile huic albo, non est necesse, quod desinat esse simile alteri, & sic de Patre respectu alterius Filij. Ratio huius est: quia motus ad diversa *vbi* est quasi ad contraria, quod in relationibus intrinsecus advenientibus non contingit, quare hoc naturaliter stat, & illud repugnat naturaliter.

Ex argumento sic contra ipsos insurgo. Si ex multiplicatione respectuum intrinsecus advenientium in eodem fundamento naturaliter, sequeretur à paritate multiplicatio respectuum extrinsecus advenientium in eodem fundamento naturaliter, miraculum non esset, Corpus Christi esse in Eucharistia; sed hoc admittere non possunt contrarij: ergo nec primum. Probatur sequela: ex positione Corporis Christi in Eucharistia, præter præsentiam, quam habet in Cœlo, solum sequitur nobis respectus extrinsecus adveniens: ergo si ex multiplicatione respectuum intrinsecus advenientium in eodem fundamento naturaliter, sequeretur à paritate, &c.

Dices immediate: esse miraculum, Corpus esse in Eucharistia modo inextento, & indivisibili, non autem absolute esse in Eucharistia. Contra primo: quia hoc non probatur, & sic voluntarie dicitur. Contra secundo: quia ibi sunt duo miracula. Primum, esse in Eucharistia præter præsentiam, quam Christus habet in Cœlo. Secundum, esse in Eucharistia modo indivisibili. Contra tertio: quia responsio exigit rationem; cur Corpus naturaliter nequeat esse in duplici loco, & cum hoc in præf. potius supponatur, quam probetur, ideo hic assignare non licet; quare ad prædictum argumentum.

Respondeo secundo esse disparitatem: nam respectus intrinsecus advenientes sunt mere accidentales, quare in eodem fundamento naturaliter multiplicari possunt; at extrinsecus advenientes sunt accidentales, prout accidentale coincidit cum conaturalitate; quare solum supernaturaliter in eodem fundamento multiplicari valent.

Ratio autem de extrinsecus advenientibus est; nam solum supernaturaliter potest fieri, quod aliqua res, non manendo violenta, habeat aliquid, quod conaturaliter

Dices.

Cont. 1.

Cont. 2.

Cont. 3.

Respōd.

non petat; sed Corpus, dum habet duplicem respectum extrinsecus adveniētem, non manet violentum, & habet aliquid, quod conaturaliter non petit: ergo solum supernaturaliter potest fieri, quod duplex respectus extrinsecus adveniēns in eodem sit fundamento.

Maior patet: nam quia materia prima conaturaliter unam tantum appetit formam, solum supernaturaliter potest duplicem habere. Minor quo ad primam partem claret in eadem materia: sicut enim hæc non violentatur per duplicem formam, sed tantum per ablationem omnis formæ, ita similiter Corpus. Quo ad secundam constat minor in ipsa materia: nam sicut hæc unicam tantum conaturaliter appetit formam, ita Corpus unicam tantum respectum extrinsecus adveniētem. Consequentia bene infertur.

Ratio verò de intrinsicis adveniētib; est: quia cum termini unius fundamenti possint naturaliter multiplicari, & in Scoti sententia, multiplicatis numero terminis, numero multiplicantur relationes, ideo & relationes naturaliter multiplicari possunt. Ratio autem, cur naturaliter multiplicari pos-

sunt termini unius fundamenti, est; quia cum sit valde accidentale causæ (v. g. uni homini) plures habere filios, & de ratione accidentis est, quod possit esse, & non esse absque subiecti corruptione, ideo sicut potest illos habere, ita & potest non habere; quia homo conaturaliter non appetit unicum filium, sicut corpus conaturaliter appetit unicum tantum terminum extrinsecus adveniētem ad unicum locum. Hæc est disparitas.

*QVOD CORPVS NEQVEAT esse in duplici loco circumscriptivè.*

Stat, quod idem corpus sit in duplici loco, præsentia diversæ rationis, & non eiusdem rationis: ergo nequit esse in duplici loco circumscriptivè. Probatur antecedens: stat, quod idem numero effectus totaliter producat a pluribus causis diversæ rationis, non verò eiusdem, in Scoti sententia: ergo pariter. Dices: effectum dependere a causa essentialiter; at corpus a loco accidentaliter, in quo stat disparitas. Contra: paritas argumenti non stat in dependentijs, sed in habere multiplicem præsentiam eiusdem rationis, & in hoc paritas valet. Imo: non quia dependen-



dentia sit essentialis, nequit effectus à duplici produci causa; sed quia causæ sunt eiusdem rationis; nam etiam quilibet effectus à quadruplici causa materiali, scilicet, & essentialiter dependet, & quia sunt diversæ rationis, ab illis totaliter producitur effectus: ergo, &c.

*Respōd.*

Respondeo ad replicam concedendo, paritatem valere, & verum esse, quod ex eo capite, quod præsentia sunt eiusdem rationis, repugnat corpus duplicem habere præsentiam; at ex alio capite, scilicet, quod sit dependentia accidentalis, non repugnat. Ad additionem distinguo: quia causæ sunt eiusdem rationis, & adest essentialis dependentia, concedo; quia præcisse causæ sint eiusdem rationis, nego. Quare nec præcisse, quia præsentia sunt eiusdem rationis, repugnat absolute, corpus esse in duplici loco; nec præcisse, quia adest dependentia essentialis effectus ad causam, nequit effectus à duplici causari; sed quia causæ sunt eiusdem rationis, & essentialis dependentia adest, quare totum requiritur. Vnde potest corpus in duplici loco, poni circumscriptione, de effectu essentialis dependentiæ.

*CONTRA IDEM.*

Si corpus adæquatè circumscriberetur à duplici loco, ab vno, & non ab eodem circumscriberetur; sed hoc pugnat: ergo quia non potest. Probatur maior: non alia ratione probat Scotus repugnantiam duplicis personalitatis in eadem natura humana: ergo ab vno, & non ab eodem circumscriberetur. Dices esse disparitatem: nam natura essentialiter dependet à persona; non verò corpus à loco. Contra: non obstat dependentia accidentalis corporis à loco, ut prædicta sequatur contradictio: ergo ruit solutio. Probo antecedens: etiam independentiis accidentalibus datur contradictio: ergo non obstat. Probo antecedens: hæc est contradictio: *Petrus est albus, Petrus non est albus*; sed est accidentalis dependentia: ergo etiam in dependentiis accidentalibus datur contradictio.

Dices: hanc esse contradictionem; quia est affirmatio, & negatio eiusdem de eodem, & secundum idem; at in corpore duplex habente *vbi*, datur affirmatio; quare non est contradictio. Contra: ex hac duplici affirmatione, sequitur affirmatio, & negatio eiusdem de eodem: ergo ruit

56

*Dices.*

*Contra.*

*Dices.*

*Contra.*

rui solutio. Probo antecedens: ex duplici terminatione naturæ sequitur affirmatio, & negatio eiusdem de eodem: ergo ex duplici illa affirmatione sequitur, &c. Probatur consequentia: ideò ex duplici terminatione sequitur affirmatio, & negatio, quia personalitas est terminus totalis, & adæquatus naturæ; sed etiam locus est totalis, & adæquatus corporis circumscriptio: ergo ex illa duplici affirmatione sequitur etiam contradictio. Distinguo maiorem: quia personalitas est terminus substantialis totalis, & adæquatus, concedo maiorem; accidentalis, nego suppositum; distingo similiter minorem, & nego consequentiam.

Sed contra: dependentia accidentalis non impedit contradictionem: ergo ruit solutio. Probatur antecedens: eundem effectum accidentalem produci à duplici causa totali accidentali repugnat; sed effectus accidentalis accidentaliter dependet à causa accidentali: ergo dependentia accidentalis non impedit contradictionem. Nego minorem; nam omnis effectus, etsi accidentalis, quia effectus, essentialiter dependet à causa, etsi accidentali. Contra: ergo corpus essentialiter

dependet à loco quoad circumscribi: nam circumscriptio est effectus loci; sed ex Scoto in omni dependentia essentiali, vnum dependens non dependet nisi ab vno: ergo si corpus essentialiter dependet à loco quoad circumscribi, nequit esse in duplici loco. Vrgent certè replicæ. Quare.

Respondeo itaque primo ad argumentum possumum num. 56. negando maiorem, & distingo probationem. non alia ratione probat Scotus repugnantiam duplicis personalitatis in eadem numero natura, nisi quia si esset personata ab vna totaliter, & adæquatè secundum intensionem, & extensionem, si ab alia personaretur, non esset ab alia vna totaliter personata, concedo antecedens; secundum intensionem tantum, nego antecedens, vel suppositum, & nego consequentiam. Quia licet corpus in vno loco circumscribatur adæquatè secundum magnitudinem, id est, quod locus nihil maius contineat, quam sit ambitus eius, nec corpus habere posset minorem locum; non tamen circumscribitur adæquatè secundum multitudinem.

Dices: hoc etiam possunt respondere Thomistæ de natura

*Respōd.*

*Contra.*

*Dices.*

tura

tura humana ratione ad-  
 quationis vnius personalita-  
 tis: ergo ruit solutio. Distinguo  
 antecedens: cum funda-  
 mento, nego; sine funda-  
 mento, concedo antecedens,  
 & nego consequentiam. Ra-  
 tio est: quia hoc est proprium  
 accidentalis dependentiæ,  
 neutiquam verò essentialis.

Pro secunda responsione,  
 noto: quod dependentia alia  
 est accidentalis, alia substan-  
 tialis, & alia essentialis. Pri-  
 ma non tollit multiplicita-  
 tem, nec destructionem. Hoc  
 patet: nam homo habet mul-  
 tiplicationem accidentium,  
 & de potentia absoluta po-  
 test esse sine aliquo istorum.  
 Secunda tollit multiplicita-  
 tem eiusdem generis, & rati-  
 onis, quia est dependentia  
 substantialis ad faciendum  
 vnum per se ordinata; sic  
 materia dependet à forma in  
 ordine ad totum substantia-  
 le, & natura à subsistentia in  
 ordine ad totum subsistens,  
 & etiam tollit destructio-  
 nem, quia totum respectu  
 cuius est dependentia mate-  
 riæ à forma, & naturæ à sub-  
 sistentia, non potest dari sine  
 vtraque. De tertia, quæ est  
 effectus à causa, claret, quid  
 sit dicendum. Hoc notato.

Respondeo secundo ad  
 prædictum argumentum: na-  
 turam dependere à persona-

litate dependentia substantia-  
 li, ordinata ad faciendum  
 vnum per se subsistens; quo  
 sensu intelligendus est Sco-  
 tus, dum ait: dependentiam  
 substantialem non esse nisi ad  
 vnum. Cæterum corpus ac-  
 cidentaliter dependet a loco.  
 Si verò dicas: corpus depen-  
 det per se à loco quoad cir-  
 cumscribi. Distinguo: perfe-  
 ctate ordinata ad faciendum  
 vnum per se, nego; non sic  
 ordinata, concedo. Quare  
 semper est disparitas.

*QVOD IN QVOLIBET  
 motu non sit suum tempus  
 intrinsecum.*

Repugnat, esse hoc, vel  
 illud tempus, tempore omni  
 deficiente: ergo deficiente  
 omni tempore, extrinsecum,  
 & intrinsecum implicat tem-  
 pus; sed omni tempore deffi-  
 ciente, est possibilis motus:  
 ergo in quolibet non est suū  
 tempus intrinsecum. Probo  
 minorem: possibile est, An-  
 gelum ante productionem  
 mundi productum à Deo,  
 per illud spatium moveri; sed  
 tunc nullum esset tempus:  
 ergo omni tempore deffi-  
 ciente, est possibilis motus.  
 Probo minorem: si tunc ali-  
 quod esset tempus, non ef-  
 set imaginabilis duratio sine  
 actuali coexistentia rei ad  
 tempus; sed duratio non est  
 actualis coexistentia rei ad  
 tem-

tempus : ergo tunc nullum  
esset tempus. Maior claret.  
Minor est Scoti in 2. dist. 2.  
quest. 1.

**CONTRA IDEM.**

Magis implicat, motum  
successivum carere actu suc-  
cessione, quam actu carere  
tempore ; sed possibile est,  
motum successivum actu ca-  
rere successione : ergo & ca-  
rere tempore. Minor patet :  
nam successio est constituti-  
va ratio motus successivi ;  
tempus verò est quid ad ip-  
sum secutum. Probatur mi-  
nor : motus successivus po-  
test fieri in instanti : ergo pos-  
sibile est actu carere succes-  
sione. Probo antecedens : ac-  
ciciens conaturale cuiuscum-  
que rei potest Deus ab ipsa re  
separare ; sed successio actua-  
lis est accidens conaturale  
motus successivi : ergo mo-  
tus successivus potest fieri in  
instanti.

**CONTRA IDEM.**

Eodem modo, quo ad  
esse existens sequitur esse in  
loco, ita ad motum sequitur  
suum tempus intrinsecum ;  
sed ad esse existens non ita  
sequitur esse in loco, quod  
non possit esse existens, quin  
sit in loco, ut patet de ultima  
sphaera : ergo ad motum non  
ita sequitur suum intrinse-  
cu tempus, quod non pos-  
sit esse motus, quin habeat

intrinsecum tempus. Nego  
minorem : nam esse in loco  
est quid accidentale existen-  
tiae, tempus autem est passio  
motus. Vel distinguo prædic-  
tam maiorem : eodem mo-  
do, quo ad esse existens se-  
quitur esse in loco intrinse-  
co, ita ad motum sequitur  
suum tempus intrinsecum,  
concedo maiorem ; in loco  
extrinsecò, nego maiorem.  
Distinguo minorem simili-  
tèr, & nego consequentiam.  
Itaque sicut res existens se ha-  
bet ad locum intrinsecum, ita  
morus ad tempus intrinse-  
cum se habet, & similiter de  
loco, & tempore extrinse-  
co ; quare totum ruit argu-  
mentum.

*QVOD CONTINUUM  
constet partibus divisibilibus  
in semper divisibilia, ad-  
huc respectu potentie  
Divinae.*

Continuum homoge-  
neum, vel constat partibus  
intrinsecè divisibilibus in  
semper divisibilia, vel non ?  
Si secundum ? ergo respectu  
potentiae limitatae non est di-  
visibile in semper divisibi-  
lia, quod est falsum. Si pri-  
mum ? etiam respectu Divi-  
nae potentiae est divisibile in  
semper divisibilia ? ergo sem-  
per constat partibus divisibi-  
libus in semper divisibi-  
lia.

*QVOD*



**QVOD NON CONSTET**  
partibus diuissibilibus in sem-  
per diuissibilia.

61 In causa integrali non da-  
tur processus in infinitum;  
sed continuum aquæ, v.g. est  
integrale: ergo non conitat,  
&c. Probatur maior: in cau-  
sis materiali, formali, effi-  
cienti, & finali non datur pro-  
cessus in infinitum: ex illo  
axiomate Philotophi: *in his,*  
*quæ sunt à natura, finitum*  
*melius est, si esse possit.* Res-  
pondeo negando antecedens  
ad cuius probationem nego  
paritatem; nam licet verum  
sit, non dari processum in in-  
finitum in causis materiali,  
formali, efficienti, & finali,  
falsum tamen est, talem pro-  
cessum non dari in causa in-  
tegrali; nam fides docet, da-  
ri aliqua continua succesiva,  
quæ in infinitum progredian-  
tur, v. g. eternitatem animæ  
rationalis, & Angelorum, in  
quibus non potest assignari  
aliquod vltimum, ad quod  
existentia animæ vel Angeli,  
possit sic devenire, vt vlti-  
mus non progrediatur; qua-  
rè sicuthegorematicè fal-  
sum processus in infinitum in  
his causis concedendus est, vt  
latius dicam in explicatione  
prædicti axiomatis.

**CONTRA IDEM.**

62 Indivissibile dat continuo  
extensionem: ergo super-

fluunt partes diuissibiles. Pro-  
batur antecedens: indivissi-  
bile dat diuissibilitatem: ergo  
indivissibile dat continuo ex-  
tensionem. Probatur antece-  
dens *ex argumento 3. ex Li-*  
*bris de Generatione, & Cor-*  
*ruptione.* Vide ibi etiam solu-  
tionem.

**CONTRA IDEM.**

63 Vnum indivissibile addi-  
tum indivissibili facit rem  
diuissibilem: ergo & maio-  
rem extensionem. Probatur  
antecedens: materia, & for-  
ma sunt phisicè indivissibi-  
les; sed forma adiuncta ma-  
teriæ facit rem phisicè diuiss-  
ibilem: ergo vnum indivis-  
sibile additum indivissibili fa-  
cit rem diuissibilem. Proba-  
tur minor: forma addita ma-  
teriæ facit compositum; sed  
hoc est phisicè diuissibile;  
nam diuissibile est in mate-  
riam, & formam: ergo for-  
ma addita materiæ facit rem  
diuissibilem phisicè. Proba-  
tur secundo idem antece-  
dens: primus gradus qualita-  
tis est indivissibilis, & etiam  
secundus, & sic de alijs; at  
qui secundus gradus additus  
primo facit diuissibile: ergo  
vnum indivissibile additum  
indivissibili facit rem diuiss-  
ibilem. Maior est certa; alio-  
quin daretur alius primus  
gradus, ex quo primus ille  
componeretur, quod est fal-

sum. Minor constat : nam qualitas intensa , vt duo , est diuisibilis in primum , & secundum gradum ; potestque secundum amittere ; & conservari in primo Consequentiã legitima apparet.

*Respõd.*

Respondeo distinguendo antecedens : vnum indivisibile , additum indivisibili , facit rem diuisibilem extensivè , nego antecedens : intensivè , vel integralitèr entitativè , concedo antedens , & nego consequentiã ; & hoc dumtaxat convincunt probationes ; prima enim convincit diuisibilitatem integram entitativam , & secunda diuisibilitatem intensivam ; nulla tamen probat , nec probare potest diuisibilitatem extensivam , de qua in hac quæstione locuntur Philosophi. Retorqueo etiam argumentum : vnum indivisibile additum indivisibili facit rem diuisibilem : ergo & extensam in ordine ad locum ; atqui hoc est apud omnes falsum ; quia extensio in ordine ad locum provenit solum à quantitate : ergo falsum est etiam , quod faciat maiorem extensionem.

*QVOD INANIMATA HABEANT CERTUM TERMINUM MAGNITUDINIS.*

Repugnat , naturam esse determinatam ad certam per-

sonalitatem , quo ad intensionem , quia sit determinata ad certam personalitatem , quo ad extensionem ; sed omnis forma naturalis est determinata ad certam quantitatem , quo ad intensionem : ergo & quo ad extensionem. Maior , & minor sunt certæ. Consequentiã videtur clara.

*QVOD MUNDVS POTVIT PRODUCI AB ÆTERNO.*

Non repugnat , creaturam mensurari finito , & limitato modo æternitate : ergo potest existere ab æterno. Probat antecedens : non repugnat , creaturam subsistere subsistentia divina , vt est de fide in natura humana Christi Domini : ergo paritèr. Probat consequentiã : non magis distat æternitas à creatura , quam subsistentia Divina ; sed creatura subsistit subsistentia Divina finito , & limitato modo ; gerit enim vices subsistentiæ creatæ : ergo poterit quoque mensurari finito modo æternitate , gerente vices mensuræ creatæ.

Respondeo primo negando paritatem ob duplicem rationem. Prima est : quia subsistentia Divina communicatur creaturæ vt purus terminus , quo modo nequit æternitas communicari ; quia deberet communicari , vel per informationem , vel per identi-

65

*Respõd.*

titatem, & neutro modo valet communicari creaturis. Secunda est, quia subsistentia Divina ex se nec est quid finitum, nec infinitum, æternum, nec non æternum, & sic non dat creaturæ aliquid perfectionis Divinæ; quare potest communicari creaturæ; at æternitas ex se est perfecta, & infinitè perfecta, quare nullo modo potest communicari creaturæ.

Respondeo secundo argumentum probare, de facto dari creaturam ab æterno, quia de facto datur creatura subsistens subsistentia Divina. Item probat: infinitatem, immutabilitatem, cæterasquè Divinas perfectiones, imò & ipsam Deitatem, posse communicari creaturis. Denique probat, non solum æternitatem, prout dicit simplicem carentiam principij, & finis in duratione, sed etiam ut dicit independentiam ab alio, posse communicari creaturis, quod est contra adversarios. Vnde argumentum patitur omnes has re-torsiones.

(\*) (\*) (\*)



EX LIBRIS  
de Generatione, &  
Corruptione.

QUOD DETUR FORMA  
corporeitatis, & est contra  
Thomistas.

**H**omo formalitè est corporeus: ergo ab aliqua forma formalitè habet hunc effectum; atqui anima rationalis non potest præstare formalitè hunc effectum: ergo debet dari aliqua forma à qua formalitè præstetur. Probatur minor: si anima rationalis formalitè præstaret effectum corporeitatis, esset, quia virtualitè contineret formam formalitè potentem hunc effectum præstare; sed ex hoc probatur, quod anima rationalis non possit præstare formalitè prædictum effectum: ergo anima rationalis non potest præstare formalitè illum effectum. Maior, & consequentia tenent. Minor vero, in qua potest esse difficultas, probatur: etiam si visio beatifica virtualitè contineat formas, quæ formalitè excludunt habituale peccatum, visio beata formalitè non excludit habituale peccatum: ergo ex hæc continentia probatur, quod anima rationalis forma

N. I.

litter non possit præstare prædictum effectum. Probatur antecedens peccatum habituale importat privationem gratiæ, aversionem à Deo, ut ultimo fine, & quod talis aversio sit voluntaria; sed visio beata formalitèr hæc tria non excludit: ergo nec peccatum habituale.

Maiores Thomistarum, ut videre est in Gonet. tom. 3. disp. 4. de Proprietatibus beatitudinis, art. 5. §. 2. numer. 37. Minor probatur: nam privationi gratiæ gratia tantum formalitèr opponitur; aversioni à Deo, utpote, actus voluntatis, alius voluntatis actus tantum formalitèr opponitur, & voluntario in peccato habituali incluso, etiam voluntatis actus tantum formalitèr opponitur: ergo visio beata formalitèr illa tria non excludit. Ex hoc efformetur ratio ad probandam formam corporeitatis contra Thomistas.

*QUOD NON DETUR FORMA corporeitatis.*

In omni composito substantiali forma specificativa est per se actus, & materia est per se potentia: ergo in omni composito substantiali forma specificativa, & materia prima immediatè ununtur. Antecedens est certum. Consequentia patet: nam ex Arist.

8. methap. text. 15. & secundo de Anima text. 2. forma, & materia immediatè ununtur, quia sunt per se actus, & per se potentia. Infero: ergo in nullo composito substantiali mediat alia forma inter materiam primam, & formam specificam: ergo non datur forma corporeitatis.

*CONTRA IDEM.*

Stat, quod aliqua forma includatur virtualitèr in alia, & quod formalitèr det effectum illius; sed anima rationalis virtualitèr continet formam corporeitatis: ergo non est necessaria forma corporeitatis. Maior patet: nam anima rationalis virtualitèr continet vegetativam, & sensitivam, & formalitèr tribuit earum effectus, ne dicatur, esse formalitèr tres animas in homine. Minor probatur: ideo anima rationalis virtualitèr continet vegetativam, & sensitivam, quia est perfectior illis, & istæ subordinantur ad illam; sed anima rationalis est perfectior forma corporeitatis, & hæc subordinantur ad illam: ergo anima rationalis virtualitèr continet formam corporeitatis.

Respondeo primo: quod anima rationalis, & forma corporeitatis, solum conveniunt genericè, scilicet, in esse formarum, & sic illam

*Resp. 1.*

vir-



virtualitèr non continet, sed potius vtraque continetur in forma, vt sic; sicut homo, & brutum, conveniunt genericè, scilicèt, in esse animalis, & continentur in animalitate, quin vnus alium contineat; at verò anima rationalis, vegetativa, & sensitiva, conveniunt specificè, & tantum individualitèr distinguntur, & sic rationalis, vtpote perfectior, continet illas. Vnde sic in forma respondeo distinguendo maiorem: quia est perfectior illis, & ad illam subordinantur, præcisè, nego; & quia sunt intra eandem speciem, concedo maiorem; distinguo similiter minorem, & nego consequentiam.

*Dices.*

Dices: Petrus, & Paulus sunt intra eandem speciem; sed neuter continet alium: ergo ruit solutio. Distinguo maiorem: intra eandem speciem subalternam tantum, nego maiorem, infimam, concedo maiorem, concedo minorem, & nego consequentiam: nam anima rationalis, vegetativa, & sensitiva sunt intra eandem speciem subalternam tantum, & cum rationalis sit perfectior, ad ipsamquè aliæ subordinantur, illas virtualitèr continet. Sed quia hoc non est valde tutum, & semper difficultas remanet.

Respondeo secundo melius ex Licheto, cum Scoto in 2. dist. 3. quest. 10. § Ad argumenta principalia. Duplicitèr posse aliquid superioris ordinis continere aliud ordinis inferioris. Primo, ordine tantum, & superioritate per simplicem excessum perfectionis, & est, quando inferius numquam attingere potest illam perfectionem, quantumvis crescat in suo ordine. Secundo, non tantum ordine, & superioritate, sed etiam virtute; & est, quando inferius ita continetur in superiori, vt superius possit, quod potest inferius, omniaquè eius munera suplere. Primo modo, anima rationalis continet formam corporeitatis, & Angelus hominem, aliaquè inferiora. Secundo modo, calor, & sicitas continentur in Sole, vegetativa, & sensitiva in anima rationali. Ex qua Scoti autoritate sic in forma.

*Resp. 28*

Respondeo ad argumentum distinguendo primam maiorem: fiat, quod aliqua forma includat aliam virtualitèr, sumpta virtuali continentia pro continentia virtutis, & quod det formalitèr effectum illius, concedo maiorem; sumpta pro continentia ordinis tantum, & superioritatis, per simplicem ex-

*Respòd.*

cesum perfectionis, nego maiorem; distinguoquè similitèr minorem, & nego consequentiam. Quarè nunquam anima rationalis tribuere potest effectum formalem formæ corporeitatis. Fiarquè retorsio in continentia Angeli respectu hominis, eritque ratio pro nostra solutione.

*CONTRA IDEM.*

4

Stat, quod anima rationalis det effectum sibi repugnantem: ergo & quod det homini esse corporeum. Probatùr antecedens: divisibilitas est effectus repugnans animæ rationali, utpote spiritali; sed stat, quod anima rationalis det effectum divisibilitatis: ergo & effectum sibi repugnantem. Maior est certa; quia non minus opponitur corporeum spiritali, quam divisibile indivisibili; sed anima rationalis est indivisibilis, utpote spiritalis: ergo divisibilitas est effectus repugnans animæ rationali.

Minor probatur: anima rationalis formalitèr dat effectum animæ vegetativæ; sed huius effectus est divisibilitas: ergo stat, quod anima rationalis det effectum divisibilitatis. Maior est certa. Primo; quia anima rationalis vegetativam continet, continentia virtutis, quæ est, pos-

se facere omnia, quæ facere potest anima vegetativa, & sensitiva ex Scoto citat in responsione secunda huius argumenti. Secundo: quia alioquin darentur in homine tres animæ formalitèr, quod est falsum. Minor est apud omnes admittenda. Consequentia legitimè infertur.

Respondet Mastrius, quod divisibilitas est effectus præcendens ab anima vegetativa. Sed quid quid sit de hoc. Contra: quælibet forma specificè ab alia distincta, habet effectum sibi proprium, specificèquè diversum ab alia; sed anima vegetativa est forma specificè distincta ab anima rationali: ergo habet effectum specificè ab ea diversum. Maior inductione per omnes formas specie diversas constat. Minor est certa: nam anima vegetativa, & rationalis sunt species animæ; anima namquè prædicatur de illis in *quid*, ut totum potentiale. Susumo nunc: atqui hic effectus, qui cumque ille sit, formalitèr tribuitur animæ rationali: ergo stat, animam rationalem tribuere effectum sibi repugnantem.

*Respōd.*

Respondeo ergo ad argumentum: quod anima rationalis tribuit effectum animæ vegetativæ, in quantum vegetativa, non verò in quantum

*Respōd.*

tum

tum rationalis. Ratio est: quia cum virtualitèr, vel formalitèr contineat has animas habet triplicem virtualitatè, vel formalitatem, & sic secundum virtualitatem, secundum quam est vegetativa, non dat homini sentire, nec è contra; ideoque secundum virtualitatem, secundum quam est vegetativa, dat effectum divisibilitatis.

*Contra.*

Contra: ergo stat, animam rationalem habere in se virtualitatem, secundum quam formalitèr tribuat effectum sibi repugnantem: ergo stabit etiam, in se continere virtualitatem, secundum quam tribuat formalitèr esse corporeum. Nec sufficit dicere: animam rationalem continere vegetativam continentia virtutis, non verò formam corporeitatis, ut dictum est ex Scoto. Non sufficit: quia hoc videtur esse petitionem principijs, quod sic probò.

Non minus repugnat animæ rationali, quia spiritali, corporeitas, quam repugnat, ipsi, quia indivisibili, divisibilitas; sed hanc continet continentia virtutis: ergo & illam tali continentia continebit; vel si istam sic non continet, neque illam, cum æqualis sit repugnantia. Urget certè hæc ratio.

*QVOD INTENSIO NON fiat per maiorem radicationem.*

Si intensio qualitatis fieret per maiorem radicationem in subiecto, sive, quod idem est, per maiorem unionem, informationem, vel inhaerentiam in subiecto, sequeretur, quod si Deus separaret albedinem nivis, & hominis à subiecto, albedo nivis non esset magis intensa, quam albedo hominis, nam non possent retinere modum radicationis in subiecto; sed hoc est falsum: ergo & quod intensio fiat per maiorem radicationem.

S

Dices primo: in tali casu, albedo nivis haberet maiorem radicationem aptitudinalem. Contra: ergo albedo nivis in sua actuali entitate est maior, quam albedo hominis, quod est nostra sententia. Consequentia claret nam talis aptitudo est prædicatum quidditativum albedinis in Thomistarum opinione. Dices secundo: nullam esse intensiorem. Contra primo: nam experiètia constat, quod duæ hostiæ, quarum una sit albior, etiam post consecrationem est albior; ergo ruit solutio. Contra secundo: quia subiectum non dicitur tale secundum formam, nisi quia forma est talis: ergo si albe-

*Dices:*

*Contra.*

*Cont. 1.*

*Cont. 2.*

do

do nivis secundum se non esset intensior; nix non posset appellari magis alba; ergo non tenet solutio.

*CONTRA IDEM.*

6 Alteratio dividitur in intensivam, & extensivam: ergo præcisè distinguitur intensiva ab extensiva penes id, quod est proprium intensivæ, ut intensivæ; & è contra Antecedens est apud omnes receptum, & constat ex dictis in *lib. de Generat.* Consequentia claret in quibuscumque membris dividendis. Sufumo: atqui, quod est proprium extensivæ, ut extensivæ, est, quod fiat in diversis partibus subiecti: ergo per hoc præcisè distinguitur ab intensiva, ut intensiva. Tunc sic, sed extensiva est productio distinctarum partium qualitatis in diversis partibus subiecti: ergo intensiva est productio distinctarum partium qualitatis in eadem parte subiecti: ergo intensio fit per additionem gradus ad gradum: ergo non per maiorem radicationem. Quidam Thomista mihi negavit suppositum antecedentis, scilicet, non dari alterationem extensivam. Quis non ridet? Trepidavit certè, ubi non erat timor.

)(

)(

*QUOD GRADVS QUALITATIS SINT ÆTERHOGENEI.*

7 Cum æquali lumine gloriæ, & inæquali intellectu, distincta in perfectione fit visio, ac cum æquali lumine, & æquali intellectu in sententia Scoti; sed ex Scoto visio est qualitas: ergo ex Scoto datur visio beata perfecta, & perfectior; atqui hoc esset falsum, si gradus qualitatis essent homogenei, seu eiusdem perfectionis; quia tunc non existeret visio perfectior: ergo sunt æterhogenei.

*QUOD GRADVS QUALITATIS SINT HOMOGENEI.*

8 Si gradus qualitatis intensivæ, scilicet, gratiæ, essent æterhogenei, daretur casus, in quo Deus non posset tribuere æqualem gratiam duobus hominibus, æqualitèr benè operantibus; sed hoc est falsum: ergo quia gradus qualitatis sunt homogenei. Probatür sequela: demus duos homines, quorum unus gratiam, ut duo, habeat, & secundum istam intense operetur, & alius habeat gratiam, ut sex, & tamen operetur intense solum ut duo: in hoc casu non posset Deus tribuere utrique æquale præmium; quia primo solum tribueret tertium, & quartum gradum gratiæ, & secun-



cundo non possiet tribuere nisi septimum, & octavum; sed si gradus qualitatis sunt ætherogenci, septimus, & octavus perfectiores sunt tertio, & quarto: ergo sequeretur, &c.

*QVOD QVALITAS IN REMISSIONE non habeat certum terminum.*

9 Ex certo termino qualitatis in intentione non sequitur terminus certus in remissione: ergo qualitas in remissione non habet certum terminum. Probatur antecedens: ex incerto termino magnitudinis in numero, non sequitur incertus terminus parvitaris in numero: ergo ex certo termino qualitatis in intentione, non sequitur terminus certus in remissione.

*QVOD DVO CONTRARIA in summo nequeunt esse simul.*

10 Oppositio formalis provenit a formis; sed duæ formæ totales duorum contrariorum in summo, nequeunt de potentia Dei esse simul: ergo neque duo contraria in summo. Probatur consequentia: duo contraria in summo opponuntur formaliter ex oppositione suarum formarum, scilicet, frigus, & calor, ex oppositione ignis, & aquæ formaliter opponuntur; sed

formæ totales ignis, & aquæ nequeunt esse simul: ergo neque duo contraria in summo. Claret adhuc consequentia: nam contraria opponuntur ex oppositione formatû; sed formæ in summo, seu totales contraria nequeunt esse simul: ergo neque duo contraria in summo.

## EXTRACTATU de Anima.

*QVOD IN HOMINE DENTUR tres animæ formæ.  
litér.*

Homo formaliter vegetat, & sentit: ergo sub aliqua forma formaliter habet hos effectus; atqui anima rationalis non potest præstare formaliter hos effectus: ergo debet dari alia forma, a qua præstentur formaliter. Probo minorem: si anima rationalis hoc faceret formaliter, esset, quia virtualiter contineret formas, formaliter potentes hos præstare effectus; sed ex hoc probatur, quod anima rationalis formaliter non possiet præstare hos effectus: ergo non potest. Probatur minor: etiam si visio beatifica virtualiter contineat formas, quæ formaliter excludunt habituale peccatum, visio beata formaliter non ex-

N. I.

cludit habituale peccatum: ergo ex hac continentia probatur, quod anima rationalis formaliter non possit præstare prædictum effectum. Probatur antecedens: peccatum habituale importat privationem gratiæ, aversionem à Deo, ut ultimo fine, & quod talis aversio sit voluntaria; sed visio beata formaliter hæc tria non excludit: ergo nec peccatum habituale.

Maïor est Thomistarum, ut videre est in Gonet. tom. 3. disp. 4. de Proprietatibus beatitudinis, art. 5. §. 2. num. 87. Minor probatur: nam privationi gratiæ gratia tantum formaliter opponitur; aversioni à Deo, utpote, actus voluntatis, alius voluntatis actus tantum formaliter opponitur; & voluntario in peccato habituali incluso, etiam voluntatis actus formaliter tantum opponitur: ergo visio beata formaliter illa tria non excludit.

*QVOD POTENTIÆ ANIMÆ inter se, & ab anima distinguantur.*

Potentia ad esse distinguitur à potentia operandi; sed substantia est potentia ad esse: ergo potentiæ animæ inter se, & ab anima distinguuntur. Do maiorem, & nego minorem; quia substantia rei est ipsum esse rei; non vero

potentia ad esse est ipsum esse rei. Et imitatur in accidente: quia si potentia ad esse in substantia distinguitur à potentia operandi: ergo etiam in accidente.

*CONTRA IDEM.*

Plus distinguitur esse ab operari, quam vnum principium essendi ab alio principio essendi, & vnum principium operandi ab alio; sed hæc distinguntur realiter: ergo potentia ad esse distinguitur realiter à potentia operandi realiter. Probatur maior: plus distinguntur, quæ sunt in diversis lineis, quam quæ sunt in eadem linea; sed esse, & operari sunt in diversis lineis, & duo esse, vel duo principia operandi sunt in eadem linea: ergo plus distinguitur esse ab operari, quam vnum principium essendi ab alio principio essendi. Distinguo maiorem: plus distinguitur esse ab operari eiusdem esse, quam vnum principium essendi ab alio principio essendi, nego maiorem; ab operari alterius esse, omito maiorem, concedo minorem, & distinguo similiter consequens.

Ad probationem distinguo maiorem: plus distinguntur quæ sunt in diversis lineis prædicamentalibus per se, quam quæ in vna prædi-

camentali, concedo maiorem: quæ sunt in diversis lineis, quarum vna est prædicamentalis, & alia non, sed dimanata, nego maiorem; distinguitur minor, & nego consequentiam. Alloquin ex argumento sequeretur, plus distingui esse accidentis à principio operandi ipsius, quam principium hoc ab alio principio, & esse Dei à principio operandi Dei, quam esse Dei ab esse creaturæ, quod est apud omnes falsum. Lineæ igitur operandi non sunt prædicamentales per se, sed ratione lineæ essendi; quare distinctio harum linearum non arguit maiorem distinctionem in esse, nisi ratione maioris distinctionis in linea essendi à qua proveniunt; cum verò principium operativum huius esse non habeat aliud esse à suo esse, à quo dimanat, hinc nascitur non distingui magis ab esse, quam ab alio principio, licet conveniat in operari cum alio.

*CONTRA IDEM.*

In animabus brutorum potentia sunt distinctæ realiter ab anima: ergo & in animabus rationalium. Probat<sup>ur</sup> antecedens; supponendo illas animas esse divisibiles: quia hoc supposito, potentia videndi huius animæ solum esset in parte animæ capitis,

non in parte animæ pedis, alioquin tota anima videret: ergo potentia animæ brutorum distinguntur ab anima ipsorum. Respondeo, argumentum ad summum probare distingui à parte animæ integralis, non à tota anima; quia non probat distingui ab illa parte animæ, quæ est in capite. Respondeo secundo: quod animæ sensitivæ non habent illas potentias in quantum divisibiles, sed in quantum sensitivæ, sicque cum omni anima identificantur, & videt omnis anima, sed non proit in omni parte exercet munus videndi.

*CONTRA IDEM.*

Sicut se habet actus ad actum, ita potentia ad potentiam; sed actus currendi, & bene currendi, sunt in prædicamento qualitatis: ergo potentia currendi, & bene currendi: sunt in specie qualitatis: ergo distinguitur à re, cuius est potentia.

*QUOD POTENTIÆ ANIMÆ realiter distinguantur ab anima.*

Anima est substantia, & passiones eius sunt potentia: ergo realiter distinguuntur. Probat<sup>ur</sup> consequentia passiones substantiæ realiter distinguuntur ab ipsa; sed per te potentia sunt passiones animæ, quæ est substantia: ergo

realitèr distinguntur ab ipsa. Probatùr maior : passiones substantiæ sunt accidentia: ergo realitèr distinguntur ab ipsa. Probo antecedens ex Scoto in 4. dist. 12. quæst. 1. lit. H. dicente : *Substantiæ autem omnes, si quas habent passiones, sunt accidentia*: ergo passiones substantiæ sunt accidentia.

CONTRA IDEM.

Hæc est ratio probativa: sicut se habet potentia passiva ad patiens, ita activa ad agens; sed potentia passiva est idem realitèr cum patiente, ut patet in materia prima: ergo similitèr. Hæc ratio est nulla: ergo, &c. Probo antecedens: non ita se habent: ergo illa ratio est nulla. Probatùr antecedens: potentia passiva ita se habet ad patiens; ut sit causa totalis receptiva sui actus; sed potentia activa ita se habet ad agens, ut non sit causa totalis productiva sui actus, ut claret in quacumque potentia sensitiva, vel rationali; indigent enim obiecto, seu specie: ergo non ita se habent.

QVOD POTENTIÆ ANIMÆ non distinguantur realitèr ab anima.

Si intellectus, v. g. distingueretur realitèr ab anima, esset, quia anima est substantia, & intellectus ac-

cidens; sed intellectus non est accidens: ergo non distinguitur realitèr ab anima. Probatùr minor: si intellectus esset accidens, esset accidens, quod sit qualitas; sed intellectus non est accidens, quod sit qualitas: ergo intellectus non est accidens. Maior est Thomistarum. Minor probatur: si intellectus est accidens, quod sit qualitas, ut aiunt Thomistæ, habitus non distinguerentur realitèr ab intellectu; sed distinguntur: ergo intellectus non est accidens, quod sit qualitas. Probatùr maior: si intellectus esset qualitas, sine habitu adquireret perfectionem, & facilitatem operandi: ergo si intellectus est accidens, quod sit qualitas, habitus non distinguerentur realitèr ab intellectu. Probatùr antecedens: si intellectus esset qualitas, posset sine habitu intendi: ergo sine habitu adquireret perfectionem, & facilitatem operandi. Probatùr antecedens: omnis qualitas intendi potest: ergo si intellectus esset qualitas, posset sine habitu intendi. Probatùr antecedens: aliqua qualitas intendi potest: ergo omnis. Probatùr consequentia: omnes qualitates sunt eiusdem rationis in ratione qualitatis: ergo si aliqua potest intendi, & omnes.

CON-



## CONTRA IDEM.

9 Datur principium operandi realiter identificatum cum principio essendi: ergo potentia animæ non distinguuntur realiter ab anima. Probatur antecedens: character est in secunda specie qualitatis, sive, est qualitas, quæ est potentia; sed character, prout est potentia, non distinguitur à principio essendi, sive radicali talis potentia: ergo datur principium operandi realiter identificatum cum principio essendi. Consequentia inferitur, maior est D. Thomæ 3. part. quæst. 63. artic. 2. Minor verò probatur: non datur principium essendi, sive radicali, à quo character distinguitur: ergo character, prout est potentia, non distinguitur à principio essendi, sive radicali. Probatur antecedens: tale principium nequit esse naturale; quia character est in entitate supernaturalis. Non supernaturale, nempe, gratia, quia character imprimitur in peccatore, quod, fieri non posset, si character radicaretur in gratia: ergo non datur principium essendi, sive radicali, à quo character distinguitur.

Dices: Characterē esse instrumentum. Contra: ergo in instrumentis non repugnat,

quod principium essendi realiter identificatur cum principio operandi: ergo nec repugnat in causa principali. Probatur hæc consequentia: causa principalis est altioris gradus, quam causa instrumentalis; sed per te in instrumentis non repugnat principium essendi realiter identificatum cum principio operandi: ergo nec repugnat in causa principali.

QVOD ENS SVB RATIONE entis, sit obiectum adequatum terminativum nostri intellectus.

10 Obiectum habitus non præcedit naturaliter obiectum potentia; sed obiectum primarium alicuius habitus intellectualis, scilicet, Metaphisicæ scientiæ, est ens in quantum ens, & non in quantum verum: ergo ens sub ratione entis est obiectum adequatum nostri intellectus. Probo minorem: veritas est passio entis virtualiter in illo contenta, formaliterquæ ab illo distincta: ergo non in quantum verum, sed in quantum ens, est obiectum primarium alicuius habitus intellectualis scientiæ. Confirmatur primo: intellectus comparat ens ad veritatem, & cognoscit illud à veritate distinctum: ergo veritas non est prima ratio cognoscendi ens.

Dices.  
Contra.

Conf. 1.

*Conf. 2.* ens. Confirmatur secundo: aliquid inferius sub ente, scilicet, homo, est cognoscibile independentè à veritate: ergo veritas non est prima ratio cognoscendi ens. Probatur antecedens: homo est cognoscibilis cognitione quidditativa; sed hæc cognitio est independentis à veritate; quia veritas non pertinet ad quidditatem hominis: ergo homo est cognoscibilis independentè à veritate.

*QVOD INTELLECTVS NON sit accidens.*

**II** Si intellectus est accidens, erit accidens, quod est qualitas; sed intellectus non est qualitas: ergo intellectus non est accidens. Maior est opinio Thomistarum. Minor probatur: si intellectus esset qualitas, habitus non distinguerentur ab intellectu realitè; sed distinguntur: ergo intellectus non est qualitas. Probatur maior: si intellectus esset qualitas, sine habitu acquireret perfectionem, & facilitatem operandi: ergo si intellectus esset qualitas, habitus non distinguerentur realitè ab intellectu. Probatur antecedens: si intellectus esset qualitas, posset sine habitu intendi: ergo si intellectus esset qualitas, sine habitu acquireret perfectionem, & facilitatem operandi. Pro-

batur antecedens: omnis qualitas intendi potest: ergo si intellectus esset qualitas, posset sine habitu intendi. Probatur antecedens: aliqua qualitas intendi posset: ergo omnis. Probatur consequentia: omnes qualitates sunt eiusdem rationis in ratione qualitatis: ergo si aliqua potest intendi, & omnes.

*QVOD INTELLIGERE FORMALITÈR CONSISTAT INTENDENTIA ad obiectum.*

Conceptus obiectibus est, qui se tenet ex parte obiecti terminantis: ergo conceptus formalis est, qui se tenet ex parte potentia tendentis: ergo conceptus obiectivus intellectus se tenet ex parte obiecti terminantis intellectiōnem, & conceptus formalis se tenet ex parte intellectus tendentis in obiectum: ergo in tendentia consistit formalitèr nostrum intelligere.

*CONTRA IDEM.*

Intellectus Divinus habet volitionem identificatam, & voluntas intellectiōnem; sed neque intellectus formalitèr vult, neque voluntas formalitèr intelligit: ergo intelligere non consistit formalitèr in receptione ipsius, sed in tendentia ad obiectum. Dices: non esse subiecta capacia talium operationum. Contra: sunt subiecta capacia

12

13

*Dices.**Contra.*

cia

cia ob identitatem, vt reali-  
tèr exerceant illas operatio-  
nes : ergo si intellectio, &  
volitio receptæ facerent sub-  
iectum intelligentem, & vo-  
luntatem formalitèr, intel-  
lectus Divinus formalitèr  
vellet, & voluntas intelligen-  
ret, cum vltra capacitatem  
ob identitatem realem ad  
exercendas realitèr has ope-  
rationes, habeant in se intel-  
lectionem, & volitionem.

*CONTRA IDEM.*

14 Si intelligere formalitèr  
consistit in receptione intel-  
lectionis, effectus primarius  
intellectionis est reddere sub-  
iectum intelligentem, vt pa-  
tet de albedine, calore, &c.  
ergo in quocumque subiecto  
ponatur intellectio, reddet-  
ur formalitèr intelligens.  
Probatur consequentia : im-  
plicat, formam non commu-  
nicare cuicumque subiecto  
suum effectum primarium;  
sed si intelligere consistit in  
receptione, daretur forma,  
quæ suum effectum prima-  
rium non communicaret  
subiecto : ergo vel in quo-  
cumque subiecto, quod po-  
natur intellectio, reddet il-  
lum formalitèr intelligen-  
tem; vel daretur forma non  
communicans suum effec-  
tum primarium. Probatur  
maior : implicat, personali-  
tatem communicari cuicum

que naturæ, & quod non  
communicet ipsi suum effec-  
tum primarium, scilicèt, fa-  
cere ipsam in communicabi-  
lem, seu ipsam vltimate com-  
plere : ergo paritèr.

*QVOD INTELLIGERE FOR-  
malitèr non consistat intenden-  
tia ad obiectum.*

15 Si intelligere formalitèr  
consisteret in relatione ten-  
dentia, illa relatio, vel esset  
intrinsicus adveniens, vel ex-  
trinsicus : quodcumque di-  
cas, est falsum : ergo non in-  
tendentia consistit nostrum  
intelligere. Probo minorem:  
si intrinsicus adveniens? ergo  
positis fundamento, quod est  
intellectio recepta in intellec-  
tu, & termino, qui est obiec-  
tum, & necessario resultat  
intelligere : ergo similiter  
erit de velle formalitèr : er-  
go voluntas non est libera,  
quod est falsum.

Si extrinsecus adveniens?  
Contra : quia relatio extrin-  
secus adveniens non necessa-  
rio resultat, positis fundamē-  
to, & termino; sed his positis  
in intellectu, necessario resul-  
tat intelligere : ergo intelligen-  
re formalitèr non stat in ten-  
dentia ad obiectum, quæ qui-  
dem tendentia sit relatio ex-  
trinsicus adveniens. Probatur  
minor : posita intellectione  
in intellectu, & posito obiec-  
to, necessario resultat intel-  
li-

*Contra.*

ligere; sed intellectio recep-  
ta in intellectu est fundamen-  
tum, & obiectum terminus:  
ergo positus fundamento, &  
termino in intellectu, neces-  
sario resultat intelligere. Si  
negas maiorem, infero: er-  
go posita in intellectu intel-  
lectione, & posito obiecto,  
necessario non resultat intel-  
ligere: ergo requiritur ali-  
quid aliud: ergo in illo alio  
consistit intelligere formalitèr.

*QVOD INTELLIGERE FOR-  
malitèr in receptione simul, &  
perceptione consistat.*

16 Intelligere formalitèr est  
totum per accidens: ergo in  
vtroque consistit. Antecedens est Scoti in 1. dist. 3.  
quest. 7. §. Ad questionem, nu-  
mer. 20. Et in 2. dist. 3. quest. 8.  
ubi ait: *Intellectio non prove-  
nit ab uno per se principio,  
sed ab agregato ex diversis  
principijs agendi. Et quodlibet.*  
13. §. *Ad argumentum princi-  
pale.* Consequentia patet:  
quia in hoc distinguitur to-  
tum per accidens a conereto,  
sivè substantiali, sivè acciden-  
tali, quod conereturum dicit  
vnum per se, & aliud per ac-  
cidens; vnum in recto, &  
aliud in obliquo; totum ve-  
rò per accidens omnia dicit  
per se, & in recto; atqui in-  
telligere est totum per acci-  
dens, ut ait Scotus: ergo in

vtroque consistit. Si negas  
maiorem, assigna disparita-  
tem inter acerbum lapidum,  
& album.

*QVOD INTELLIGERE CON-  
sistat in receptione intel-  
lectionis.*

Denominativum, & de-  
nominans incipiunt per ead-  
dem syllabas; sed intelligens  
est denominativum: ergo inci-  
pit eadem syllaba, ac denomi-  
nans; atqui non tendentia,  
sed intellectio incipit ead-  
dem syllaba, ac intelligens:  
ergo non in tendentia, sed in  
intellectione consistit intelli-  
gere. Maior patet. Minor est  
communis. Consequentia le-  
gitima, & cætera vera.

*QVOD VOLUNTAS SIT  
perfectior intellectu.*

18 Intellectus est abstrahens,  
voluntas non: ergo magis  
perfecta est voluntas. Proba-  
tur consequentia: quod non  
abstrahit ab existentia, magis  
perfectum est, quam quod  
abstrahit; sed per te intellec-  
tus est abstrahens, voluntas  
verò non: ergo est magis  
perfecta. Probatum maior:  
quod abstrahit, magis reced-  
dit ab actu, & accedit ad po-  
tentiam; sed quod magis re-  
cedit ab actu, & accedit ad  
potentiam, est minus perfec-  
tum: ergo quod non abstra-  
hit ab existentia, magis per-  
fectum est, quam, quod ab-  
tra-



trahit. Probatur maior: quod abstrahit, magis accedit ad vniuersale, & recedit à particulari; vniuersale enim est ens in potentia, & particulare in actu: ergo quod abstrahit, magis recedit ab actu, & accedit ad potentiam. Maior est certa; quia in Philisicis quod magis recedit à forma, & accedit ad potentiam, seu materiam, est minus perfectum: ergo similiter.

Conf. 1.

Confirmatur primo: intellectus in suis operationibus minus assimilatür Deo, quam voluntas: ergo hæc est magis perfecta. Probatur antecedens: intellectus in suis operationibus est magis potentialis, quia magis vniuersalis, & magis abstrahens ab actu, & existentia, quam voluntas; sed quod magis est potentiale, minus assimilatür Deo, purissimo actui, nullo modo vniuersali, nec ab existentia abstrahibili: ergo intellectus in suis operationibus, minus assimilatür Deo, quam voluntas. Confirmatur secundo: noticia intuitiva magis perfecta est, quam abstractiva, hæc enim vniuersalior est illa: ergo voluntas, quia non abstrahit ab existentia, magis perfecta est.

(\*)  
\*\*\*

QVOD INTELLECTVS SIT  
perfectior voluntate.

Per maiorem perfectionem obiectorum venimus in cognitionem maioris perfectionis potentiarum; nam potentia specificantur per actus, & actus per obiecta, saltem manifestatiue: ergo ea potentia, cuius obiectum est perfectius, erit perfectior; atqui obiectum intellectus est perfectius, quam obiectum voluntatis: ergo & ipse intellectus est perfectior, quam voluntas. Probatur minor: obiectum intellectus est verum, voluntatis est bonum; sed veritas est perfectior, quã bonitas: ergo obiectum intellectus est perfectius quam, &c. Probatur minor: obiectum scientia speculatiua, in omnium sententia, est perfectius, quam obiectum scientia practica; sed veritas est obiectum scientia speculatiua; bonitas autem practica: ergo veritas est perfectior, quam bonitas.

QVOD DEVS NON POTEST  
se solo producere volitionem in  
voluntate creata, merè passi-  
uè se habente.

Contra Scotistas. Si Deus produceret se solo volitionem in voluntate creata, merè passiuè se habente, volitio illa non caderet sub potestate voluntatis creatæ; sed

li hoc

hoc nequit dici, neque Scotistæ dicunt: ergo nequit Deus se solo producere volitionem in voluntate creatâ, merè passivè se habente. Probatur maior: hæc volitio à solo Deo producta, se haberet respectu voluntatis creatæ, sicut se habet Phisica qualitas Thomistica; sed hæc non cadit sub potestate voluntatis creatæ, iuxta omnes Scotistas: ergo volitio illa non caderet sub potestate voluntatis creatæ. Probatur maior: Ideò Phisica qualitas Thomistica non cadit sub potestate voluntatis creatæ, quia est determinata ad unum; atqui posita in voluntate creatâ volitione à solo Deo producta, voluntas esset determinata ad unum: ergo volitio à solo Deo producta se haberet respectu voluntatis creatæ sicut se habet Phisica qualitas Thomistica.

Probatur minor: posita in voluntate creatâ volitione à solo Deo producta, non posset voluntas aliud obiectum amare: ergo esset determinata ad unum. Nec dicas: voluntatem posse cessare ab amore; quia etiam voluntas, posita Phisica qualitate Thomistica, posset cessare; quo non obstante, rejicitur ab Scoto, & omnibus Scotistis.

*QVOD DEVS SE SOLO NON potest producere intellectionem in intellectu creato, merè passivè se habente.*

Deus nequit se solo producere volitionem in voluntate, merè passivè se habente: ergo nec intellectionem in intellectu merè passivè se habente. Consequentia est legitima; quia eadem est de utraque ratio, scilicet, quid quid potest Deus facere in genere causæ efficientis, medijs causis secundis, potest facere se solo. Antecedens autem probatum manet argumento præcedenti.

*QVOD PRIMA RADIX INTRINSECA libertatis nostræ non est indifferentia iudicij.*

Concursus Dei generalis indifferens, & paratus ad vtrumlibet, non est radix nostræ libertatis: ergo indifferentia iudicij non est radix nostræ libertatis. Antecedens est generalis omnium sententia: nullus namque hucusque dixit: radicem nostræ libertatis esse indifferentiam concursus generalis Dei. Consequentia verò probatur: concursus generalis Dei indifferens, & paratus ad vtrumlibet, non minus, quin potius magis, requiritur ad libere agendum, quam indifferentia iudicij; atqui iuxta con-

cessa concursus Dei generalis indifferens, & paratus ad vtrumlibet, non est radix nostræ libertatis: ergo nec in differentia iudicij. Probat maior: cum indifferentia concursus generalis Dei non est composibilis necessitas actionis, vel suspensionis eius, si cætera requisita ad sint; atqui cum indifferentia iudicij est composibilis necessitas actionis, & non suspensionis eius: ergo concursus generalis Dei indifferens, & paratus ad vtrumlibet, non minus, quin potius magis, requiritur ad libere agendum, quam indifferentia iudicij. Maior est indubitata.

Probat minor: quo ad primam partem: posito iudicio indifferenti de amore, vel odio alicuius obiecti, potest Deus præstare concursum ad amorem, denegato concursu ad odium; sed in hoc casu, voluntas necessitabitur, quo ad specificationem: ergo cum indifferentia iudicij est composibilis necessitas actionis. Minor est certa: quia in tali casu voluntas necessario amabit. Probat maior: Deus non cogitur à iudicio indifferenti, vt prætet concursum indifferentem ad vtrumque paratum; vt est manifestum: ergo posito

iudicio indifferenti de amore, vel odio alicuius obiecti, potest Deus præstare concursum ad amorem, denegato concursu ad odium. Probat quò ad secundam partem: posito tali iudicio indifferenti, & concursu Dei ad amorem, potest Deus continuare talem concursum; sed in hoc casu voluntas non posset desistere ab actu amoris: ergo cum indifferentia iudicij est composibilis necessitas non suspensionis actus. Consequencia apparet, & præmissa consistat ex probatione, quo ad primam partem.

*CONTRA IDEM.*

Libertas voluntatis non radicatur supra indifferentiam iudicij: ergo prima radix nostræ libertatis non est indifferentia iudicij. Probat antecedens: indifferentia libertatis non radicatur supra indifferentiam iudicij: ergo libertas voluntatis non radicatur supra indifferentiam iudicij. Probat antecedens: indifferentia libertatis est modus, vel differentia voluntatis, ipsam distinguens à potentia naturali; sed modus, & differentia cuiuscumque rei, non dimanat ab alio distincto à re; sed ab ipsa re: ergo indifferentia libertatis non radicatur supra indiffe-

rentiam iudicij. Præmissæ sunt certæ. Consequentia patet : quia indifferentia iudicij est quid distinctum à voluntate.

*CONTRA IDEM.*

24 Si indifferentia iudicij esset radix libertatis, nunquam esset indifferentia iudicij sine libertatis usu ; sed potest esse libertatis usus sine indifferentia iudicij : ergo prima radix nostræ libertatis non est indifferentia iudicij. Maior patet : nam quia rationalitas est radix risibilitatis, nunquam potest esse rationalitas sine risibilitate. Probat minor : iudicium rationis, & electio voluntatis, sunt duo actus distincti ; sed hoc ipso potest Deus influere cum intellectu in actum iudicij, suspendendo influxum in actum electivum voluntatis : ergo indifferentia iudicij potest esse sine libertatis usu. Consequentia est legitima.

*CONTRA IDEM.*

25 Determinatio iudicij non radicat determinationem voluntatis : ergo nec indifferentia iudicij radicat indifferentiam voluntatis, & consequenter non est radix libertatis. Probat minor : id dicitur radix alicuius, quo posito, nunquam potest poni oppositum radicaliter radici ; sed stante determinatio-

ne iudicij, potest voluntas aliquando ponere oppositum determinationi iudicij : ergo determinatio iudicij non radicat determinationem voluntatis. Maior est certa, & explicari valet in quacumque radice, claritatis autem gratia, explicatur in rationalitate : nam quia hæc est radix risibilitatis, nunquam potest cum rationalitate poni inhilabilitas, risibilitati opposita. Minor patet : nam in via, posita determinatione iudicij potest voluntas ommittere actum : ergo saltém huius libertatis non est radix determinatio iudicij. Consequentia est legitima.

*CONTRA IDEM.*

Indifferentia iudicij non infert in voluntate libertatem : ergo non est radix illius. Probat minor : Concilium Tridentinum *Sess. 6. cap. 5.* & *Canone 4.* diffinit contra Hæreticos Calvinistas, Lutheranos, Jansenistas, efficaciam gratiæ non tollere à voluntate libertatem ; sed hoc non ob indifferentiam iudicij : ergo indifferentia non infert in voluntate libertatem quo ad exercitium. Probat minor : Concilium ibi non memorat indifferentiam iudicij, sed solum mentionem facit de indifferentia voluntatis, ratione cuius, ait

Con-



Conf. 1.

Concilium, nos posse Divinae gratiae resistere: ergo non ob indifferentiam iudicij diffinit Concilium, efficaciam gratiae non tollere à voluntate libertatem. Confirmatur primo: si indifferentia iudicij esset radix libertatis, vana esset Catholicorum disputatio cum Hæreticis, libertatem negantibus: ergo. Probatur antecedens primo: nam etiam ipsi Hæretici concedunt, per gratiae efficaciam non tolli indifferentiam iudicij: ergo vana esset Catholicorum disputatio cum Hæreticis, libertatem negantibus, si indifferentia iudicij esset radix libertatis. Secundo: nam quando Catholici arguerent Hæreticos, possent Hæretici respondere, voluntatem liberam manere, quia manebat indifferentia iudicij: ergo idem, quod antea.

*QVOD PRIMA RADIX LIBERTATIS nostrae sit indifferentia iudicij contra Scotistas.*

27

Indifferentia voluntatis, seu libertas contingentiae, oritur ab indifferentia intellectus proponentis: ergo indifferentia iudicij est radix libertatis. Probatur antecedens: indifferentia voluntatis ita dependet ab indifferentia intellectus proponentis, ut si intellectus non esset indiffe-

rens in proponendo, nec voluntas esset contingens in amando: ergo indifferentia voluntatis, seu libertas contingentiae, oritur ab indifferentia intellectus proponentis. Probatur antecedens: ita voluntas in operando dependet à propositione obiecti per intellectum, ut si intellectus obiectum non proponat, voluntas non velit: ergo indifferentia voluntatis, seu libertas contingentiae, ita pendet ab indifferentia intellectus proponentis, ut si intellectus non esset indifferens in proponendo, nec voluntas esset contingens in amando.

Antecedens est in Schola D. Thomae communis, & in Scoti Schola probabilis, id què docet Magister in 1. dist. 10. quest. unica ad ultimum, citans Div. Augustinum num. 15. de Trinitate, cap. 27. Et dist. 12. §. Quantum ad istum articulum. ubi ex intrinseco, & essentiali ordine harum potentialium ad invicem, inquit, voluntatem non posse circa aliquod obiectum exire in actum secundum, nisi prius circa illud idem intellectus in actum exierit: Docet etiam in 2. dist. 42. quest. 4. §. Quantum ad primum. Et §. Contra primum modum, ubi ait: Impossibile est, voluntatem velle in actu, nisi sit actualis intel-

*Intellectio in intellectu, & quod aliqua intellectio seu cognitio, necessario precedit omne velle. Deinde idem habet Doctor quodlib. 14. & 15. & alibi saepe.*

Consequentia verò probatur: ex eo, quod voluntas in operando, ita dependeat à propositione per intellectum, ut si intellectus obiectum non proponat, voluntas non velit; optimè inferitur, quod indifferentia voluntatis ita dependet ab indifferentia intellectus proponentis, ut si intellectus non esset indifferens in proponendo, nec voluntas esset contingens in amando; atqui iuxta concessa, ita voluntas in operando dependet à propositione obiecti per intellectum, ut si intellectus obiectum non proponat, voluntas non velit: ergo indifferentia voluntatis, seu libertas contingentiae, ita dependet ab indifferentia intellectus proponentis, ut si intellectus non esset indifferens in proponendo, nec voluntas esset contingens in amando.

Probatur maior: ex eo, quod voluntas non possit agere, nisi moveatur ab intellectu proponente obiectum, optimè inferitur, quod non possit agere indifferentè, vel contingentè, nisi contin-

gentè, vel indifferentè moveatur ab intellectu: ergo ex eo, quod voluntas in operando, ita dependeat à propositione per intellectum, ut si intellectus obiectum non proponat, voluntas non velit; optimè inferitur, quod indifferentia voluntatis ita dependet ab indifferentia intellectus proponentis, ut si intellectus non esset indifferens in proponendo, nec voluntas esset contingens in amando. Probatur antecedens: ex eo, quod causa secunda non possit agere, nisi mota à prima, optimè inferitur, quod causa secunda non possit agere contingentè, nisi prima contingentè moveat: ergo paritèr. Antecedens est Scotistarum sententia cum Scoto, quam contra Ill. Godoy propugnāvimus tom. 2. in 1. sent. disp. 54. scilicet, quod si causa prima ageret necessarîo, secunda agere liberè non posset, & rationem dedimus disp. cit. num. 10. quia, nempe, voluntas creata non agit nisi mota à prima, quæ in data hypoteli necessarîo moveret. Consequentia videtur paritate legitima.

Hoc argumentum facilis solutionis erat, si diceretur: voluntatem in operando non dependere à propositione intellectus, quia volun-

tas potest ferri in incognitum, vt de potentia ordinaria evenire posset, & interdum contingere, tenet D. Bonaventura tom. 2. *Opusc. tract. de Mystica Theolog. quest. unica in fine, & in Itinerario Animæ, cap. 7.* quam opinionem defendit Faber. *disp. 9. de Pœnit. numer. 171. Carthus. lib. 2. de Vita solitaria, art. 8. Gerson Alphab. 69. lit. O.* Imo facilius solvi posset argumentum, si diceremus: saltem de potentia Dei absoluta posse voluntatem ferri in incognitum, vt tenet Vulpes. *tom. 1. part. 2. disp. 14. art. 3. numer. 12. in solutione cuiusdam objectionis. Cabellus disp. 3. de Anima, sect. 13. concl. 1. citans Palud. in 4. disp. 49. quest. 1. art. 2. Et Ferrar. 3. contra Gentes, cap. 49. §. Ad evidentiam.*

Cæterum concessio, voluntatem per nullam potentiam posse ferri in incognitum, quod probabilius iudico. Respondeo primo ad argumentum, negatis negandis, negando ultimam consequentiam. Disparitas est: quia libertas Divina est radix extrinseca libertatis creatæ, vt tenent omnes Scotistæ cum Magistro in 1. *dist. 2. quest. 2. §. Ostenso esse de Proprietatib. Et dist. 8. quest. ultim. Et dist. 39. Et dist. 42. Et in 2. dist. 1.*

*quest. 3. & alibi frequenter.* Vnde deficiente voluntate Divina, deficeret, & creata, quia deficiente radice deficit radicatam, vt latè ostendimus tom. 2. *cit. in 1. sent. disput. 54. per totam, & præsertim, §. 4.* Ast indifferentia intellectus in proponendo non est radix libertatis, vt probatum manet in *tom. 7. disp. 6. à num. 25. usque ad 31. Et numer. 38. sed est tantum conditio, & talis conditionis, quod illa non stante, stat in indifferentia voluntatis, vt numer. citat. est dictum.*

Respondeo secundo aliam disparitatem dando ad ultimum entimema. Disparitas est: quia causa prima potest movere secundam ad agendum necessario tam, quo ad specificationem, quam, quo ad exercitium, præbendo, scilicet, concursum ad præcisè agendum, & suspendendo concursum ad non agendum. Ast intellectus non potest proponere voluntati obiectum sine indifferentia, saltem contradictionis, quia esse proponibile cum tali in differentia, est intrinsecum cuilibet obiecto. Ex quo manifeste apparet nullitas paritatis.

CONTRA IDEM.

Posito concursu Dei determinato ad amorem, necess-

Resp. 2.

Resp. 1

cessitatur voluntas ad illum necessitate quo ad exercitiū: ergo posita determinatione in intellectu, necessitatur voluntas quo ad exercitiū. Consequentia paritate videtur certa: nam ita requiritur propositio intellectus, ut voluntas operetur, sicut concursus Dei requiritur. Antecedens probatur: sine concursu Dei indifferenti ad amandum, & non amandum, nequit voluntas esse potens ad amandum, & non amandum: ergo posito concursu Dei determinato ad amorē, necessitatur voluntas ad illum necessitate quo ad exercitiū. Consequentia est legitima. Antecedens videtur certum.

*Resp. 1.*

Respondeo primo ad argumentum distinguendo antecedens: posito concursu Dei determinato ad amorē proveniente omnino ab extrinseco, necessitatur voluntas ad illum necessitate quo ad exercitiū, concedo antecedens: proveniente ab intrinseco, nego antecedens, & ommissa consequentia in primo sensu, illam nego in secundo. Certum itaque est, quod posito concursu Dei determinato ad amorē, v.g. voluntas necessitatur ad amorē, ita quod defectu concursus indifferentis nec om-

mitter, nec omittere possit amorē. Cæterum hæc necessitas ad amorē, & impotentia ad omissionem, non competunt voluntati ab intrinseco, sed ab extrinseco, scilicet, ex defectu concursus indifferentis, qui est vnum ex prærequisitis necessario ad agendum, vel non agendum.

Respondeo secundo aliter distinguendo antecedens: posito concursu Dei determinato ad amorē, necessitatur voluntas necessitate quo ad exercitiū proxima, concedo antecedens; remota, nego antecedens, & ommissa consequentia in primo sensu, nego illam in secundo. Tertio alijs terminis distinguo antecedens: posito concursu Dei determinato ad amorē, necessitatur voluntas, quo ad vsum libertatis, seu in actu secundo, necessitate quo ad exercitiū, concedo antecedens; quo ad libertatem, seu in actu primo nego antecedens, & ommissa consequentia in primo sensu, nego illam in secundo.

*Resp. 2.*

Dividitur itaque libertas in remotam, & proximam. Remota est nuda virtus potentia ex se, & intrinsicè indifferens ad agendum, vel non agendum. Proxima est, qua



que præter nativam virtutem potentia, connotat omnia prærequisita ad agendum, quæ sunt extrinseca potentia. Item: nulli dubium, quod libertas distinguatur ab usu libertatis, sicut nulli dubium, quod potentia distinguatur ab exercitio sui. Denique certum est, quod libertas dividitur in libertatem in actu primo, & in actu secundo, quæ divisio coincidit cum libertate, & usu illius. Vnde licet posito concursu Dei determinato ad amorem, impediatur ab extrinseco libertas proxima, & in actu secundo, seu usu libertatis, quia deest vnum, & sane, præcipuum requisitum ad agendum, vel suspendendum actum; non ob hoc tollitur à voluntate libertas remota, & in actu primo, quæ est illi intrinseca.

Resp. 4.

Respondeo quarto negando antecedens, ad cuius probationem nego etiam antecedens, & ratio est: nam posito concursu Dei determinato ad amorem, Deus libere præbet prædictum concursum: ergo non est, unde voluntas necessitetur ad amorem, & impotens sit ad illum suspendendum. Antecedens est manifestum: nam Deus ad extra libere agit. Consequentia probatur: id, quod Deus

præberet, necessario agendo, potius necessitaret voluntatem, quam id, quod Deus præbet, libere agendo; sed concursus, quem Deus præberet, necessario agendo, non necessitaret voluntatem ad agendum, reddendo illam impotentem ad suspendendum actum: ergo non est, unde voluntas necessitetur ad amorem, & impotens sit ad illum suspendendum. Consequentia videtur legitima. Minor est Thomistarum, cum quibus Ill. Godoy, qui *tom. 2. in 1. part. disput. 54.* asserit, quod si causa prima ex necessitate naturæ operaretur, posset nostra voluntas libere operari. Maior verò patet ex dictis *tom. 2. in 1. sent. disput. 54. per totam.*

Denique: licet verum esset antecedens, adhuc consequens esset falsum, quod ut appareat. Respondeo quinto, omisso antecedenti, negando suppositum consequentis; supponit namque, quod intellectus posset proponere voluntati obiectum sine indifferentia contradictionis, quod esse falsum, diximus in *tom. 7. disp. 6. num. 86. eo*, quod esse proponibile cum tali indifferentia est intrinsicum cuiilibet obiecto. Et ex hac suppositi falsitate apparet disparitas: nam Dei

Resp. 5.

concurfus potest esse deter-  
minatus præcisè ad amo-  
rem, propositio autem intel-  
lectus nequit esse ita determi-  
nata ad amorem, vt non sit  
etiam ad suspendendum  
amorem; quare dato adhuc  
gratis antecedenti, paritas  
non vrget.

*CONTRA IDEM.*

29 Voluntas creata non agit,  
nisi mota ab intellectu pro-  
ponente obiectum: ergo si  
intellectus proponens obiec-  
tum, necessario mouet vol-  
untatem creatam, voluntas  
creata necessario aget. Ante-  
cedens est certum. Conse-  
quentia probatur: ideo per  
nos causa secunda nequit li-  
bere agere, si causa prima ne-  
cessario ageret, quia causa se-  
cunda non agit, nisi mota à  
prima; sed iuxta a nobis con-  
cessa, voluntas creata non  
agit, nisi vt mota ab intel-  
lectu proponente obiectum:  
ergo si intellectus proponens  
obiectum, necessario mouet  
voluntatem creatam, volun-  
tas creata necessario aget.

*Resp. I.* Ad hoc argumentum iam  
ex dictis constat solutio. Res-  
pondeo primo concessio ante-  
cedenti, distinguendo con-  
sequens: ergo si intellectus  
proponens obiectum necessa-  
rio quo ad specificationem,  
& quo ad exercitium, mouet  
voluntatem creatam, volun-

tas creata necessario aget, co-  
cedo consequentiam; neces-  
sario præcisè, quo ad speci-  
ficationem, sub distinguo:  
voluntas necessario quo ad  
specificationem aget, conce-  
do consequentiam; quo ad  
exercitium, nego consequen-  
tiam. Ad cuius probationem,  
distinguo maiorem: si causa  
prima necessario, quo ad spe-  
cificationem, & exercitium  
ageret, concedo maiorem; si  
necessario præcisè quo ad  
specificationem ageret, ne-  
go maiorem; & concessa mi-  
nori distinguo consequens  
distinguitioe data. Respondeo  
secundo distinguendo ante-  
cedens: nisi mota ab intel-  
lectu proponente obiectum,  
tanquam à pura conditione  
requisita ad agendum, con-  
cedo antecedens; tanquam à  
radice agendi, nego antece-  
dens; in hoc ergo sensu est à  
nobis concessum antecedens.  
Distinguo etiam consequens:  
si modus proponendi obiec-  
tum esset radix modi agendi  
voluntatis, concedo conse-  
quentiam; si sit pura condi-  
tio, nego consequentiam.  
Ad probationem distinguo  
maiorem: nisi mota à prima,  
tanquam à radice modi agen-  
di voluntatis creatæ, conce-  
do maiorem; tanquam à pu-  
ra conditione, nego maio-  
rem, & distinguo minorem.

*Resp. 2.*

&

& consequens, vt dicitur xi.

Replicabis contra hanc secundam solutionem: quod modus agendi voluntatis dependeat a modo proponendi intellectus, tanquam a pura conditione, sufficit, vt non stante indifferentia propositionis, non stet indifferentia in voluntate: ergo etiam sufficit, vt a voluntate libertatem auferat, & consequenter ruit nostra solutio. Probatur antecedens: quod voluntas in agendo dependeat ab intellectu proponente obiectum, tanquam a pura conditione, sufficit, vt non stante propositione obiecti; non stet potentia in voluntate ad agendum: ergo pariter: quod modus agendi voluntatis dependeat a modo proponendi intellectus, tanquam a pura conditione, sufficit vt non stante indifferentia propositionis, non stet indifferentia in voluntate. Antecedens est certum. Consequentia bona a paritate videtur.

Respondeo negando antecedens, ad cuius probationem distinguo antecedens: quod voluntas in agendo dependeat ab intellectu proponente obiectum, tanquam a pura conditione absolute, sufficit, vt non stante propositione obiecti, non stet po-

tentia in voluntate ad agendum, nego antecedens; tanquam a tali conditione, concedo antecedens, & nego consequentiam. Explico distinctionem, & disparitatem assigno. Voluntas itaque in agendo dependet ab intellectu proponente obiectum, tanquam a conditione essentialiter preterrequisita, sicut vnio partium preterrequisitur essentialiter ad esse totius; ita enim docetur ab opinantibus, voluntatem non posse ferri in incognitum: At modus agendi voluntatis non dependet a modo proponendi intellectus; tanquam a conditione essentialiter preterrequisita; cum adhuc stante determinatione intellectus in modo proponendi, stet indifferentia in voluntate, ex dictis in *tom. 7. disp. 6. num. 85.* Et locis ibi citatis.

Amplius etiam explico disparitatem: nam non mirum, quod voluntas in agendo dependeat ab intellectu proponente obiectum, tanquam a conditione, essentialiter preterrequisita, quia hoc adminus dicere debent opinantes, voluntatem per nullam potentiam, etiam Diuinam, posse ferri in incognitum, qua opinione supposita, facta est replica. Ceterum obiecto semel proposito, est

contra excellentiam, & naturam rationem voluntatis, quod in modo agendi dependeat à modo proponendi intellectus, tanquam à conditione, prærequisita essentialiter; quia eius potestas, & dominium, stat in eo, quod obiecto semel proposito, possit pro suo libito agere, vel non agere circa illud, quomodocumque ab intellectu proponatur.

*CONTRA IDEM.*

Non stante certitudine in intellectu, non stat securitas in voluntate, & non stante dubitatione in intellectu, non stat timor in voluntate: ergo non stante indifferentia in intellectu, non stat libertas in voluntate. Respondeo esse disparitatem: nam securitas non est actus, qui est pars fortitudinis, ut tenent Thomistæ, sed est passio, quæ est in voluntate opposita timori, & sic etiam timor est passio, quæ est in voluntate: at libertas non est passio, sed actus, & in hoc stat disparitas.

*QUOD VOLUNTAS POSSIT à Deo pati violentiam in suis actibus.*

Voluntas multos elicit actus contra suam inclinationem: ergo violentatur. Probatum antecedens: voluntas elicit actus nollitionis, & tristitiz; sed isti actus sunt con-

tra propriam inclinationem voluntatis: ergo voluntas multos elicit actus contra suam inclinationem. Probatum minor: isti actus sunt voluntarij, & poenales: ergo isti actus sunt contra propriam inclinationem voluntatis. Respondeo distinguendo antecedens: sunt voluntarij respectu obiectorum, concedo antecedens: respectu ipsorum actuum, nego antecedens, & consequentiam. Explicatur solutio: voluntas, & si nolit obiectum triste, vult tamen suam tristitiam, cum tristitia nihil aliud sit, quam nollitio obiecti tristici. Contra: ergo saltim esset voluntati violenta apprehensio obiecti tristici, quam positivè nolet. Concedo; quia hoc tantum convincit, voluntatem violentari in actibus, ab alia potentia elicitis.

*CONTRA IDEM.*

Quando voluntas per suum imperium actum à se eliciendum imperat, negato Dei concursu ad talem actum, vel est violenta voluntas, vel non? Si primum? tenet argumentum. Si secundum? ergo talis negatio non est voluntati violenta: ergo nec esset voluntati violenta negatio omnis concursus. Probatum hæc consequentia: nam sicut ad singulos actus libere ten-

*Respōd.*

*Contra:*

32

dit

30

*Respōd.*

31



dit voluntas, ita absque vlla violentia posset ad quemlibet actum concursus voluntati denegari: ergo nec esset voluntati violenta negatio omnis concursus.

*CONTRA IDEM.*

Etiam si voluntas in ordine ad hunc, vel illum actum considerata, libere operetur, in ordine tamen ad totam collectionem actuum considerata, necessario operatur: ergo negatio omnis concursus est voluntati violenta. Probatur consequentia: violentum est, quod est contra naturalem inclinationem subiecti, sive talis inclinatio sit activa, sive passiva ex Div. Thoma 1. 2. artic. 4. ad secundum, à Gonet citat In hac *quest. num. 57.* atqui negatio omnis concursus voluntati, est contra eius inclinationem activam: ergo negatio omnis concursus est voluntati violenta. Maior est Thomistarum. Minor constat ex præcedenti antecedente. Legitima est consequentia.

Respondebis: talem negationem esse secundum quid violentam, quia est contra inclinationem particularis voluntatis; simpliciter verò naturalem, quia est iuxta inclinationem, quam dicit voluntas ad obediendum Deo. Contra primo: negatio talis con-

cursus est voluntati simpliciter violenta: ergo ruit solutio. Probatur antecedens: negatio talis concursus infert in voluntate violentiam secundum propriam inclinationem: ergo negatio talis concursus est voluntati simpliciter violenta. Probatur consequentia: hoc ipso, quod voluntas sit violenta contra suam propriam inclinationem, est simpliciter violenta; sed per te, negatio talis concursus infert in voluntate violentiam secundum propriam inclinationem: ergo negatio talis concursus est voluntati simpliciter violenta. Probatur maior: hoc ipso, quod voluntas sit secundum propriam inclinationem naturalis, est simpliciter naturalis: ergo pariter. Probatur consequentia, per illud axioma: *oppositorum eadem est ratio.*

Contra secundo: hæc duplex inclinatio voluntati repugnat: ergo ruit solutio. Probatur antecedens: si esset in voluntate peculiaris inclinatio ad obediendum Deo, diversa ab inclinatione, quã ad bonum proprium habet, sequeretur, esse in voluntate potentiam per se primo ordinatam ad formas supernaturales; sed hoc repugnat: ergo & repugnat illa duplex inclinatio voluntati. Proba-

tur

33

*Respd.*

*Cont. 1.*

*Cont. 22*

tu maior: voluntas per huiusmodi inclinationem per se primo ordinatur ad recipiendum omnem effectum, quem Deus posset in ea producere; sed aliquo supernaturalis effectus potest Deus in voluntate producere: ergo si esset in voluntate peculiaris inclinatio ad obediendum Deo, diversa ab inclinatione, quam ad bonum prodrium habet, sequeretur, esse in voluntate potentiam per se primo ordinatam ad formas supernaturales. Maior patet: nam sicut voluntas per inclinationem ad proprium bonum, est per se primo inclinata ad perfectiones, seu formas suæ propriæ inclinationis; ita per inclinationem peculiarem ad obediendum Deo, erit per se primo ordinata ad omnes formas, in quarum receptione Deo obedire potest. Minor est certa: nam habitus supernaturales potest voluntas recipere, & tamen à solo Deo producuntur. Consequentia legitima est: nam forma specificata ab actu, vel forma supernaturali, supernaturalis est.

Si dicunt Thomistæ: non esse in voluntate rigurosam inclinationem ad obediendum Deo, sed solum esse capaciter. Contra: Capaci-

tas, quam dicit voluntas ad hoc, ut sit omni concursu negata, non tollit, quod negatio concursus sit voluntati violenta supposito, quod talis negatio sit contra inclinationem propriam voluntatis in ordine ad proprium bonum: ergo ruit responsio. Probatur antecedens: capacitas, quam dicit aqua ad esse calida, non tollit, quod calor sit aquæ violentus, supposito, quod calor sit contra propriam inclinationem aquæ in ordine ad proprium bonum: ergo pariter. Fundatur hoc argumentum in diffinitione, vel descriptione capacitatis, quæ sic se habet: *Capacitas est ad formas, tam naturaliter, quam violentè, & neuter perfectivas.*

CONTRA IDEM.

Causæ inferiores ad agendum propensæ naturaliter, non quiescunt, quiescente influxu causæ superioris: ergo voluntas propensæ ad agendum naturaliter, non quiescit, quiescente influxu Dei. Probatur antecedens: plantæ, & aliæ causæ inferiores ad agendum propensæ naturaliter, non quiescunt, quiescente influxu Solis, qui est causa superior, supposita necessitate influxus Solis: ergo causæ inferiores ad agendum propensæ naturaliter, non

non quiescunt, quiescente influxu causę superioris. Probatur antecedens: prædictę causę inferiores solum quiescunt in executione suę propensionis: ergo plantę, & alię causę inferiores ad agendum propensę naturalitèr, non quiescunt, quiescente influxu Solis, qui est causa superioris, supposita necessitate influxus Solis. Probatur antecedens: cum executione opposita suę inclinationi sunt prædictę causę violentę: ergo prædictę causę inferiores solum quiescunt in executione suę propensionis.

*CONTRA IDEM.*

Stat, quod negando Deus concursum voluntati ad aliquem actum, cuius negatio sit contra eius propriam inclinationem in ordine ad proprium bonum, Deus naturalitèr operetur, voluntate violenta simpliciter manente: ergo à Deo potest violentiam pati voluntas. Probatur antecedens: casu, quo Deus necessarium præstaret concursum, stat secundum Thomitatem, Deum necessario agere, voluntatem autem simpliciter libere suos producere effectus: ergo paritèr.

*CONTRA IDEM.*

Potest Deus ob suum su præmium dominium ligare

voluntatem Petri, v. g. voluntati Ioannis; sed in hoc casu, voluntas Petri potest pati violentiam contra appetitum elicatum: ergo voluntas pati potest violentiam à Deo. Probatur minor: potest voluntas Petri esse cum omnibus circumstantiis præventa, & inclinata, vt actum eliciat; sed voluntas Ioannis, vt potest domina voluntatis Petri, potest illum actum impedire: ergo in illo casu, voluntas Petri potest pati violentiam contra appetitum elicatum. Consequentia patet: nam illa non elicientia est contra appetitum elicatum, ab extrinseco proveniens.

*QUOD VOLUNTAS POSSIT eligere minus bonum, relicto maiori.*

Etiã si propositis duobus medijs, vnum vtilius, & aliud minus vtile, materialitèr, & secundum se, electum sit minus vtile; atamen respectu voluntatis, hic & nunc ratione electionis illud possidentis, est magis bonum: ergo voluntas potest eligere minus bonum, relicto maiori. Probatur antecedens: magis bonum est, quod possidetur, quam, quod non possidetur; sed minus vtile possidetur, non verò magis vtile: ergo etiã si propositis duobus medijs, vnum vtilius, & aliud

35

36

37

aliud minus vtile, materiali-  
tèr, & secundum se, electum  
sit minus vtile, atamen res-  
pectu voluntatis, hic & nunc  
ratione electionis illud possi-  
dentis, est magis bonum. Hoc  
patet exemplo: nam magis  
bonum est Episcopo Epit-  
copatum, quam esse Sum-  
mum Pontificem, quia pos-  
sidet primum, non secun-  
dum. Respondeo conceden-  
do, esse magis bonum, pos-  
sidere, quam non possidere  
obiectum, sed nego, quod  
eligatur ratione maioris bo-  
ni, cum quo ruit argumen-  
tum.

*QVOD DETVR LIBERTAS  
essentialis, contra Tho-  
mistas.*

38 Hæc propositio: *Quod  
voluntarie fit, etiam si ne-  
cessario fiat, libere tamen fit,  
est propositio* 39. Michaelis  
Boecij, vel Boij damnata à  
Pio 5. Gregorio 13. vt est  
apud Ripalda tom. 3. de Ente  
supernaturali, fol. 221. &  
231. Hæc propositio damna-  
tur sic intellecta: quod ne-  
cessario fit, libere fit, liber-  
tate sufficienti ad meritum, vel  
demeritum, sive libertate  
contrarietatis, & contradic-  
tionis. Infero nunc: ergo  
prædicta propositio non dam-  
natur sic intellecta; quod ne-  
cessario fit, libere fit libera-  
te essentiali. Probatur conse-

quentia: libertas essentialis  
non est imputabilis ad meri-  
tum, vel demeritum: ergo  
prædicta propositio non  
damnatur sic intellecta: quod  
necessario fit, libere fit liber-  
tate essentiali.

## EXTRACTATU Methaphisica.

*QVOD DETVR CONCEPTVS  
obiectivus entis, Deo, & crea-  
turis communis.*

**P**Ræcisio formalis debet  
correspondere præcis-  
sioni obiectivæ; sumitur  
enim ex præcisionibus ob-  
iectivis, vel entitativis; sed  
datur vera præcisio formalis  
entis respectu Dei, & creatu-  
ræ, vt patet, ex Methaphisi-  
ca in præsentia, & est certum:  
ergo & datur vera præcisio  
obiectiva entis respectu Dei,  
& creaturæ: ergo & concep-  
tus obiectivus.

*CONTRA IDEM.*

2 Hæc propositio; *Deus est  
ens*, non est per se nota; sed  
hæc propositio *Deus est*, ly  
est explicans Deitatem, est  
propositio per se nota: ergo  
datur conceptus entis obiec-  
tivus, Deo, & creaturæ com-  
munis. Probatur consequen-  
tia: si non daretur talis con-  
ceptus, hæc propositio; *Deus  
est ens*, ita esset nota, ac ista  
*Deus*

Respõd.

N. 1.



*Deus est*, sed per se prima propositio non est per se nota: ergo datur conceptus obiectivus, Deo, & &c. Probatur maior: si non daretur talis conceptus; hoc prædicatum *ens*, ita obiectivè, & in re, identificaretur cum Deo, ac ipsa Deitas; sed si ita identificaretur, hæc propositio, *Deus est ens*, esset ita nota, ac ista, *Deus est*: ergo si non daretur talis conceptus, istæ propositiones essent æque notæ.

CONTRA IDEM.

3 Implicat, aliquid existere agendo, quim absolutè in re existat: ergo implicat, aliquid esse ens infinitum, quim absolutè, & in re, sit ens; nam sicut agere supponit existentiam, ita infinitas entitatem: ergo implicat, Deum esse ens infinitum, quim absolutè, & in re, sit ens: ergo independentèr à nostro imperfecto modo cognoscendi, Deus absolutè, & in re, est ens; sed creatura absolutè, & in re, est ens: ergo conveniunt in conceptu obiectivo entis.

CONTRA IDEM.

4 Etiam si hæc propositiones: *Deus est*; ergo *est ens*, quod *est in Deo*; & è contra: *est ens*, quod *est in Deo*: ergo *est Deus*, sint convertibiles, non obstat ad hoc, vt detur ratio en-

tis obiectiva; Deo, & creaturæ communis: ergo datur. Probatur antecedens: quod similes propositiones sint cōtrovertibiles de substantia, & accidenti, non obstat, vt detur ratio entis obiectiva, communis substantiæ, & accidenti: ergo similiter. Vel formetur argumentum de substantia finita, & accidente.

QUOD NON DETUR CON-  
ceptus communis Deo, &  
creaturis.

5 Quid quid negatur de ente, posita infinitate, concedi debet, infinitate præcissa; atqui per nos quod negatur de ente, posita infinitate, est potentialitas positiva: ergo infinitate præcissa, debet concedi enti potentialitas positiva; atqui hæc deservit ad compositionem imperfectâ: ergo eo ipso, quod detur conceptus entis Deo communis, dabitur in Deo composito imperfecta. Omnia sunt vera, si vera est maior. Maior autem probatur: quid quid conceditur enti, posita infinitate, negatur de ente infinitate præcissa: ergo quid quid negatur de ente, posita infinitate, concedi debet, infinitate præcissa. Consequentia paritate videtur legitima. Antecedens verò probatur: posita infinitate conceditur

entia esse immensum, infinitum, &c. sed hoc negatur de ente, infinitate præcisa: ergo quid quid conceditur enti infinitate posita, negatur de ente, infinitate præcisa.

Hoc argumentum multas patitur retorsiones, & sic retorqueo primo. Quid quid negatur de ente, posita infinitate, concedi debet infinitate præcisa; atqui iuxta omnes, posita infinitate, negatur de ente, quod sit positivè finitum: ergo infinitate præcisa, debet concedi enti, quod sit positivè finitum, quod est falsum iuxta omnes. Retorqueo secundo. Quid quid negatur de ente, posita finitate, concedi debet, finitate præcisa; atqui iuxta omnes, posita finitate, negatur de ente, quod sit positivè infinitum: ergo finitate præcisa, concedi debet, quod sit positivè infinitum, cuius falsitas est omnibus notoria. Ex his aliæ, quam plures retorsiones formentur, & vltra.

Retorqueo tertio in quocumque communi, pro quo, claritatis gratia, retorsionem formo in animali: quid quid negatur de animali, posita rationalitate, debet concedi rationalitate præcisa; atqui iuxta omnes, posita rationalitate, negatur de animali,

quod sit positivè irrationale: ergo rationalitate præcisa, debet concedi animali, quod sit positivè irrationale; tunc sic; sed hoc est manifeste falsum, & vt tale ab omnibus fateri debet: ergo falsum est supra positum argumentum. Falsitate igitur supposita.

Respondeo in forma distinguendo maiorem: quid quid negatur de ente, posita infinitate, concedi debet infinitate præcisa, modo enti possibili, concedo maiorem; modo enti repugnante, nego maiorem, & concessa minori, nego consequentiam; quia potentialitas positiva repugnat enti præcisiõ ab infinitate, & finitate; enti enim sic concepto, solum potest convenire potentialitas permissiva. Ad probationem maioris distinguo similiter antecedens, & minorem probationis. Solutio claret in quocumque communi, pro quo claritatis gratia retorsionem fecimus in §. antecedenti.

Respondeo secundo aliter distinguendo maiorem: quid quid negatur de ente, posita infinitate, concedi debet, permissivè, infinitate præcisa, concedo maiorem; positivè nego maiorem. Ad cuius probationem distinguo similiter antecedens, & ad illius probationem distinguo

*Respõd.*

*Resp. 2.*

maiozem: posita infinitate conceditur enti esse inmensum, infinitam, &c. positivè, concedo maiozem; permisivè, nego maiozem; & distinguo minorem; sed hoc negatur de ente positivè, infinitate præcisa; concedo minorem; permisivè nego minorem, & distinctione data distinguo consequens. Vtraque solutio satis manifesta est, ex ipsaque claret, quod posita infinitate, negare de ente potentialitas positivæ & infinitate præcisa, solum debet ei concedi potentialitas permixta, quia hæc tantum est possibilis enti in tali præcissione conceptu, quod omnes fateri tenentur, & retortiones convincunt.

*CONTRA IDEM.*

6 Et est replica contra solutionem datam: si esset conceptus entis Deo communis, & perficeretur per infinitatem, & compositionem cum illa faceret; sed hoc est absurdum: ergo nequit dari talis conceptus entis Deo communis. Probatur maior: si esset conceptus entis Deo communis, talis conceptus esset permisivè potentialis: ergo & perficeretur per infinitatem, & compositionem faceret cum ea. Probatur consequentia: sufficit, quod ens sit permisivè potentiale, ut

perficiatur per infinitatem, & compositionem faciat cum illa; sed per vos si esset conceptus entis Deo communis, esset potentialis permixta: ergo & perficeretur per infinitatem, & faceret compositionem cum illa. Probatur maior: sufficit, quod superficies sit permixta alba, ut tenet Scotus *quæst. 1. Prologi. §. Ad quæstionem*, & quod Cælum permixta se habeat ad motum, ut tenet ipse Doctor *in 2. dist. 2. quæst. 6. Et in 4. dist. 43. quæst. 2.* ad hoc, ut adveniente albedine ad superficiem, & motu ad Cælum; superficies perficiatur per albedinem, compositionem quæ faciat cum illa, & similiter de Cælo respectu motus: ergo sufficit, quod ens sit potentiale permixta, ut perficiatur per infinitatem, & faciat compositionem cum illa.

Respondeo ad argumentum negatis negandis, negando ultimam consequentiam. Disparitas prima est: nam tam superficies respectu albedinis, quam Cælum respectu motus, se habet ut pars, & ut potentia, quod non haberet conceptus ille entis Deo communis. Secunda est: quia superficies ante adventum albedinis est cum privatione illius, & similiter Cælum res-

*Respon.*

pectu motus; at conceptus entis Deo communis non est cum privatione infinitatis, sed est non infinitus merè præcissivè. Tertia: quia utraque potentia permissiva superficiei, & Coeli est Phisica, & positivè potentialis; non verò conceptus ille entis Deo communis. Quarta denique quia utraque potentia superficiei, & Coeli, est contrahibilis, & determinabilis cum dependentia à causa extrinseca; non verò conceptus ille entis Deo communis, respectu ipsius Dei. Ex his itaque quadrupliciter potest argumentum distingui, & omnia satis constant ex dictis.

*CONTRA IDEM.*

7 Posita infinitate in ente, ens redditur incapax potentialitatis positivæ: ergo ablata, seu præcissa infinitate, ens est capax potentialitatis positivæ; atqui hoc ipso, quod ens, infinitate præcissa, sit capax potentialitatis positivæ, dicit maiorem potentialitatem, quam si haberet illam potentialitatem: ergo ablata, seu præcissa infinitate, ens est capax potentialitatis positivæ: atqui hoc ipso, quod ens, infinitate præcissa, sit capax potentialitatis positivæ, dicit maiorem potentialitatem, quam si haberet illam potentialitatem: ergo infinitate

præcissa, ens est positivè potentialiale. Antecedens est certum, consequentiaque videtur certa; quia nihil potest ad positionem alicuius entitatis reddi incapax alterius, quin antea esset capax illius; homo enim qui, ad positionem beatitudinis redditur incapax peccati, capax peccati erat ante positionem beatitudinis: ergo si ens, posita infinitate, redditur incapax potentialitatis positivæ, capax illius erat, infinita re præcissa, seu ante positionem infinitatis.

Probatur sùsumpta: quod est capax actus potentialitatis, & ipsius potentialitatis, habet maiorem potentialitatem, quam quod solum est capax actus, non verò potentialitatis; sed eo ipso, quod ens, præcissa infinitate, sit capax potentialitatis positivæ, est capax actus potentialitatis, & ipsius potentialitatis: ergo hoc ipso, quod ens, infinitate præcissa, sit capax potentialitatis positivæ, dicit maiorem potentialitatem, quam si haberet illam potentialitatem. Probatum maior: subiectum, quod est capax albedinis, maiorem potentialitatem habet respectu actus albi, si nec habet motum ad albedinem, seu dealbificationem, nec terminum motus, nempè, formam albam, quam



quam subiectum, quod & si non habeat formam albam, siuè terminum motus, habet tamen motum, seu albedinem in fieri: ergo quod est capax actus potentialitatis, & ipsius potentialitatis, habet maiorem potentialitatem, quam, quod solum est capax actus, non verò potentialitatis.

Respondeo ad argumentum concessio antecedenti, distinguendo consequens: ergo ablata, seu præcissa infinitate, ens est capax præcissivè, vel permissivè potentialitatis positivæ, concedo consequentiam; privativè, vel positivè, nego consequentiam, & hac distinctione distinguo summam, cæterasque probationes, & ruit argumentum. Solutio claret in quocumque communi, in quo retorqueri valet, ut toties facta est retorsio.

8 **CONTRA IDEM.**

Ratio, qua probat Scoti præcisionem entis à Deo, & creaturis, est; quia potest quis esse certus de Deo, quod sit ens, & dubitare, an sit ignis, vel aqua; sed hæc ratio est nulla: ergo ens non est univocum. Probo minorem: ratio hæc probat præcisionem alicuius conceptus ab individuis; sed ab individuis non potest præcindi talis

conceptus: ergo ratio Scoti est nulla. Probatur maior: potest quis esse certus de aliquo, quod sit individuum humanum, & dubitare, an sit Petrus, vel Paulus: ergo ratio illa probat præcisionem alicuius conceptus ab individuis. Respondeo, quod conceptus præcissus ab individuis esset vagus.

Contra: præcissus conceptus entis, si daretur, esset vagus: ergo ruit solutio. Probatur antecedens: ille conceptus præcissus ab individuis idè esset vagus, quia divagaretur per omnia sua inferiora; sed conceptus entis præcissus divagaretur per omnia sua inferiora: ergo esset vagus. Hæc replica est convincens; quare respondeo primo: Scotum prædicta ratione probare tantum conceptum formalem, non verò obiectivum, qui formalis conceptus, etiam datur in individuis communis. Respondeo secundo, dato, quod probet de conceptu obiectivo, concedendo maiorem, negando minorem, ad probationem nego minorem, quia datur ratio communis in individuis. Et sic ruit argumentum.

**QUOD DE TVR DISTINCTIONE formalis.**

Vel ante opus intellectus ha-

Respōd.

Contra

Resp. 1.

Resp. 2.

habet aliquid à parte rei paternitas, quod non sit ipsa met essentia, ratione cuius dicitur incommunicabilis; & essentia aliquid, quod non sit ipsa met paternitas, ratione cuius sit communicabilis, vel non? Si non habent? ergo negatorium est ante opus intellectus dicere: essentia est communicabilis, & paternitas incommunicabilis; consequenterque hoc mysteriū non erit reale, sed rationis, & fictitium. Si habent? ergo ante opus intellectus habet essentia aliquid, quod non est paternitas, & paternitas aliquid, quod non est essentia: ergo habent istam distinctionem actualem ante opus intellectus.

**QVOD NON DETVR DISTINCTIO FORMALIS.**

Si daretur distinctio formalis ex natura rei, sequeretur, quod de eadem formalitate à parte rei actualiter, & formaliter verificarentur duo contradictoria; sed hoc negari debet: ergo & distinctio formalis. Probatur maior: de eadem formalitate, à parte rei actualiter, & formaliter verificatur, quod constituat voluntatem in esse potentiae, & in esse potentiae passivae; Scotus enim habet haec verba in 2. dist. 25. lit. P. Concedo, quod per eandem realitatem

primo est voluntas receptiva actus, & elicitiva eiusdem, nec per aliam rationem, elicit, & recipit, nisi per aliam causam ab intellectu nostro: ergo si daretur distinctio formalis ex natura rei, sequeretur, quod de eadem formalitate, &c. Respondeo negando primam maiorem, & ad probationem distinguo maiorem: de eadem formalitate extrinseca verificaretur, quod constituat voluntatem in esse potentiae, &c. concedo maiorem: intrinseca, nego maiorem; nam in vna formalitate extrinseca includuntur formalitates intrinsecae.

**QVOD DETVR DISTINCTIO NON MUTUA.**

Datur identitas non mutua: ergo similiter. Probatur antecedens: datur inter aliqua duo vera praedicatio per se non mutua: ergo datur identitas non mutua. Antecedens est Scoti in 1. dist. 3. quest. 3. lit. G. Et Aristot. in cap. 18. l. post. Et textu 148. et 150. ubi ait, quod propositiones per se non convertuntur, ita, quod si praedicatum dicatur de suo subiecto per se, subiectum non dicatur de praedicato per se; unde si haec: Deus est ens, quid dicitur formaliter, & essentialiter est vera; haec: ens est Deus, non est ita vera. Item

Respon.

IO

II

8

an

antecedens est communis Scotistarum opinio, pro qua vide fabrum Theorem. 80. Consequentia patet: quia vera prædicatio per se est identitas subiecti cum prædicato, eo modo, quo vera fuerit per se; atqui è converso non est vera: ergo datur identitas non mutua.

*QVOD POSSIBILIA NON habeant esse ab intellectu Divino.*

Scotus in 1. dist. 36. lit. M. ait: *Quare homini non repugnat esse, & chymera repugnat? Ratio est: quia hoc est hoc, & illud est illud, &c. Lege amplius usque ad hæc verba: Prima igitur omnino ratio, & non reducibilis ad aliam, quare homini non repugnat esse, est, quia formaliter est homo, & hoc sive in se realiter, sive in intellectu conceptibilitèr; & prima ratio, quare chymera repugnet esse, est chymera in quantum chymera: ergo possibilium non habent esse ab intellectu Divino.*

*CONTRA IDEM.*

Possibilia prius sunt intelligibilia, quam intellecta: ergo non habent esse ab intellectu Divino. Consequentia est evidens in sententia Scotistarum. Antecedens verò probatur contra ipsos: possibilium sunt actu intellecta: ergo possibilium prius sunt intel-

ligibilia, quam intellecta. Probatur consequentia: ex eo, quod detur actu intellectum, sequitur, quod sit prius intelligibile; sed per se possibilium sunt actu intellecta: ergo prius fuerunt intelligibilia. Probatur maior: ex eo, quod detur actu intelligens, sequitur, quod sit prius intellectivum: ergo ex eo, quod detur actu intellectum, sequitur, quod sit prius intelligibile. Consequentia claret: nam sicut esse actu intellectum sequitur ad esse intelligibile; ita actu intelligere sequitur ad esse intellectivum, & è contra. Antecedens autem est generalis omnium Scotistarum doctrina; est namque fundamentum, quo probant, dari in Deo intellectum per modum actus primi.

*CONTRA IDEM.*

Illud, ad quod sequitur aliquid necessarium à se, est à se necessarium; sed ad esse possibilem sequitur aliquid necessarium à se: ergo esse possibilem est à se necessarium. Probatur minor: ad esse possibilem sequitur respectus Dei intelligentis possibilium, & respectus Dei, ut creativi ad possibilium, ut creabilia; atqui uterque respectus est aliquid necessarium à se: ergo ad esse possibilem sequi-

12

13

14

quitur aliquid necessarium à se. Maior constat; nam vterque prædictus respectus supponit esse possibilem. Minor est expressa Scoti quodlib. 8. §. de 3. articulo. §. Ali-  
tèr potest dici, dicentis: Deus est sic necessario intelligens creaturam, & causativus creaturæ, quod utrumque istorum dicitur formalitèr aliquid necessarium à se, prout à se excludit causam. Nihil clarius probatione minoris, ex qua legitimè consequentia infer-  
tur.

Respòd.

Respondeo negando minorem, ad cuius probationem, nego etiam minorem; nec obstat, quod eam expressè habeat Scotus; quia ibi Doctor loquitur solum permissivè; non verò assertivè, & ex propria sententia. Ratio est: nam loquendo de propria sententia assertum habet oppositum §. cit. per hæc verba: *respectus Dei ad creaturam in quocumque esse non potest esse necessarius à se.* Permittit autem vers. cit. quod sit necessarius à se, quia adhuc hoc permissivo, solvit argumentum, ad quod respondet, & salbat intentum, quod ibi habebat, nempe, quod nullus respectus ad creaturam potest per se includi in constitutivo personæ Verbi, quod probat per verba à nobis tra-

ditæ. Hanc solutionem latius stabilitam, & genuinam Scoti mentem, vide tom. de *Questionibus selectis, quæst. 14. numer. 97. usque in finem.*

Imò retorqueo evidentèr argumentum ex prædicto Scoti loco: nam §. cit. hæc habet: *in quocumque esse creatura est, vel possibilis, vel saltim, non necessaria à se:* ergo iuxta Scoti mentem, creatura possibilis non est necessaria à se; atqui hoc supposito, à nullo alio, nisi ab intellectu Divino, possunt habere suum esse: ergo illud ab illo habent iuxta Scoti mentem loco allegato. Denique vterque prædictus respectus, *uti quilibet alius Dei ad creaturam, est tantummodò ens rationis iuxta Scotum §. cit.* sed ens rationis non est à se, sed ab actu intellectus: ergo iuxta Scoti mentem prædictus respectus non est à se. Cum igitur locis à nobis, & pro nobis traditis loquatur Scotus assertivè, & ex propria mente, sequitur evidentèr, quod permissivè tantum loquatur, loco contra nos obiecto, ob rationem datam.

*QVOD ESSENTIA, ET  
existentia non distinguantur  
realitèr contra Thomistas, nec  
formalitèr contra Sco-  
tistas.*

Datur essentia, à quà, nec  
nec.



realitèr, nec formalitèr, distinguitur existentia: ergo non distinguntur, nec realitèr, nec formalitèr. Probat<sup>ur</sup> antecedens: existentia habet essentiam; sed ab hac nec formalitèr distinguitur existentia; difinitum namque nec formalitèr distinguitur à difinitione: ergo datur essentia, à quâ, nec realitèr, nec formalitèr, existentia distinguitur.

*QVOD EXISTENTIA DISTINGUATUR formalitèr ab essentia.*

Prædicatum consequens ad prædicatum formalitèr distinctum ab essentia, magis, vel saltim formalitèr distinguitur ab essentia; nam prædicatum non ita immediatius essentiæ, magis, vel saltim æqualitèr, distinguitur ab essentia, ac prædicatum immediatius; atqui existentia consequitur ad prædicatum formalitèr distinctum ab essentia: ergo formalitèr existentia distinguitur ab essentia. Probat<sup>ur</sup> minor: existentia consequitur ad singularitatem; sed singularitas formalitèr distinguitur ab essentia: ergo existentia consequitur ad prædicatum formalitèr distinctum ab essentia.

*CONTRA IDEM.*

*Scotus quest. 3. de Rerum*

*principio, s. Item, num. 19. sic ait: Sicut igitur in creaturis non sunt essentia, & esse idem, quia essentia frequenter recipit esse, cum esse existentia sit extrarationem essentia: ergo secundum Scotum essentia formalitèr distinguitur ab existentia.*

*QVOD PRINCIPIVM INDIVIDUATIONIS sit quid negativum.*

Sicut individuatio reddit naturam incommunicabilem alteri, ut individuo, ita subsistentia reddit naturam incommunicabilem alteri, ut actui per se completo; sed subsistentia non addit supra naturam, quid positivum: ergo nec individuatio, & consequentèr est quid negativum. Hoc argumentum è contra probat subsistentiam dicere quid positivum.

*QVOD PROPRIVM POSSIT conservari sine subiecto, & è contra.*

Convenire omni, Soli, & semper, est accidens conaturale proprio, & aptitudo eius est passio, & radix eius essentia; in quolibet enim constituto philosophatur hoc modo; sed quodlibet accidens conaturale potest exillere sine subiecto, saltim de potentia Dei absoluta: ergo & proprium. Respondeo, quod convenire omni, Soli, & sem-

pèr actualitèr est accidens prædicamentale respectu proprii, quod realitèr non distinguitur à proprio, ob quod pertinet ad idem prædicamentum, ad quod pertinet res, cuius est tale, ideoquè prædicamentale appellatur; non verò est accidens prædicabile quinto modo; hæc enim propositio: *quantitas est divisibilis actualitèr*, est vera semper, & pro semper, & hæc: *quantitas inheret ac-*

*tualitèr in subiecto*; non est semper vera, vt patet in Eucharistia; & ratio est; quia in prima propositione esse actuale dicit formalitèr accidens prædicamentale, seu actum entitativum, & secunda dicit formalitèr accidens prædicabile, seu actum phisicum, quod pro eodem in hoc usurpatur, quatenus vtrumque potest adesse, & abesse absque subiecti corruptione.

## FINIS.



# ADDITIO

## AD QUÆSTIONES.

# QUÆSTIO

### DEZIMA.

Utrum Logica sit scientia practica, vel speculativa,  
vel vtrunqne simul?

**E**X ipso quæstionis titulo manifeste apparet, quæstionem vnum supponere, & aliud inquirere. Supponit namque Logicam esse scientiam, quod de docente saltim loquendo, verum simpliciter est, communis inæ opinionis stando. Inquiret tamen: an speculativa sit, vel practica, vel vtrunqne simul? Et verum fatendo, libenter ab hac quæstione me in hoc tomo abstinuissem, eo quod in resolutione quæstionis bellum inter Scotistas non invenio. Caterum, quia quæstio includit illam difficultatem, nempe, *quid sit praxis?* de qua est inter Scotistas maximum bellum; ideo eam disputandam propono, ut ad bellum cum Scotistis per veniam, & hoc finito cum Alienis certabo, ut Scoti veritas completissimè Domesticis, & Alienis appareat. Sit ergo,

§ I.

*Quid sit praxis?*

**S**uppono primo: quod praxis quadrupliciter usurpatur. Primo: pro quacunque operatione, tam po-

tentia naturalis, quam libera, quæ acceptio deducitur ex Ethymologia ipsius vocis *praxis*, quæ significat qualemcunque operationem. Secundo: sumitur pro operatione dirigibili vtriusque etiã potentia, & hæc acceptio in-

*Secundo.*

Nn

fer

N. I.

*Praxis quadrupliciter accipitur Primo.*

fertur ex antecedenti: nam praxis est operatio; sed operatio vtriusque potentia est aliquomodo dirigibilis, maxime operatio intellectus, ut ipsi fatentur aduersarij: ergo praxis sic accepta est operatio dirigibilis. Item: omnis operatio non dirigibilis est Speculatio: ergo operatio dirigibilis est praxis late sumpta.

*tionem secundum electionem; unde diffiniens praxim, dicendo: est actus alterius potentia ab intellectu, naturaliter posterior intellectione, natus elici conformiter recte rationi, ad hoc ut sit actus rectus, locutus fuit ad mentem Eustratij, & Græcorum, ut contra Molinam occurrit Vulpes 1. tom. 1. part. disput. 4. artic. 1. numer. 9.*

Hæc est praxis definitio, utpotè, à Scoto tradita *quæst. 4. Prolog. cit.* & licet eam aliqui reijcere conantur; absque fundamento tamen; quia est bona, utpotè, habens omnia requisita ad bonam definitionem, quod per singulas eius particulas demonstratur.

Ly enim *actus* ponitur tanquam genus, quia per illud convenit cum speculatione, quæ etiam est actus. Reliqua vero ponuntur ut differentia; per Ly *alterius potentia ab intellectu* excludit omnem actum intellectus à ratione praxis, ut ex nostris probationibus constabit, & ex solutione argumentorum clarebit.

Per Ly *naturaliter posterior intellectione* excludit à ratione praxis actiones potentia vegetativæ, nutritivæ, & sensitivæ, quia ut fiant, non præquirunt ex natura sua aliquam

Tertio accipitur praxis pro quacunque operatione à voluntate imperata, quo sensu etiam intellectio imperata est praxis. Quarto denique sumitur pro sola operatione in ordine adquam intellectus practicus dicitur extendi.

Ex his quatuor acceptionibus, in prima sumitur praxis latissime. In secunda late. In tertia minus late, seu communiter. Et in quarta proprie, & rigurose. Hoc valde notandum est, ut difficilis hæc dissensio aperte innotescat, & Scoti doctrina eiusque vera mens aperiat.

Suppono Secundo, Quod in hæc quarta acceptione diffiniunt praxim aliqui Græci, nempe, Eustratius 1. *Ethic. Commento 1.* Odonius, & alij; & in hoc sensu sumptis praxim Scotus *quæst. 4. Prolog. §. Secunda via. Affirmans: praxim esse opera-*

5  
Bona est definitio praxis.

6  
Prima praxis particula declaratur.

7  
Declaratur secunda, & à priori probatur.

2  
Tertio.

Quarto

3  
Quomodo praxis accipitur.

4  
Diffinitio praxis à Scoto tradita ad mentem Græcorum.



quam intellectionem; reperiuntur enim in arboribus, & Brutis sine intellectione. Et probatur a priori: praxis debet regulari, & conformari intellectioni ex particula sequenti; sed omne regulatum naturaliter est posterius sua regula: ergo cum praxis sit regulatus ab intellectione, praxis est naturaliter posterior intellectione.

8 Per *Lynatus elici conformiter rectæ rationi*, idest, natus regulari, & conformari cum recta ratione, excluduntur à ratione praxis omnes acciones cuiusque potentie, quæ non petunt elici conformiter ad dictamen rationis. Hoc probat Scotus ex Philosopho 6. *Ethic. cap. 3. dicente: electio recta necessario requirit rationem rectam.* Quod intellige non solum de ratione recta morali, sed etiam de artificiali, quia etiam in artibus mechanicis dantur operationes praxes rectæ, conformes ipsi arti.

9 Nec obstat, si dicas, quod velle occidere est verè praxis; & tamen non conformatur rationi rectæ, nec morali, nec artificiali: ergo male ponitur illa particula *ratio- nis rectæ*. Non, (inquàm) obstat; nam velle occidere, & sic de alijs actibus voluntatis, sive elicitis, sive impe-

ratis, qui non conformantur rationi rectæ, sunt praxes malæ, & prædictam particulam posuit Scotus, diffiniendo praxim bonam, ut constet ex verbis sequentibus, scilicet, *ad hoc ut sit actus rectus.*

Nec ob hoc Scotus diminutè diffinivit praxim, quia ex allata diffinitione facile potest quilibet, & praxim malam diffinire per oppositum diffinitioni praxis bonæ, & praxim etiam in communi, dicendo: *praxis est actus alterius potentie ab intellectu, naturaliter posterior intellectione, natus elici conformiter rationi, seu confirmari cum ratione.*

Iam iam ex prædicta praxis diffinitione, a Scoto tradita, constat primo: quod nomine praxis solum intelligitur actio naturæ intellectualis, non quæcunque, sed illa solum, quæ aliquomodo est dirigibilis; unde nec acciones brutales, nec inanimatæ, neque illæ, quæ in hominibus sunt naturales, & ab imperio voluntatis excipiuntur, ut sunt operationes vegetales &c., dici possunt praxis, quia non sunt dirigibiles. Unde tria sunt dumtaxat genera accionum, de quibus quæri valet, an sint praxis? Scilicet, acciones

IO  
*Alia obiectio- ni occur- ritur.*

II  
*Tria sunt genera accionum, de quibus quæri valet, an sint praxes?*

8  
*Tertia declaratur, & ostenditur.*

9  
*Occurritur cuius obiectio- ni.*

Intellectus ; voluntatis , & sensum.

12

Tria ad  
praxim  
necessa-  
rio re-  
quisita.

Secundo evidenter apparet ex prædicta diffinitione: tria ad praxim necessario, & indispensabilem requiri. Primo, quod sit actus alterius potentie, quam intellectus. Secundo, quod sit naturaliter posterior intellectione. Tertio denique, quod sit actus natus eicci conformiter rectæ rationi. Et hæc est ratio, cur actus aliarum potentiarum ab intellectu, ut à voluntate imperantur, sint praxes, quia ipsi conveniunt tres prædictæ conditiones.

13

Bellum  
inter  
Scotif.  
tas de-  
clara-  
tur.

Suppono denique: in hac difficultate bellum inter Scotistas non esse de actibus intellectus secundum se, seu ut ab imperio voluntatis præcendant, & antecedunt; quia sic nullum actum intellectus esse proprie, & rigurose praxim, tenent cum Scoto omnes eius discipuli, & plures ex Thomistis, quos omnes citat Mairius in *Logica disput. 12. de Scientia articul. 1. inf. à numerum 99.* Bellum itaque inter Scotistas est de actibus intellectus à voluntate imperatis.

s. II.

Referuntur sententia.

14

Referuntur  
sententia.

Prima.  
Mairius  
Pontius.  
Cavell.  
Faber.  
Bargius.  
Lychetus.  
Camer.

Circa quod duplex ex Diametra versatur sententia. Prima tenet: actus intellectus, a voluntate imperatos, esse praxim. Sic Mairius *cit. numer. 101.* Sic etiam Pontius in *curfu Philosophico disput. 2. de Natura Logica quæst. 8. num. 80.* citans pro ea aliquos Scotistas, nempe, Cavell. Fabrum, Bargium, Lychetum, Mairium, & Camerarium, quin Mairius, nec Pontius Scotum pro sua opinione citent, quod est valde notatu dignum, ut videatur, nullum in Scoto fundamentum habere; inò, & Scoto contrariari.

Secunda sententia per oppositum asserit: nullum actum intellectus, etiam imperatum à voluntate, esse praxim proprie, & rigurose. Sic Scotus *quæst. 4. Prologi*, quem secuntur ex suis Discipulis Tartar. *quæst. 2. Præm. Rada 1. part. controuv. 3. Smising. quæst. 4. Prolog. num. 144. Anton. And. Zerb. Vulpes. Basol. & alij.*

Hanc Scoti sententiam amplectuntur etiam plures ex Thomistis. Caiet. *1. 2. quæst. 57. articul. 1. ad 1. Et 1. part. quæst. 79. articul. 11.*

15

Secunda.  
Scotus.  
Tartar.  
Rada.  
Smising.  
Anton.  
&c.

16

Ca-

Caprol.  
Iabell.  
Didac.  
à Iesu.  
Cursus  
Carm.  
Galleg.  
D.Thom

Capreol. *quest. 2. labellus ibidem quest. 4. ferr. 3. contra Gentes cap. 25. Didacus à Iesu disput. 1. quest. 6. Curs. Carm. ibid. & plures alij, quos citat, & sequitur Galleg. controu. 5. Imò videtur eam docuisse D. Thom. 1. 2. quest. 57. artic. 1. ad 1. vbi hæc habet: *Practicum, vel operativum, quod dividitur contra speculativum, desumitur penes ordinem aa opus exterius, ad quod non habet ordinem habitus speculativus, sed tantum ad interius opus intellectus.* Vbi per opus exterius, intelligit D. Thom. non solum actiones transeuntes, sed etiam immanentes extra intellectum, vt affirmant omnes eius interpretes.*

Hanc secundam sententiam amplector, vt potè Scoti litteralem, Philosopho conformem, & rationi consonam, eamque demonstrabo Authoritate Magistris; & testimonio Aristotelis. Pro quo. Sit.

§ III.

*Nullum actum intellectus, à voluntate imperatum, esse praxim, autoritate Scoti contra Scotistas ostenditur.*

**S**cotus *quest. 4. Prologi artic. 1.* postquam docuit:

praxim esse actum elicatum, vel imperatum, obijcit contra se, quod tunc sequeretur, actum intellectus esse praxim, quia potest esse imperatus, contra primam particulam definitionis praxis, scilicet, *quod sit actus alterius potentie ab intellectu.* Ad quod respondet Doctor, ibi: *Nullam intellectionem esse praxim,* sumpto praxi pro sola operatione in ordine, ad quam intellectus practicus dicitur extendi, his verbis: *Cum igitur dicitur: intellectio est imperata à voluntate: ergo est praxis, non sequitur: ergo praxi sic accepto, nullus actus intellectus, adhuc imperatus, est praxis iuxta Scotum.*

Hæc Scoti verba ita clara sunt, vt nota, & euidencia omnibus appareant; & ita vrgentia vt ipse Maffrius *cit. num. 109.* fateatur, esse locum difficillimum, idemque fateatur Pontius *cit. infra numer. 80.* Hoc itaque ab utroque confesso, liceat mihi ab utroque querere, quo Scoti fundamento Maffrius, & Pontius nituntur (idem dico de alijs Scotistis) vt Scoto contrariantur? Nullo certe, vt dixi *num. 14.* & in ipsis est manifestum. Miror certe; & magis de Maffrio miror. Solutiones videamus, & impugnemus.

§. IV.

17  
Sentent.  
sequend.

18  
Prob. ex  
Scoto.

19  
Probat.  
est efficiens.

S. IV.

*Solutiones aliquorum Scotistarum ad Scoti textum impugnantur.*

20  
Respōd.  
Faber.

**V**ariæ ad prædictum Scoti textum respondent Scotistæ contrarij. Faber. in *Prolog. disput. 9. & 6. Methaph. disput. 1.* respondet: Scotum loqui de intellectu, ut intellectio est; non vero de intellectu ut imperata. Et hæc est solutio, quæ alijs terminis ab alijs traditur, scilicet, Scotum loqui de intellectu specificative; non vero reduplicative.

21  
Impug-  
natur  
Fabri so-  
lutio.

Hæc tamen solutio non placet Maltrio, & si eiusdem opinionis cum Fabro, nec alio indiget ad sui impugnationem, quam ipsa littera Scoti; ex ipsa enim clarè, & luce claris apparet: Scotum loqui de intellectu, ut imperata. Scotum audi: *Cum igitur dicitur: intellectio est imperata à voluntate; ergo est praxis: non sequitur.* Quid claris pro impugnatione solutionis Fabri! Nulla ergo est illius solutio, & suo Magistro expræsse contrariatur.

22  
Vltius  
impug-  
natur  
Fabri  
solutio.

Vltiùs hoc tamen, sic impugno solutionem Fabri: vel intellectio, ut imperata à voluntate, seu reduplicative, est actus intellectus, vel actus

alterius potentia ab intellectu? Si primum; de ea loquitur Scotus expræsse, & de ea negat; esse praxim, ut ex verbis illius constat. Si secundum; de ea Scotus non loquitur, nec obest, quod sit praxis, semel quod sit actus alterius potentia ab intellectu: ergo solutio Fabri, vel est omnino falsa, & contra Scotum; vel nullo modo est ad rem, quorum quodlibet est efficax contra Fabrum impugnatio, & etiam retorsio.

Cavellus autem alia virtutis solutione; respōdet namquæ: Scotum ibi negare, intellectiōnem esse praxim, quia ut in plurimum non imperatur à voluntate, sed præcedit; vel quia non immediate dirigitur, ut actus voluntatis.

23  
Respōd.  
Cavell.

Nec hæc solutio placuit Maltrio, & minus nobis placere potest; nec alio, sicut, & præcedens solutio, indiget ad sui impugnationem, quam ipsa littera Scoti; nam obiectio, ad quam ibi respondet Scotus, intendebat: intellectiōnem imperatam à voluntate esse praxim; & si tunc esset praxis, quamvis communiter non imperaretur, male negaret Scotus consequentiā, scilicet, quod tunc (nempe, quando esset imperata) esset praxis: nulla ergo

24  
Solutio  
Cavelli  
impug-  
natur 1.



ergo est Cavelli solutio, & Scoto contraria.

Nec ratio à Cavello ad ducta, ut intellectio, ut in plurimum non imperetur à voluntate, scilicet, *quia immediate non dirigitur*, ipsi faber; nam hæc ratio convenit etiam omnibus actibus imperatis præter intellectio nem; unde de omnibus imperatis vniuersaliter debebat Scotus negare: esse praxim; quod tam longe abest à Scoto, ut de omnibus alijs præter intellectio nem concedat: ergo de primo ad vltimum est contra Scotum Cavelli solutio.

Respondet Bargius: intellectionem, ut imperatam, esse praxim materialitè; non formalitè, ut Doctor clare docet in 2. dist. 42. & ideo hic negat Scotus, esse praxim formalitè; non vero materialitè; sic que concordatur Scotus, & eius mens declaratur.

Nequè hæc solutio placuit Mastro, eo, quod, cum quicumque actus imperatus sit praxis materialitè, si ex hoc capite negat Scotus intellectionem imperatam esse praxim, debebat id negare de omnibus alijs actibus imperatis præter intellectio nem, cuius oppositum docet. Caterum omisa hæc

Mastrii doctrina, licèt videatur nobis faberè, provt nostro adversario opponitur; solutio Bargij allata, bene intellecta, est nostra doctrina, de qua in solutione ad Mastrii argumentum loquemur latè, & contra ipsum.

§. V.

*Impugnatur Solutio Pontij.*

Respondet Pontius *cit. num. 81.* Scotum, dum negavit illam consequentiam, scilicet, *cum dicitur: intellectio est imperata à voluntate: ergo est praxis; non sequitur*, accepisse praxim in magis rigurosa acceptione, quam communiter accipitur, sic, scilicet, ut pro tali habendus esset solus ille actus, qui, & haberet secundum se, esse alterius potentia ab intellectu, & qui præterea esset vel elicitus, vel imperatus à voluntate, quarum conditionum altera si deficeret, non esset praxis in illo rigore, quam vis alias posset esse praxis, pro vt communius accipitur praxis.

Et iuxta hanc explicatio nem (prosequitur Pontius) potest intelligi, quod dixit Scotus *cit.* nempe, quod inferre, quod actus intellectus est praxis ex eo, quod sit imperatus à voluntate, est

com-

25

Secund.

26

Respōd.  
Bargius

27

Solutio  
non placet  
Mastro; bene  
tamē  
intellecta,  
est  
nostra  
doctrin.

28

Respōd.  
Pontius.

29

Prosequitur  
Pontius;

committere fallatiam consequentis, quæ committitur, quando ex consequenti infertur antecedens, ut ex animali homo; capiendo autem praxim in hoc rigore, talis committeretur hic: est actus imperatus, vel elicitus voluntatis: ergo est praxis, quia actus elicitus, aut imperatus est cōsequens ad praxim; non vero antecedens; sequitur enim: est praxis: ergo actus elicitus, vel imperatus à voluntate; sed non sequitur: est actus imperatus à voluntate: ergo est praxis, ut patet capiendo praxim in illo rigore.

Hæc est (ait Pontius *cit. numer. 81. in margine*) vera responsio, & in fine additionis, quam tradit in hac quæstione, & in qua cum Maffrio litigat, inquit: se nusquam dixisse: Scotum alia, & alia acceptione laxiori, & minus larga vltum fuisse in illo articulo, nec semel de hoc somniasse. Et paulo infra inquit: quod in sensu, in quo Doctor accipit praxim, nulla intellectio est praxis.

Doctrinam Pontij video, & me cogit, ad libenter in ea gloriari, quia in ea invenio, quod non sit nostra doctrina, ut ex ab ipso dictis lucet clarus apparet. Ob quod mihi liceat, à Pontio hoc facere quæsitum: si Scoti textum

concedit, & aliud nusquam dixit, nec Somniavit, quomodo asserit, *num. 81. actum intellectus posse esse praxim imperatam?* Verum, & verissimum est, solutionem ad hoc ad libere non posse, quia est absque dubio manifesta contradictio.

Hoc valde sufficiens erat contra Pontium; cæterum non omitam illius contradictionem in forma demonstrare: nullam intellectioem: adhuc à voluntate imperatam, esse praxim in rigore, quo praxis sumitur à Scoto *cit. 3*; & aliquam esse praxim in eodem sensu, est manifesta contradictio; atqui primum asserit Pontius *num. 81.* & in additione ut constat ex dictis, & secundum docet, *num. 80. ubi ait: actum intellectus posse esse praxim imperatam:* ergo se manifestè contradicit.

Hoc certe est valde mirabile, & adhuc mirabilius est, quam id, quod dixit Pontius de Maffrio; de hoc enim dicit in additione huius quæstionis, quod illius opinio contradictorie opponitur Scoto. Malum est hoc, sed peius est, sibi ipsi contradicere, & hoc est, quod fecit Pontius. Aperuit foveam contradictionis; & incidit in fovream, quam fecit.

32

Declaratur  
Pontij  
contra-  
dictio.

30

Profes-  
quitur  
vltimus

31

Contra-  
dictio  
Pontij

33

Nota.

§. VI.

## Reijcitur Maftrij Solutio.

34  
Respon-  
det 2.  
Maf-  
trius ex  
Lichero.

**M** Atrius deniquè dif-  
put. 12. cit. num. 109.  
respondet ex Lichero: quod  
Scotus cit. non loquitur de  
omni intellectu impera-  
ta; sed de illa, quæ simul est  
directiva operationum; hæc  
namquè ut imperata, potius  
est practica, quam praxis,  
quia est regulativa. Et de his  
tantum cognitionibus dixit  
Scotus, nullam intellectu-  
nem esse praxim, quod ex  
ipso contextu deducere co-  
natur.

Scotus enim cit. sic ait:  
Cum igitur dicitur, intellectio  
est imperata à voluntate: ergo  
est praxis; non sequitur, sed  
sequitur: ergo vel est praxis,  
vel practica, & reddens ra-  
tionem subdit: ipsa enim na-  
ta est denominari quasi acci-  
dentalitèr à praxi, ad quam  
extensibilis est; non autem est  
terminus talis extensionis.

Ecce loquitur (inquit  
Maftrius) de cognitione, quæ  
est extensibilis, idest, direc-  
tiva, quæ ut sic nequit esse  
directa; non de illa, quæ non  
est extensibilis, sed terminus,  
scilicet, quæ est directæ me-  
diatæ.

Hæc Maftrij solutio valde  
displicet Pontio, à quo du-  
pliciter impugatur. Primo:

35  
Verba  
Scoti.

36  
Sensus  
Scoti.

37  
Solutio  
Maftrij  
impug-

si aliqua cognitio directæ naturæ  
posset esse praxis, etiam cog-  
nitio directiva imperata esset  
praxis: ergo ruit solutio. Nec  
obest (ait Pontius) quod sit  
practica, ut asserit Maftrius,  
quia bene potest esse practica,  
ut dirigit aliam praxim, &  
praxis, ut dirigitur ab alia  
cognitione practica impera-  
ta a voluntate, sequente ta-  
lem cognitionem: neque ex  
his denominationibus una  
potius, quam altera, debet  
simpliciter ipsi competere.

Impugnat secundo, &  
Fortius: quia intentio obie-  
ctionis, cui respondet Scotus,  
erat probare, quod aliquis  
actus intellectus esset praxis,  
nec debebat probare, quod  
omnis actus intellectus erat  
talis; cum hoc sit manifeste  
falsum, ut constat de primo  
actu intellectus, præceden-  
te omnem actum volunta-  
tis, qui nequit esse praxis: ergo  
si Scotus respondet, negando  
aliquos tantum actus  
intellectus esse praxem, con-  
cedit aliquos esse praxem: ergo  
concedit intentum obie-  
ctionis: ergo vel non debuit  
diffinire praxim per hoc,  
quod sit actus alterius poten-  
tiæ ab intellectu; vel ut huius  
obiectionis debuit retractare  
talem diffinitionem. Atqui  
nullum ex his facit Scotus:  
ergo iuxta Scotum nullus

naturæ à  
Pontio  
Primo.

38  
Impug-  
nat Se-  
cundo,  
& For-  
tius.

actus intellectus est praxis.

39  
Certamē  
inter  
Pontiū,  
& Mas-  
trium.

Ex hac duplici impugna-  
tione contra solutionem  
Mastrij; vnam tantum, sci-  
licet, primam a nobis posi-  
tam num. 37. (ait Pontius in  
additione) adducit Mastrius  
*disput. 1. Meth. quæst. 4. nu-  
mer. 74.* & impugnat; alte-  
ram tamen, scilicet, secun-  
dam a nobis positam nu-  
mer. 38. tacendo. Ex hoc au-  
tem (prosequitur Pontius)  
veri similiter conijci potest,  
quod Mastrius non potuit  
illam solvere; si enim posset,  
cur non faceret? Pontius, &  
Mastrius inter se litigentes; ego  
vero ab hoc præscindendo,  
impugnationem Mastrij abig-  
nabo, vt eam rejiciam.

40  
Respōd.  
Mastrius

Mastrius itaque *disput. 1.  
Meth. cit.* ad primam Pontij  
impugnationem, a nobis posi-  
tam numer. 37. respondet:  
quod licet illa cognitio im-  
perata directiua possit esse  
praxis; non tamen vt direc-  
tiua. Sic Mastrius, & adhuc  
contra ipsum insurgit Pon-  
tius in dicta additione du-  
pliciter.

41  
Impug-  
nat Pon-  
tius pri-  
mo.

Primo; quævis enim  
cognitio imperata directiua  
non posset esse praxis; tamen  
simpliciter posset esse praxis  
non minus, quam quælibet  
cognitio imperata; atqui  
Scotus negat, eam esse præ-  
xim simpliciter, & absolute,

& non tantum secundum  
hanc, vel illam rationem,  
seu vt directiua, vel vt di-  
recta; ergo non minus pug-  
nat, cognitionem directiuam  
imperatam esse simpliciter  
praxim, quam cognitio di-  
recta imperata.

Secundo; quia si Scotus  
loqueretur de cognitione  
imperata, non simpliciter,  
sed secundum aliquam ra-  
tionem, non esset opus, re-  
currere ad cognitionem di-  
rectiuam; ergo frustra recur-  
rit Mastrius ad illam. Pro-  
batur antecedens: nam pos-  
set dici de quacumque cog-  
nitione imperata, quod non  
esset praxis secundum ali-  
quam rationem particula-  
rem, nempe, quatenus est  
actus intellectus; imo hoc  
esset conformius definitioni  
praxis, a Scoto traditæ; ergo  
data conditionali anteceden-  
tis, non esset opus, recurrere  
ad cognitionem directi-  
uam.

Hæc Pontius contra Mas-  
trium, & licet sufficere vi-  
deantur ad huius solutio-  
nem impugnantem aliter a  
me impugnantem venit, & ni  
fallor, clarius, & efficacius.

Impugno primo solutio-  
nem Mastrij; cognitio direc-  
ta imperata, vel est actus in-  
tellectus, vel est actus alte-  
rius potentie ab intellectu?

42  
Secūdo.

43

44  
Impug-  
no ego  
Mastrij  
solutio-  
nem primo



Si primum : ergo asserere, esse praxim proprie, & rigurose, ut a Scoto *cit.* accipitur, est contradistinctionem praxis, ab eo traditam, & consequenter contra Scotum. Si Secundum. Ultra hoc, quod est falsum, non est ad rem, quia Scotus solum negat, quod actus intellectus à voluntate imperatus, sit praxis proprie, & rigurose. Hæc est non solum impugnatio; sed etiam retortio contra Mastrium.

Retortio.

Impugno Secundo: quod cognitio imperata sit directiva, vel directa, non obest, ut utraque sit actus intellectus: ergo neutra potest esse praxis, praxi sumpta, ut a Scoto *cit.* est definita. Antecedens est certum; alioquin Mastrij solutio non esset ad rem. Consequentia patet ex definitione prædicta praxis.

45  
Secundo.

Impugno tertio: cognitio directa imperata est praxis iuxta solutionem Mastrij: ergo cognitio directiva imperata esset praxis contra ipsum. Probatur consequentia: ideo cognitio directa imperata esset praxis, quia haberet tria requisita necessario, & indispensabiliter ad praxim, à nobis declarata *num.* 12. sed mel, quod cognitio directa imperata habe-

46  
Tertio.

ret hæc tria requisita, illa etiam haberet cognitio directiva imperata, quia eadem est de utraque ratione; ergo etiam esset praxis.

Impugno quarto: opinio Mastrij contradictorie opponitur Scoto: ergo est nulla. Probatur antecedens: *nulla intellectio est praxis; aliqua intellectio est praxis*, sunt contradictoria; atqui universalis negativa est Scoti, & particularis affirmativa est Mastrij: ergo opinio Mastrij contradictorie opponitur Scoto. Maior est evidens. Minor pro prima parte constat clare ex definitione praxis à Scoto traditæ, nempe, *est actus alterius potentia ab intellectu*, per quæ verba excludit à praxi omnem actus intellectus. Similiter coniat ex verbis Scoti pro nostra probatione adductis *num.* 18. scilicet: *cum igitur dicitur, intellectio est à voluntate imperata: ergo est praxis; non sequitur*; per quæ excludit similiter omnem actum intellectus à ratione praxis. Quo ad secundam partem est notoria; nam intellectio directa imperata est praxis apud Mastrium. Consequentia legitima est.

47  
Quarto.

Nec Mastrio fabere potest, quod ex contextu Scoti adducit: nam ibi Scotus

48  
Syllogismus est optimus.49  
Littera, & intentio Scoti.

unum negat, & alterum concedit. Negat, aliquam intellectionem adhuc imperatam, esse praxim, vt ab eo diffinitam, vt patet ex his verbis: *cum igitur dicitur, intellectio est à voluntate imperata: ergo est praxis; non sequitur, & hoc erat primum, & principale Scoti intentum. Concedit, talem intellectionem esse practicam, vt immediate tenet: sed sequitur: ergo vel est praxis, vel practica; quod erat intentum minus principale. Et ad probandum, esse practicam, adducit verba sequentia, scilicet: ipsa enim nata est denominari quasi accidentaliter à praxi, ad quam extensibilis est; non autem est terminus talis extensionis.*

Hæc est littera, & intentum Scoti, ex quo vera eius mens declaratur. Intentum minus principale Scoti est, probare, cognitionem, esse practicam, supposito quod nulla sit praxis, quod erat intentum principale illius; atqui ad probandam esse practicam, omnino necessarium erat, Scotum loqui de cognitione directiva, & non de directâ; quia illa est extensibilis; non vero ista: ergo quod Scotus loquatur de cognitione directiva, nihil iuvat ad esse, vel non

esse praxim; sed tantum ad esse, vel non esse practicam. Et hoc est, quod habet cognitio directiva imperata ad distinctionem directæ; vtraque tamen convenit in non esse praxim, vt à Scoto accipitur praxis.

Vnde fateor: verum esse, Scotum loqui de cognitione directiva, vel regulativa, & non de directâ, in ordine ad esse practicam; vt conuincunt illa verba: *ipsa enim nata est denominari, &c.* Cæterum in ordine ad esse praxim, etiam est certum, Scotum loqui de vtraque, & de omni cognitione, vt claretur ex illis verbis: *cum igitur dicitur: intellectio est à voluntate imperata: ergo est praxis; non sequitur.* Tum, & clarius ex diffinitione praxis: *est actus alterius potentie ab intellectu,* quæ verba erunt nostra secunda ex Scoto probatio.

Deniquè ex ipsa Mastrij solutione contra ipsum arguo: Scotus iuxta Mastrium non loquitur de cognitione imperata directâ. Quæro nunc ab ipso: qua Scoti auctoritate nititur, vt dicat, cognitionem imperatam directam esse praxim? Nulla certe: ergo absque Scoti auctoritate procedit, quod fat est contra Mastrium. Ad

51  
Amplius  
explicatur.

50  
Tera Scoti  
mens  
explicatur.

52  
Arguo  
deniquè  
contra  
Mastriū

hoc

hoc etiam accedit, quod Scotum non latuit cognitio directa; nam *quæst. 4. Prolog. §. Dico igitur sic ait: & si dicas: unum actum intellectus extendi ad alium directum per illum, non propter hoc, secundus est praxis ut modo loquitur, nec primus est cognitio practica: ergo nec cognitio directa ex Scoto est praxis.*

§. VII.

*Nullum actum intellectus, à voluntate imperatum, esse praxim, alia Scoti auctoritate contra Scotistas ostenditur.*

**S**cotus *quæst. 4. Prolog. diffinit praxim his verbis: Dico igitur primo, quod praxis, ad quam cognitio practica extenditur, est actus alterius potentie, quam intellectus, naturaliter posterior intellectio- ne, natus elici conformiter recte rationi, ad hoc, ut sit actus rectus: ergo ex Scoto nullus actus intellectus à voluntate imperatus, sive directibus, sive directus, est praxis. Hæc consequentia videtur evidens iuxta Scotum, & evidenter apparebit, solutionem Pontij, & Maltrij impug- nando.*

§. VIII.

*Impugnatur Solutio Pontij.*

**P**ontius respondet: diffinitionem praxis à Scoto traditam optimam esse; nec ob hoc tollitur, quod actus intellectus, ut à voluntate imperatus, sit praxis, quia talis actus, ut imperatus, est actus alterius potentie ab intellectu, & ut sic tantum habet rationem praxis. Hanc solutionem tribuit Pontius, nam *num. 80. & in margine asserit: quod actus intellectus, ut imperatus à voluntate, est alterius potentie ab intellectu.*

Hæc tamen solutio nullo modo nobis placere potest, quia in multis deficit, ob quod impugnatur. Primo: actus ambulationis (& idem de omnibus alijs actibus sensuum) ut imperatus à voluntate, non est actus alterius potentie à potentia ambulatoria: ergo nec actus intellectus, ut imperatus à voluntate, est actus alterius potentie ab intellectu: ruit ergo solutio. Consequentie legitime inferentur. Antecedens vero est apud omnes verum; & probatur: actus ambulationis, ut à voluntate imperatus, producit immediate à potentia ambulatoria, imperante voluntate: ergo est actus illius potentie;

alio

54  
Respon-  
det Pon-  
tius.

55  
Impug-  
natur  
Primo  
Pontij  
Solutio.

53  
Proba-  
tur alia  
Scoti au-  
thorita-  
te.

alioquin immediate ab illa non produceretur.

56  
Impugnatur secundo.

Et ex hoc impugnatur secundo allata solutio: actus omnium aliarum potentiarum, ut à voluntate imperati; sunt actus illarum potentiarum, & non alterius ab illis: ergo actus intellectus, ut à voluntate imperatus, est actus intellectus, & non alterius ab illo. Et ratio generalis est: nam quilibet actus à voluntate imperatus, producit immediate ab alia potentia imperante voluntate, ad distinctionem actus elicti à voluntate, qui producit ab ipsa met in se ipsa immediate.

57  
Tertio.

Impugnatur tertio Pontij solutio. Scotus cit. loquitur de actu intellectus, qui licet sit à voluntate imperatus; est tamen actus intellectus: ergo solutio asserens: actum intellectus, ut à voluntate imperatum, esse actum alterius potentie ab intellectu, non est ad rem; nec contra Scotum, etiam si talis actus esset praxis, quia Scotus non negat: actus alterius potentie ab intellectu posse esse praxem.

58  
Quarto.

Impugnatur quarto: actus intellectus à voluntate imperatus est praxis iuxta Pontium: ergo bona consequentia est hæc: intellectio

est imperata à voluntate: ergo est praxis. Atqui hæc est ad litteram consequentia ab Scoto negata, ut ex textu patet: cum igitur dicitur: intellectio est à voluntate imperata: ergo est praxis, non sequitur: ergo concedit Pontius id ipsum, quod negat Scotus.

Quinto impugnatur: ideo Scotus negat prædictam consequentiam, quia intellectio à voluntate imperata, non est actus alterius potentie ab intellectu solum namque illi deficit hæc conditio ad praxim iuxta Scotum requisita: ergo dicere, quod intellectio imperata est actus alterius potentie ab intellectu, est Scoto evidenter opponi.

Impugnatur sexto: si intellectio imperata à voluntate esset actus alterius potentie ab intellectu, non posset Scotus negare, quod negat, scilicet, esse praxim: ergo contra Scotum est Pontij solutio. Probatur antecedens: si intellectio imperata esset actus alterius potentie ab intellectu, haberet omnes tres conditiones ad praxim à Scoto requisitas: ergo non negaret Scotus, esse praxim. Probatur antecedens: Prima est, quod sit actus alterius potentie ab intellectu; secunda est, quod sit na-

59  
Quinto.

60  
Sexto.



turaliter posterior intellectu; & tertia est, quod sit natus elici conformiter recte rationi; atqui talis intellectio haberet primam partem, & secundam, & tertiam acciperet ab actu voluntatis, à quo imperata fuit: ergo omnes tres conditiones haberet.

Impugnatur septimo: idem actus nequit esse actus intellectus, & voluntatis; sequeretur namque manifesta contradictio: ergo actus intellectus, à voluntate imperatus, non est actus alterius potentiae ab intellectu, & si est, non erit actus intellectus.

Impugnatur octavo: imperium voluntatis non tribuit intellectioni, quod sit actus intellectus, nec tribuere valet, quod sit actus alterius potentiae ab intellectu: ergo ruit solutio. Consequentia est legitima. Antecedens pro prima parte claret: nam intellectio ex se, & pro priori ad imperium, habet, quod sit actus intellectus, ut potè ab ipso immediatè producta, ut est manifestum, & rationem dedimus num. 84. Pro secunda est æquè certum. Primo: paritate actuum aliarum potentiarum ab intellectu, de quibus dixi num. citat. Secundo: quia ut

imperium valeret tribuere intellectioni, quod esset actus alterius potentiae ab intellectu, omninò necessarium esse videtur, quod ab ea tolleretur id, quod essentialiter, & secundum se habet, scilicet, esse actum intellectus.

Deniquè: nam licet tam actus intellectus, quam actus aliarum potentiarum ab intellectu, possint recipere ab imperio voluntatis (ut verè recipiunt) duas posteriores conditiones, ad proximam requisitas iuxta Scoti definitionem; primam tamen, scilicet, quod sit actus alterius potentiae ab intellectu, nullus actus, quicumque sit, potest ab imperio recipere; cum eam ex se quicumque habeat ex immediata illius productione, ut de quocumque est valdè notum: invalida ergo, & absque villo fundamento Pontij solutio apparet.

Ex his se se aperit, tum: nullam esse solutionem Pontij. Tum: etiam: Pontium in ipsa sibi contradicere: nam num. 79. ad litteram adducit doctrinam, a nobis traditam, docet enim, quod quilibet actus à voluntate imperatus, producitur immediatè ab alia potentia, imperante voluntate, cum quo contradictoriè opponitur, quod dicit num. 80. scilicet, actus intellectus,

63  
Nono.

64  
Corollarium de nullitate solutionis Pontij, & eius contradictio ne.

61  
Septimo.

62  
Octavo.

lectus, vt imperatus, est actus alterius potentia ab intellectu; imo, & cum eo, quod tradit *num. 81.* vbi praxiam accipit pro solo illo actu, qui secundum se sit actus alterius potentia ab intellectu.

§. IX.

*Solutio Mastrij rejicitur.*

**M**astrius denique respondet ad textum Scoti ex his, quæ habet *disp. 12. citat. num. 106.* exponendo definitionem praxis, à Scoto traditam, vbi definitionem concedit; & negat: actum intellectus, à voluntate imperatum, non esse alterius potentia ab intellectu. Cæterum hæc solutio est ipsa, & eadem, quam ex Pontio assignavimus *num. 54.* Unde eisdem rationibus, quibus Pontij solutionem impugnavimus à *num. 55. vsque ad numer. 63.* rejicienda est hæc Mastrij solutio.

Vltrà quæ tamen ad hominem contra ipsum solutionem rejicio. Primo: nam Mastrius *citat. num. 102.* impugnat responsionem quorundam dicentium: intellectiōnem, vt imperatam, non esse actum intellectus, sed alterius potentia, scilicet, voluntatis; ergo iuxta ipsum intellectiō, vt imperata, non est actus alterius potentia ab

intellectu, scilicet, voluntatis. Antecedens patet: nam hæc sunt verba Mastrij *citat. Tum: quia non tantum actus, sed etiam potentia subduntur voluntatis imperio; imo actus subduntur medijs potentijs: ergo actus imperatus dici debet actus potentia propria, vt imperate.* Consequentia legitime infertur.

Rejicio secundo etiam ad hominem: iuxta Mastrium *citat.* non solum actus, sed etiam potentia, subduntur voluntatis imperio; atqui hoc non obest, vt potentia ambulatoria, v. g. (& sic de alijs) vt imperata, sit talis potentia, & non altera: ergo nec obest, vt actus ambulationis, vt imperatus, sit actus potentia ambulatoria, & non alterius potentia: ergo nec obest, vt actus intellectus, vt imperatus, sit actus intellectus, & non alterius potentia.

Ad hominem etiam contra Mastrium rejicio tertio: nam Mastrius *citat.* impugnat etiam prædictam responsionem illorum, qui dicebant, intellectiōnem, vt imperatam, non esse actum intellectus, sed voluntatis: ergo iuxta ipsum intellectiō, vt imperata non est actus alterius potentia ab intellectu. Antecedens claret; nam prædictam responsionem impugnat ab illo

65  
*Mastrij solutio.*

Reiecta à *nu. 55. vsque ad num. 63.*

66  
*Ad hominem contra Mastrium solutionem rejicio primo.*

67  
*Secundo & etiam ad hom.*

68  
*Tertio, & ad hominem etiam.*

illo inconvenienti, scilicet, quod actus aliarum potentiarum, ut imperati, non essent actus illarum potentiarum. Hæc enim sunt verba Matrij *cit.* *Secunda responsio nihil iuvat: nam sic non solum actus intellectus, sed cuiuscumque alterius potentia, ut imperati, non essent actus illarum potentiarum.* Consequentia evidens contra Matrium apparet. Et hæc ratione rejicitur etiam quod dicit *numer. 106.* scilicet, quod actus directus non est actus intellectus, ut intellectus est, sed alterius, quasi distinctæ potentiæ; nam intellectus ut sic distinguitur à se ipso, ut à voluntate imperato. Contra hoc enim militat paritas de actibus aliarum potentiarum, ut à voluntate imperatis.

Quarto deniquè rejicio solutionem Matrij, claram illius contradictionem manifestando: asserere, actum intellectus, ut imperatum, esse actum alterius potentiæ ab intellectu, & non esse actum alterius potentiæ ab intellectu, est clara contradictio; atqui primum asserit Matrius *cit.* *numer. 106.* ut claret ex à nobis traditis *numer. 65.* & secundum asserit *num. 102.* ut apparet ex proximè dictis: ergo sibi ipsi clarè, & clarissimè contradicit. Ob

hæc itaque de Matrio dicere valeo. quod *num. 64.* dixi de Pontio.

§. X.

*Quodam Philosophi testimonio probatur: nullum actum intellectus, à voluntate imperatum, esse praxim.*

**H**oc Aristotelis testimonium sumitur ex *lib. 3. de Anima, text. 49.* dicentis: *Sed contra est, quod dicitur in 3. de Anima, quod intellectus speculativus per extensionem fit practicus.* Ex quo absque dubio ortum habuit illud commune axioma: *Intellectus extensione fit practicus*, quod ut tale proponitur generalitèr ab omnibus, & ego in tomo de Axiomatibus inter axiomata proposui *lib. 1. axiomat. 54.* ex ipsoque sic probat Scotus *cit.* nullum actum intellectus esse praxim.

Si aliquis actus intellectus esset praxis, falsum esset hoc axioma: *Intellectus extensione fit practicus*; sed hoc nequit dici: ergo dici nequit, quod aliquis actus intellectus sit praxis. Probatur maior: si aliquis actus intellectus esset praxis, absque vlla extensione esset practicus: ergo falsum esset dictum axioma. Consequentia patet. Antecedens

*Corollarium.*

70

*Aristotelis testimonium.*

71

*Formatur ratio*

69

*Clara Matrij contradictio est quarta impugnatio.*

dens est certum; nam si aliquis actus intellectus esset praxis, intellectus verè practicus, seu principium praxis diceretur, etiam si extra se non tenderet, seu quin regularet actus aliarum potentiarum; seu absque extensione ad operationes aliarum facultatum, seu absque extensione ad dictandum modum, & circumstantias actionis faciendæ, quæ sit praxis; nam per hoc solum, quod eliceret suos actus, qui essent praxis, esset verè practicus.

Confirmatur, & meo videri, evidentè: ideò voluntas non indiget extensione, vt practica dicatur, quia eius actus elicitæ sunt praxes, seu quia per hoc solum, quod eliciat suos actus, qui sunt praxis, est verè practica, seu principium praxis: ergo si intellectus indiget extensione, vt sit practicus ex axioma prædicto, nullus actus intellectus est praxis.

Hoc Scoti argumentum ex Aristotelico axioma deductum, ita torquet adversariorum ingenia, vt solutionem non inveniunt, ob quod axioma negant, dicendo, in nullo magnæ authoritatis Doctore inventum esse. Falluntur certè, & ad temeritatem accedere videntur.

Reijcitur primo hæc ref-

ponso: dictum axioma inventum est in Div. Thoma *quæst. 14. de Veritate, artic. 4.* his verbis: *Intellectus practicus idem est, quod operativus; unde sola extensio facit aliquem intellectum esse practicum.* Quid clariùs! Videant nunc axioma repertum in maximæ authoritatis Doctore. Secundo: nam idem Angelicus Doctor *1. part. quæst. 79. artic. 11. in Argument. Sed contra* refert dictum axioma ex Aristotel. *lib. 3. de Anima,* verbis à nobis relatis *num. 70.* scilicèt, *quod intellectus speculativus per extensionem fit practicus.* Videant nunc Div. Thomam reperisse in Aristotele, quod ipsi nec in Aristotele, neque in D. Thoma invenerunt.

Reijcitur tertio: nam licet axioma prædictum in terminis non reperiat in *3. de Anima,* vbi Scotus Aristotelem citat, tamen ex *cap. 10. text. 50.* illius libri satis colligi potest: nam ibi dicit Philosophus: intellectum practicum esse illum, qui est principium agendi, quod necessario debet intelligi de actione quæ sit extra intellectum; nam intra ipsum etiam intellectus speculativus est principium agendi: ergo iuxta Philosophum intellectus practicus est principium agendi,

non

Reijcitur  
1.

Secundo

75  
Tertio

72  
Confir-  
matur  
evidèter

73  
Respond.

74



non actione intellectus, sed actione alterius potentia ab intellectu, & in hoc sensu intellexerunt Philosophum, D. Thomas, Scotus, & Veteres illius Expositores. Verba Aristotelis sunt: *Hæc igitur ambo, intellectus, & appetitus movendi motu (scilicet progressivo) principia sunt. Intellectus, inquam, is, qui alicuius gratia ratiocinatur, quique principium est agendis, atque hic sine ab intellectu contemplativo differt.*

Reijcitur quarto: Doctor Subtilis utitur prædicto axioma ut à Philosopho tradito, & in ipso invento, & hoc sufficiens erat, ad ipsum, ut verum habendum, utpotè, à tam Maximo, & celeberrimo Doctore assertum. Deniquè: omnes Doctores (paucissimis exceptis) reputant, & venerantur dictum axioma, ut proprium Aristotelis; sed illi sunt maximæ autoritatis ob illud axioma, ab omnibus receptum: *Multa collecta iuvant, quæ singula non profunt: ergo, &c.*

Iam video Matrium disput. 12. citat. num. 109. supponentem, se explicasse supra dictum axioma, ut claret ex his eius verbis: *Quomodo autem intelligenda sit autoritas illa: intellectus extensione fit practicus, diximus supra, ex-*

*ponendo diffinitionem praxis.* Hoc fecit Matrius num. 106. ubi prædictum axioma concedit, quia verum est, quod ut intellectus sit practicus, debet se extendi, id est, extra se tendere, quatenus, scilicet, non sinit in cognitione objecti, sed ulterius procedit ad opus, regulando illud.

Cæterum hoc non obest, ut actus directus imperatus sit praxis, quia talis actus non est actus intellectus, ut intellectus est, sed alterius quasi potentia distinctæ; nam intellectus, ut sic distinguitur à se ipso, ut à voluntate imperato, & consequenter actus intellectus à voluntate imperatus non est actus intellectus, sed est actus intellectus imperati, & voluntati subiecti.

Hæc tamen responsio valde latè impugnata manet §. 8. & 9. & specialitèr ad hominem contra Matrium à num. 66. usque ad num. 68. & deniquè Matrium in hac responsione sibi clarissimè contradicere, clarissimè manet ostensum numer. 69. Videantur dicta, & dicta sufficiant pro impugnatione Matrij, & illius contradictione.

78  
Prosequitur Matrius.

79  
Responsio Matrij ex dictis manet impugnata.

76  
Quarto.

Deniquè

77  
Respond. Matrij.

§. XI.

Pontij, & Masrij argumenta solvuntur.

80

Arguit Pontius primo.

**P**ontius disput. 2. de Natura Logicæ, quæst. 8. num. 79. hæc habet: si actus imperatus voluntatis potest esse praxis, ut fatetur Scotus; cum voluntas possit imperare intellectui, ut studeat, hoc studium, seu cognitio intellectus, quæ imperaretur, esset actus imperatus à voluntate, & consequenter esset praxis. Ex quo sic formatur argumentum: actus imperatus à voluntate est praxis; sed plures actus intellectus eliciuntur, ut imperati à voluntate: ergo erunt praxes.

Formatur argument.

81

Argumentum est Scoti.

Hoc argumentum sibi obiecit Scotus quæst. 4. Prolog. artic. 1. post quam docuerat: praxim esse actum elicitem, vel imperatum, ex quo deducit contra se, quod actus intellectus esset praxis, quia potest esse imperatus. Ad quod respondet ipse Scotus, nullam intellectionem esse praxim, sumpto praxi pro sola operatione in ordine ad quam intellectus practicus dicitur extendi his verbis: *Cum igitur dicitur: intellectio est imperata à voluntate: ergo est praxis; non sequitur.*

Scoti solutio.

82

Ratio sol.

Et ratio est (ait Scotus) quia licet omnis praxis sit ac-

tus elicited, vel imperatus à voluntate; non tamen omnis actus, a voluntate imperatus, est praxis, quia ad hoc requiritur, quod sit actus alterius potentie ab intellectu; quare sic habent ut superius, & inferius; valet enim: est praxis: ergo est actus elicited, vel imperatus à voluntate; non vero valet: est actus imperatus à voluntate: ergo est praxis; quia potest esse actus intellectus. Sic Doctor cit. num. 4. verbis supra dictis: *Cum igitur dicitur: intellectio est imperata à voluntate: ergo est praxis; non sequitur. Quid clarius!*

Ex his itaque ad argumentum formatum respondeo primo distinguendo maiorem: actus imperatus à voluntate est praxis, sumpto praxi in aliqua acceptione ex quatuor supra dictis §. 1. concedo maiorem; sumpto praxi præcise in quarta acceptione, scilicet, proprie, & rigurose, quomodo sumitur à Scoto, nego maiorem; & concessa minori, distinguo consequens: ergo plures actus intellectus erunt praxes, praxi sumpto in aliqua illius acceptione concedo consequentiam; in propria, & rigurosa acceptione nego consequentiam; quia praxis proprie, & rigurose sumitur pro actu alterius potentie ab intel-

83

Respond. primo.

reflectu, ut constat ex diffinitione Scoti.

84  
Secundo

Respondeo secundo alter distinguendo maiorem: actus imperatus à voluntate, habens tres conditiones ad praxim requisitas, est praxis concedo maiorem; illas non habens nego maiorem, & distinguo minorem similiter, & consequens, ut supra. Hoc constat dictis *num. 12.*

85  
Tertio.

Tertio distinguo aliter maiorem: actus imperatus à voluntate est praxis materialiter, vel formaliter concedo maiorem; formaliter praecise nego maiorem; & concessa minori, distinguo similiter consequens.

86  
Respond.  
in forma

Denique respondeo distinguendo maiorem: actus alterius potentiae ab intellectu, imperatus à voluntate, est praxis concedo maiorem; actus intellectus imperatus à voluntate nego maiorem, & concessa minori, nego consequentiam, propter a Scoto dicta, & à nobis relata.

87  
Vide à §.  
3. usque  
ad 9.

Et certè hæc est verissima Scoti mens, & eam sequendo, nostram sententiam cum praedictis Scoti verbis probavimus §. 3. & per alios sequentes usque ad §. 9. solutiones Scotitarum, in hoc nobis adversantium, impugnavimus, de ipsisque (illorum venia) dicere valeo, quo quã-

to magis ad suam opinionem accedunt, tanto magis a recta Scoti via recedunt.

Arguit secundo Pontius *citat.* & est fundamentum, quo convictus fuit ad asserendum: actum intellectus imperatum esse praxim: omnis actus, ad quem dirigendum inclinatur Prudentia, est praxis; quia prudentia est habitus practicus, qui solum inclinatur ad praxes dirigendas; sed Prudentia inclinatur ad aliquos actus intellectus, nempe, ad studendum, & cognoscendum tali, vel tali tempore, loco, vel modo: ergo aliqui actus intellectus sunt praxes.

88  
Arguit  
secundo  
Pontius.

Confirmatur ab ipso: cognitio imperata à voluntate potest esse bona, & meritoria quandoque, & quandoque demeritoria: ergo potest esse praxis; quia sine dubio omnis actus virtutis, & vitij est praxis, & omnis actus bonus, & malus est moraliter actus virtutis, & vitij. Hæc Pontius.

89  
Co firm.  
Pontius.

Respondeo primo distinguendo maiorem: omnis actus, actu intellectus excluso, ad quem dirigendum inclinatur Prudentia est praxis concedo maiorem; actu intellectus ingrediente, nego maiorem, & omnia minori nego consequentiam. Secundo dis-

90  
Resp. 1:

Secundo

dis-

distinguo: si habet tres condiciones ad praxim requisitas, concedo maiorem, si aliqua ex illis caret, nego maiorem; & omiſſa minori, nego consequentiam, quia omni actu intellectus deficit prima conditio ad praxim.

Respondeo tertio distinguo: omnis actus, ad quem primario dirigendum inclinatur Prudentia, est praxis concedo maiorem; secundario, dirigendum nego maiorem; distinguo similiter minorem, & nego consequentiam. Scientia itaque practica, vel speculativa, dicitur ex suo fine intrinseco, seu obiecto primario, quod principaliter intendit, ut dicemus §. 17. non verò ex secundario, & minus principali; quare cum Prudentia primario, & per se sit directiva actus voluntatis; actus verò intellectus tantum secundario, & quasi per accidens, ideò Prudentia dicitur practica ratione actus voluntatis; non verò intellectus.

Respondeo quarto ad argumentum Poncij distinguendo maiorem: omnis actus, ad quem distinguendum inclinatur Prudentia, est praxis communiter sumpta, vel rigurose accepta concedo maiorem; rigurose accepta precise, subdistinguo: si actus, ad

quem dirigit, est praxis rigurose concedo maiorem; si est praxis communiter tantum, seu minus late nego maiorem; & omiſſa minori distinguo similiter consequens. Nec probatio imbibita maioris indiget alia distinctione.

Itaque certum est, quod Prudentia est habitus practicus; eo, quod inclinatur ad dirigendas praxes; ceterum ex hoc non sequitur, quod si dirigit actum intellectus, ut supponit Poncius, talis actus intellectus sit praxis rigurose, quia hoc convenire nequit actu intellectus, ut ex diffinitione praxis apparet; sed sufficit, quod sit praxis minus late, seu communiter, ut fatetur ipse Poncius *num.* 81. ubi totam suam mentem aperuit circa diffinitionem praxis à Scoto traditam. Unde sic etiam valet distinguere: Prudentia dirigens praxim est habitus practicus concedo; dirigens actum, qui non est praxis nego, vel subdistinguo: est habitus practicus denominatus à praxi late sumpta concedo; à praxi rigurose accepta nego.

Et ex hoc, argumentum retorqueo ad hominem contra ipsum: ipse Pontius fatetur in dicto *num.* 81. Scotum accepisse praxim in magis rigurosa acceptione, quam

91  
Tertio.

92  
Quarto.

93  
Ratio solutionis.

94  
Retor-  
queo ad  
hominem  
contra  
Pontium



communiter accipitur, ita scilicet, ut solus actus alterius potentia ab intellectu, qui præterea esset elicited, vel imperatus a voluntate, esset praxis: ergo etiam Prudentia inclinet ad dirigendum actum intellectus, non ob hoc actus intellectus erit praxis in rigurosa Scoti acceptione. Et certè in hoc sensu dumtaxat loquitur Pontius; nam quando *num. 80.* asserit: actum intellectus posse esse praxim imperatum, loquitur de praxi communiter accepta; non vero in magis rigurosa acceptione, in qua praxim accepit Scotus, ut ipse declarat *num. 81.*

Ad confirmationem Pontij distinguo antecedens: potest esse bona, & meritoria quandoque, & quandoque mala, ac demeritoria, materialiter concedo antecedens; formaliter nego antecedens, & distinguo similiter consequens. Hæc solutio latius patebit, solvendo argumentum Matrij, quod cum confirmatione Pontij coincidit, seu, ut melius loquar, est idem.

Matrius itaque *disput. 12 de Scientia, quest. 5. num. 101.* sic arguit: Scotus in *2. dist. 6. quest. 2.* Et *dist. 42.* admitit peccatum in cogitatione: ergo aliqua intellectio, ut a voluntate imperata, erit dirigi-

bilis in genere moris, ut bene, vel male fiat: ergo est praxis. Confirmatur ab ipso: iudicium credendi articulos fidei est practicum; sed habet pro obiecto, non solum volitionem actus credendi, sed etiam actum ipsum: ergo non solum volitio, verum & ipse actus est praxis.

Respondeo ad argumentum Matrij explicando Scotum: admitit peccatum materialiter in cogitatione concedo; formaliter nego; & distinguo primo consequens: ut bene, vel male fiat materialiter concedo consequentiam; formaliter nego, & distinguo secundum: ergo est praxis materialiter concedo consequentiam; formaliter nego consequentiam.

Hæc solutio est ipsius Scoti, & patet primo: quia in *2. dist. 42. citat.* clare docet: intellectioem, ut imperatam, esse praxim materialiter; non formaliter. Secundo: quia in *2. dist. 6. citat.* docet: intellectioem esse materialiter peccatum; non formaliter, & ideo negat Scotus in presenti esse praxim formaliter.

Hanc nostram solutionem impugnat Matrius dupliciter. Primo *num. 108.* sic: quia intellectioem esse materialiter peccatum, idem est, ac esse peccatum secundario: ergo

Confirmo.

97  
Respond.  
ad arg.  
Matrij.

98  
Solutio  
est ipsius  
Scoti.

99  
Impugn.  
1. Matrij.

95  
Ad confirmat.  
Pontij.

96  
Arguit  
Matrij.

ergo

ergo si intellectio est materialitèr peccatum, erit praxis secundario. Probatur antecedens: ly *materialitèr* idem est, ac secundario; quæ doctrina (ait Maffrius) est communis omnibus actibus imperatis, vt ipse Scotus docet in *Prolog. citat. §. Contra istud*, vbi ait: *Communitèr non generatur habitus practicus, qui est virtus, sine praxibus imperatis, sequentibus electionem; non tamen generatur ex illis sequentibus, sed ex electionibus, in quibus est formalitèr bonitas moralis; in praxibus autem imperatis est tantum materialitèr:* ergo si intellectio est materialitèr peccatum, erit praxis secundario.

100  
Resp. I. Respondeo primo negando antecedens, & probationem, quia licet aliquando ly *materialitèr* sit idem, ac *secundario*, multoties tamen oppositum accidit, quod apparebit, explicando aliquas acceptiones termini *materialitèr*; nam aliquando sumitur, vt non distinguitur à ly *formalitèr*; aliquando verò, vt à ly *formalitèr* distinguitur; & quandoque prout coincidit cum *improprie*.

101  
Quædã  
ceptio  
termini  
materia  
litàr. Ly *materialitèr*, vt non distinguitur à ly *formalitèr*, dicitur id, quod significat rationem propriam formæ, sed non æquè primo, & tunc ly

*materialitèr* est idem, ac *secundario*, v. g. operatio imperata, quæ est proprie, & rigurose praxis, dicitur praxis *materialitèr*; non, quia formalitèr non sit praxis, sed quia est praxis secundario, & hoc est, quod docet Scotus in verbis allatis, quin aliud valeat dicere Maffrius.

Ly *materialitèr*, vt distinguitur à ly *formalitèr*, dicitur id, quod non significat rationem propriam formæ, sed rem coniunctam cum forma, & hoc modo paries *materialitèr* dicitur disgregativus visus, quia est coniunctus cum albedine, quæ est forma *formalitèr* disgregans.

Ly *materialitèr*, vt coincidit cum *improprie*, dicitur id, quod licet habeat aliquid formæ; illam tamen *formalitèr*, non habet, sed *improprie*. V. g. operatio, (quæcumque sit) dicitur praxis *materialitèr*, seu *improprie*, vel latissimè sumptus, quia licet habeat aliquid praxis; tamen *formalitèr* non est praxis. Item: operatio dirigibilis cuiuscumque potentia est praxis *materialitèr*, seu *improprie*, vel latè, quia licet habeat aliquid praxis; tamen *formalitèr* non est praxis. Item: operatio quæcumque imperata est praxis ma-  
te-

102

Alia  
eiusdem  
acceptio.

103

Alia  
eiusdem  
acceptio.

terialitèr, seu improprie, vel minus latè, quia licet habeat aliquid praxis, tamen formalitèr non est praxis, de quo loquimur, vt patet *ex dictis num. 1. & 2.*

Omito aliàs plurimas acceptiones huius termini *materialitèr*. Tum: quia dictæ sufficiunt. Et tum etiàm, quia ultra progredi, esset ad infinitum pervenire.

Sic itaque in præsentì: nam intellectio à voluntate imperata est praxis materialitèr, non vt *materialitèr* coincidit cum *secundario*, quia ad hoc necessarium erat, quod ipsa intellectio imperata esset formalitèr praxis proprie, & rigurose, vt de actibus aliarum potentiarum ab intellectu, & à voluntate imperatis diximus *num. 101.* Est tamen praxis materialitèr, vt *ly materialitèr* coincidit cum *improprie* ob dicta *num. 103.* vel vt distinguitur à *ly formalitèr* ob dicta *num. 102.* Ex quo nunquam sequitur: intellectio imperatam esse praxim *secundario*, quia hic supponit rationem formalem praxis proprie, & rigurose, quæ nullatenus intellectio imperatæ convenire potest.

Ex his itaque, & claritatis gratia, respondeo *secundo* nego antecedens, cuius

probationem distinguo: *ly materialitèr* non contra distinctum à *ly formalitèr*, idem est, ac *secundario*, omito; *ly materialitèr*, vt distinguitur a *ly formalitèr*, vel vt est idem, ac *improprie*, nego, & patet solutio per dicta.

Respondeo tertio retorquendo contra *Mastrium*: omnes actus imperati præter intellectioem sunt praxes materialitèr, id est, *secundario*: ergo intellectio imperata non est praxis *secundario*. Consequentia est legitima. Antecedens verò esse *Scoti*, fateatur ipse *Mastrius* in impugnatione, quam contra nos facit; nam immediatè ad verba *Scoti* relata subait: *Cum igitur quilibet actus imperatus materialitèr, hoc est, secundario, sit praxis, si ex hoc capite ibi negat Doctor, intellectioem esse praxim, debebat etiam id negare de omnibus imperatis; & tamen (nota hæc verba) de alijs concedit præter intellectioem: ergo cum hoc de Scoto fateatur Mastrius, fateri etiam debet, se Scoto adversari, quando dicit: intellectioem imperatam esse praxim secundario.*

Imo ex verbis ipsius *Mastrij* iterum contra ipsum retorqueo: *Scotus* iuxta *Mastrium* asserit: omnes actus imperatos præter actus intel-

104

105  
Solutio  
decla-  
tur.

106  
Resp. 2.

107

Resp. 3.  
& retor-  
queo.

108

Iterum  
retorq.  
contra  
Mastrij

lectus esse praxes materialitèr, id est, secundario, ut claret ex verbis a Mastro traditis: *Et tamen de alijs concedit præter intellectionem*: ergo actus intellectus imperati non sunt praxes materialitèr, id est, secundario. Hæc consequentia est notoria. Tùm: quia si actus intellectus imperati essent praxes, tales essent secundario dumtaxat, sicut sunt actus aliarum potentiarum ab intellectu. Tùm etiã; quia tunc nulla esset differentia in ratione praxis inter actus intellectus imperatos, & actus aliarum potentiarum ab illo, cuius oppositum explicant verba prædicta Mastrij. Et hæc de prima Mastrij impugnatione.

Impugnat secundo Mastrij *num. 102.* nostram supra positam solutionem, & ad hanc formam reducitur: nostra solutio, scilicet, actus intellectus, à voluntate imperatus, est praxis materialitèr; vel intendit, quod sit praxis secundario? Vel quod nullam rationem praxis intrinsicam habeat talis actus? Si primum: ergo actus intellectus à voluntate imperatus, est proprie, & rigurose praxis; quia esse praxim secundario, non tollit, esse proprie, & rigurose praxim, ut claret in actibus aliarum potentia-

rum, à voluntate imperatis, qui proprie, & rigurose sunt praxes, & si secundario, ut *s. sequenti* dicemus cum Scoto. Si secundum, falsum est, & contra Scotum *quodlibet. 18.* ubi ex professio ostendit, actum exteriorem, id est, imperatum, addere distinctam bonitatem, vel malitiam actui interiori. Nulla ergo est nostra solutio.

Replicam Mastrij niti in falsa intelligentia, alio dilematè ostendo, & retorqueo: nam per *ly praxis*, vel loquitur Mastro de praxi proprie, & rigurose sumpto; vel in alia acceptione capto? Si primum; falsum est, quod actus intellectus, à voluntate imperatus, sit praxis secundario, sicut actus aliarum potentiarum, à voluntate imperati; quia ad hoc erat necessarium, quod talis actus intellectus esset praxis proprie, & rigurose, ut sunt actus aliarum potentiarum, quod est contra Scotum, ut ex hucusque dictis apparet. Si secundum; replica Mastrij non est ad rem; quia hic loquimur dumtaxat de praxi, proprie, & rigurose accepto, ut à Scoto diffinito.

Ex quo iterum retorqueo contra Mastro: Scotus absque dubio statuit, & declarat aliquam differentiam

**II O**  
Retorq.

**III**  
Iterum  
retorq.  
contra  
Mastrij

**109**

Replicat  
Mastr.



in ordine ad praxim inter actus intellectus, à voluntate imperatos, & actus aliarum potentiarum, imperatos similiter a voluntate; atqui si actus intellectus a voluntate imperati, sunt proprie, & rigurose praxes secundario, nulla est differentia inter prædictos actus; quia hoc est, quod ad summum habent actus aliarum potentiarum, à voluntate imperati; ut ipse Mairius fatetur *num. 105.* ergo contra Scotum est absque dubio replica Mairij.

**112** Vnde respondeo ad replicam; quod, actus intellectus à voluntate imperatos, esse praxes materialiter, est, esse praxes minus latè, seu communiter, id est, sumpto praxi pro quacumque operatione à voluntate imperata, quæ est tertia illius acceptio ex dictis *numer. 2.* ideoquè nec sunt proprie, & rigurose praxes secundario; nec ullam rationem intrinsicam praxis proprie, & rigurose habent; habent tamen intrinsicam rationem praxis, minus latè, seu communiter sumpti, de quo in præsentì non quarimus, & ideo ad præsens non est replica Mairij.

**113** Replicabis adhuc pro Mairio: si actus intellectus à voluntate imperatus, non esset proprie, & rigurose pra-

xis, non posset esse peccatum; sed potest: ergo est praxis proprie, & rigurose. Distinguo maiorem: non posset esse peccatum formaliter concedo maiorem; materialiter nego maiorem; distinguo per oppositum minorem, & nego consequentiam; quia ut sit peccatum materialiter, sufficit quod sit praxis communiter, seu minus latè, seu praxi accepto in tertia acceptione, pro omni, scilicet, operatione, à voluntate imperata.

Ad confirmationem Mairij, positam *num. 96.* Distinguo maiorem: iudicium credendi articulos fidei est practicum, ut respicit pro obiecto volitionem actus credendi, concedo maiorem; ut respicit ipsam actum credendi nego maiorem; vel ipsam subdistinguo: est practicum eo modo, quo actus credendi est praxis, scilicet, in tertia acceptione, concedo; alio modo nego maiorem, & concessa miuori, nego consequentiam; vel illam distinguo: ergo non solum volitio, verum, & ipse actus est praxis diverso modo concedo; eodem modo nego, quod ex dictis satis apparet.

Atque hinc se se aperit solutio ad argumentum Pontij, & eius confirmationem

*Respond.*

**114** Ad confirmationem positam.

*Respond.*

**115** Ad arg & cony Pontij

*respond.* positas num. 88. & 89. nulla enim alia doctrina indigent ad solutionem, quam tradita pro solutione argumenti Mastrij, & eius confirmatio-  
ne; ideoque dicta pro illo sufficiant, quia eadem repetere ob solam terminorum variationem, nullatenus licet.

**II 6**  
*Arguit denique Mastri.*  
Arguit denique Mastrius num. 102. in fine: dicere, actum intellectus, à voluntate imperatum, non esse praxim, quia ad praxim requiritur, quod sit actus alterius potentia ab intellectu, est quæstio de nomine, & petitio principij: ergo & voluntaria.

*respond.*  
Respondeo concedendo, esse quæstionem de nomine; cæterum nos meliorem partem habemus, quia sequimur opinionem Aristotelis, D. Thomæ, & Scoti, qui in hac acceptione nomen praxis intellexerunt, ut ex dictis liquet; at Mastrius, & Pontius amplectuntur opinionem absque ullo fundamento in Aristotele, & in D. Thoma, & quod mirabilius est, non solum absque fundamento in Scoto, verum, & contra mentem expressam sui Magistri.

**II 7**  
*Arguo denique pro Pontio, & Mastrio.*  
Pontius, & Mastrius nihil aliud adducunt pro sua opinione, pro ipsis autem, & contra me sic arguo: Scotus pro nobis, & à nobis cit. numer. 18. sic ait: cum igitur di-

citur, intellectio est imperata, à voluntate: ergo est praxis, non sequitur; sed sequitur: ergo est praxis, vel practica. Ex quibus verbis sic argumentum formo: hæc secunda Scoti consequentia: intellectio est imperata à voluntate: ergo est praxis, vel practica, est falsa: ergo etiam est falsa prima Scoti consequentia, scilicet, intellectio est à voluntate imperata: ergo est praxis, non sequitur. Probatur antecedens: hæc propositio: cognitio directa est à voluntate imperata: ergo est praxis, vel practica, est falsa. Item hæc: cognitio directiva alterius cognitionis est imperata à voluntate: ergo est praxis, vel practica: ergo falsa est illa secunda Scoti consequentia: intellectio, &c.

Antecedens pro cognitione directa est certa; nam hæc non est praxis apud nos; nec est practica, quia non est directiva. Pro cognitione directiva est etiam certa; quia hæc nec est praxis, ut supponimus, nec est practica, nam licet sit directiva, non est directiva praxis, sed alterius cognitionis, quæ speculatio est.

Respondeo: Scotum in illa secunda consequentia, scilicet, ergo est praxis, vel practica, loqui de cognitione im-

**II 8**  
*Antecedens pro utraque parte est certum.*

**II 9**  
*Respond.*

im-

imperata directiva, quæ est  
 extensibilis ad praxim, ut  
 patet ex ipso Scoto; subdit  
 namquæ immediate: *ipsa enim  
 nata est denominari quasi ac-  
 cidentalitèr à praxi, ad quam  
 extensibilis est.* Hæc est ad lit-  
 teram mens Scoti, ut etiam  
 ipse Mairius ore pleno fate-  
 tur *disp. 12. de Scientia, quæst.*  
*5. num. 109.*

I 20

*Nullitas  
 argumē-  
 ti decla-  
 ratur.*

Atque hinc se se aperit:  
 nullum esse argumentum ex  
 Scoto factum; quia si cog-  
 nitio imperata est directiva, vi-  
 tra hoc, quod de ipsa non  
 loquitur ibi Scotus, nequit  
 esse practica, quia non est  
 directiva; nec potest esse pra-  
 xis, ut iam declaraverat Sco-  
 tus in definitione illius, in  
 qua omnem actum intellec-  
 tus exclusit à ratione praxis  
 per illa verba: *est actus alte-  
 rius potentia ab intellectu.*

I 21

*Ide n pro  
 sequi-  
 tur.*

Si vero cognitio impe-  
 rata est directiva alterius  
 cognitionis, ut argumentum  
 supponit, de ipsa non loqui-  
 tur Scotus, quia loquitur  
 de cognitione directiva, quæ  
 est extensibilis ad praxim,  
 quod non habet cognitio di-  
 rectiva alterius cognitionis.  
 Vnde non obest, quod talis  
 cognitio nec sit praxis, nec  
 practica, ut revera non est.  
 Non praxis, quia est actus  
 intellectus, & quia est direc-  
 tiva, de cuius ratione potius

esset, esse practica, quam  
 praxis. Non practica; quia  
 licet sit directiva, non est di-  
 rectiva praxis, quod ad esse  
 practicum requiritur.

Ex his deniquè respon-  
 deo in forma ad argumen-  
 tum explicando Scotum: hæc  
 secunda Scoti consequentia:  
 intellectio directiva est à vo-  
 luntate imperata: ergo est  
 praxis, vel practica, est falsa  
 concedo: cognitio directi-  
 va sub distinguo: directiva,  
 & non extensibilis ad praxim  
 concedo, & extensibilis ad  
 praxim nego, & per hoc, &  
 ex dictis patet ad utramque  
 probationem de cognitione  
 directiva, & directiva. Scotus  
 itaque solum asserit: quod  
 cognitio imperata directiva  
 extensibilis ad praxim, sit  
 praxis, vel practica, quod  
 verum est; vnde, quod cog-  
 nitio, quæ non est talis cog-  
 nitionis, sive directiva sit, sive  
 directiva, nec sit praxis, nec  
 practica, nec est contra Sco-  
 tum, nec ipsi nocet.

Iam ex his finitum habeo  
 bellum cum Mairio, & Pon-  
 tio in ordine ad quid sit pra-  
 xis? Sed adhuc bellum res-  
 tat in sciendo, quis ex his  
 magis à via Scoti recedat?

Sentio: Mairium esse,  
 qui magis recedit, & ratio  
 est: quia licet uterque sen-  
 tiat: actum intellectus, à vo-  
 lun-

I 22

*Respon-  
 deo in  
 forma.*

I 23

*Quodā  
 bellum.*

I 24

*Resolvi-  
 tur.*

luntate Imperatum, esse praxim; diversimode tamen; quia Matrius absolute affirmat, & sine vlla praxis distinctione; Pontius vero bene intellectus, affirmat de praxi, prout communius recipitur; & negat de praxi illa magis rigurosa acceptione, in qua Scotus praxim assumpsit, ut claret ex a Pontio traditis num. 81. & in Additione §. fin. sed in primis.

Legatur Pontius, & apparebit, quod licet sibi contradicat, in quo non differt à Matrío, ut diximus, impugnando vtriusque solutiones ad auctoritatem Scoti; tamen Pontius tandem tandem Scoti opinionem fateretur, quod nunquam facit Matrío. Magis igitur Matrío recedit a via Magitri.

## §. XII.

*Quibus conveniat ratio praxis propriæ, & rigurose?*

**D**ico primo: nullus actus intellectus, sive à voluntate imperatus, sive à voluntatis imperium antecedens, est praxis propriæ, & rigurose. Assertum pro actibus intellectus, à voluntate imperatis, ex vtriusque dictis contra Pontium, & Matrío patet abunde. Pro ac-

tibus vero intellectus, imperium voluntatis antecedentibus, hic loquemur, & ex dictis colligitur; nam si actus intellectus, ut imperati, non sunt praxes; multo minus actus imperium præcedentes. Ultra hoc tamen.

Assertum est Scoti l. *Metaph. quæst. 7. Et quæst. 4. Prolog. artic. 1.* Est etiam Philosophi i. *Ethic. 3.* ubi ait: *finis practica non est cognitio, sed actio;* ergo cognitio non est praxis. Accedit etiam: quod *finis practica est, ut boni fiamus;* sed bonitas spectat ad voluntatem, non ad intellectum; ad hunc enim pertinet veritas; ergo actus intellectus non est praxis.

Probatum rationibus. Primo: nulli actui intellectus, imperium voluntatis præcedenti, convenit definitio praxis propriæ, & rigurose, ut ex illa constat: ergo nullus talis est propriæ praxis. Secundo: si aliquis talis actus intellectus esset praxis, falsum esset illud axioma: *in intellectu extensione fit practicus;* quia absque vlla extensione, seu quia extra se tenderet, esse practicus, utpotè, regulativus praxis; atqui dici nequit prædictum axioma esse falsum: ergo nullus talis actus intellectus est propriæ praxis. Ex hac duplici ratio-

127  
Scotus,  
& Aristoteles  
ex quo probatur.

128  
Probatum  
secundo.

125  
Declaratur  
resolutio.

126  
Nullus  
actus  
intellectus,  
quicumque  
sit, est  
propriæ  
praxis.



ne primam propugnata[m] habemus §. 3. usque ad 8. & secundam §. 9. Omitto alias plurimas.

Respondent adversarij: quod cognitio scientiæ potest dupliciter considerari. Primo: ut respicit suum obiectum, & sic est speculatio. Secundo: quatenus una cognitio dirigit aliam cognitionem, docendo, scilicet, qualiter illa cognitio sit concludenda, & sic cognitio dirigens est practica, & directa praxis. Hæc solutio coincidit cum doctrina Matrij §. 8. *relata*, cum hoc tamen discrimine, quod Matrius loquitur de cognitione directa, ut imperata; isti vero, ut etiam antecedit imperium.

Cæterum, quam falsa sit hæc solutio, satis, & abundantè apparet ex dictis; nam si cognitio directa, adhuc ut imperata, nequit esse proprie praxis, nec dirigens practica, ut contra Matrium demonstratum reliquimus; quanto minus erit proprie praxis cognitio directa alia cognitione antecedenter ad voluntatis imperium? Sed ultra ibi dicta.

Contra hanc solutionem clarissimè, & ad litteram stat Scotus *quæst. 4. Prolog. §. Dico igitur his verbis: Et*

*si dicas, unum actum intellectus extendi ad alium directum per illum, non propter hoc secundus est praxis, ut modo loquimur, nec primus est cognitio practica, quia tunc Logica esset scientia practica, quia dirigit in actibus discurrendi. Nihil certe clarius. Sed à textu Scoti præscindendo, satis solutionem rejicere poteram, utendo rationibus, & auctoritatibus nostri asserti; cæterum adhuc amplius solutionem impugnabo.*

Contra primo: omnis cognitio, quæ vera, vel falsa proprie denominatur; non tamen bona, vel mala, potius spectat ad genus speculationis, quam ad genus praxis; sed talis est cognitio directa ab alia cognitione, vel à regulis logicis: ergo potius est speculatio, quam praxis. Maior patet; nam circa obiectum speculabile cognitio speculativa denominatur vera, si est illi conformis, & falsa, si est disformis, practica autem non dicitur vera, vel falsa, sed bona, vel mala, ut dixit Arist. 2. *Met. text. 3. finis speculativa est veritas; practica vero opus.* Et Commentator ibi: *per speculativam scimus, ut sciamus; per practicam vero sumus scientes, ut operemur, quia practica finis opus.* Item 1. *Ethic. 3. finis*

132  
Contra  
I.

129

Respondent contrarij.

130

Falsitas solutionis ex dictis constat.

131

Claret etiam ex Scoto.

*practica non est cognitio, sed actio. Et deniquè: finis practica est, ut boni fiamus.*

**I 33**  
Probat-  
ur mi-  
nor.

Minor probatur: in cognitione directa, & est entitas actus, & directio passiva iuxta regulas logicales, quæ est illatio, & consequentia, sed entitas actus non dicitur proprie bona, vel mala, sed vera, vel falsa, & similiter consequentia, nam si aliquando dicitur consequentia bona, vel mala; hoc est improprie, quatenus cum veritate, & falsitate confunduntur: ergo cognitio directa vera, vel falsa proprie denominatur.

Contra secundo: cognitio directa, ut cognitio est, spectat ad genus speculationis: ergo etiam ut directa. Probatum consequentia: illa directio est instrumentum, ad veritatem indagandam ordinatum, tanquam ad finem: ergo proprie reduci debet ad genus sui finis, & non oppositi. Atqui suus finis est speculabile: ergo ad hoc genus spectat, etiam ut directa.

Contra tertio: actio intellectus dirigens aliam eiusdem actionem non est proprie practica: ergo actio directa non est praxis. Probatum antecedens: cognitio practica directiva ex sua ra-

**I 34**  
Contra  
2.

**I 35**  
Contra  
3.

tionem habet hoc, quod si maturo consilio, & prudenter sit elicita, iudicetur bona, & si cum obiecto non conformetur, ut patet in habente conscientiam invencibilem; speculativa vero omnem suam veritatem accipit ab obiecto, ita ut, & si mature, & prudenter elicatur, nunquam sit vera, nisi conformetur obiecto; atqui cognitio dirigens aliam cognitionem independentem a voluntate, ut sunt regulæ logicales, si non habent conformitatem cum obiecto, nunquam erit vera, aut recta: ergo nunquam erit practica.

Contra quarto: nulla cognitio veritatis est praxis, nec practica; nisi extendatur ad dirigendam praxim: ergo cognitio, quæ præcise ordinatur ad dirigendam aliam cognitionem, nec erit praxis, nequè practica. Consequentia patet: quia eo ipso, quod utraque est cognitio, nulla est praxis, nã ordo, seu dirigibilitas unius ad aliam non facit illam practicam.

Contra quinto: actus cognitionis specificantur ab obiectis: ergo cognitio respiciens obiectum, quod est speculabile, nequit habere rationem practicæ; atqui cognitio dirigens aliam cognitionem, respicit obiectum

**I 36**  
Contra  
4.

**I 37**  
Contra  
5.

rum speculabile, adhuc iuxta adversarios: ergo non est practica: ergo nec cognitio directa praxis; alioquin scientiæ non specificarentur ab objectis, sed ab actibus illius scientiæ, quod est falsum apud contrarios.

Obijcies primo: actus intellectus potest esse objectum dirigibile per alium actum eiusdem intellectus, ut recte fiat: ergo actus intellectus potest esse praxis. Antecedens est certum; quia sicut potest intellectus errare, ita, & dirigi, & rectificari. Consequentia probatur: praxis est objectum dirigibile per actum intellectus ut recte fiat; sed iuxta concessa, actus intellectus potest esse objectum, &c. ergo potest esse praxis.

Respondeo primo: concessio antecedenti, distinguendo consequens: ergo actus intellectus potest esse praxis latè, vel propriè concedo consequentiam; propriè præcise nego consequentiam, & hoc est, quod duntaxat vincit probatio. Itaque ad esse latè praxim, sufficit, quod sit dirigibile; ad esse stricte praxim, requiritur ultra, quod sit actus alterius potentiae ab intellectu, ut totum constat ex dictis *num. 1. & 2.* cum ergo actus intellectus

habeat esse dirigibilis; non tamen sit alterius potentiae ab intellectu, hinc est, quod potest esse praxis latè; non verò propriè.

Respondeo secundo: distinguendo antecedens: actus intellectus potest esse objectum dirigibile in linea veri concedo antecedens; in linea boni nego antecedens; & distinguo consequens: ergo potest esse praxis latè concedo consequentiam; propriè, seu rigurose nego consequentiam, cuius probationem similiter distinguo. Tertio distinguo aliter: est objectum dirigibile speculative concedo; practice nego antecedens, & distinguo consequens, & eius probationem similiter, & ut distinxi. Quarto: aliter etiam distinguo antecedens: dirigibile per alium actum intellectus, qui se extendat ad praxim, nego antecedens; quin ad praxim se extendat, concedo antecedens, & nego consequentiam; ob rationem datam *num. 139.* Ex his quatuor solutionibus, secunda, & tertia cadere potest supra illa verba argumenti: *ut recte fiat.*

Replicabis primo, contra quartam solutionem; actus intellectus dirigens alium actum eiusdem, non sinit in

140  
Secundo.

Tertio.

Quarto.

141

Replicabis  
bis 1.

138  
Obijcies  
1.

139  
Respōd.  
1.

141

sola eius contemplatione, sed ulterius progreditur ad eum rectificandum: ergo huius modi actus est practicus: ergo actus directus est praxis. Antecedens probatur: nam talis actus docet factibilitatem obiecti, sicut architectura factibilitatem domus; sed actus intellectus dirigens factibilitatem domus, non sinit in sola illius contemplatione: ergo similiter de actu intellectus dirigente alium eiusdem actum.

**I 42**  
*Respōd.*

Respondeo distinguendo antecedens: progreditur ad eum rectificandum, manendo intra suos limites concedo antecedens; se extendendo ad praxim nego antecedens, & utranque consequentiam. Imò disparitas in probatione reperta confirmat nostram doctrinam: nam actus intellectus docens factibilitatem domus, se extendit ad regulandum actum alterius potentie ab intellectu, qui est praxis; at actus dirigens alium actum intellectus, in suis actibus manet, & ad alium alterius potentie non se extendit; ideoque nec directus est praxis, nec dirigens practicus.

**I 43**  
*Declara-  
tur nul-  
litas re-  
plica.*

Et ut omnino ruat replica facta, disparitates in probatione repertas attende. Prima est: nam actus intellec-

tus docet factibilitatem obiecti in linea veri; architectura verò in linea boni. Secunda: ille speculativo modo; ista modo practico. Tertia: ille dirigit actum intellectus, qui praxis proprie nequit esse; ista dirigit actum alterius potentie ab intellectu, qui est proprie praxis. Omitto alias, quia hæc sufficiunt ad ostendendam falsitatem paritatis. Unde vel absolute negetur propter has disparitates; vel sic distinguatur: sicut, & eodem modo nego; & diverso modo concedo; ex quo, & replica ruit; & pro nobis adest efficax ratio.

Replicabis secundo: actus reflexus intellectus non sinit in sola rei meditatione, sed ad rem producendam tendit: ergo est practicus. Omitto antecedens, & distinguo consequens: si regulet praxim, seu actum alterius potentie ab intellectu concedo; si regulet alium actum intellectus, qui eo ipso nequit esse praxis, nego. Imò retorqueo: nam replica probat: omnem actum intellectus esse practicum; quia omnis est productivus, aut operativus, unde nulla omnino est replica.

Obijcies secundo: intellectus præbens regulam, mo-

**I 44**  
*Replica-  
bis 2.  
Respōd.*

*Retor-  
qu eo.*

**I 45**  
*Obijcies  
2.*



Respōd.

dumque faciendi actum voluntatis, est practicus: ergo præbens regulas, modumque, quo faciendus est alius actus intellectus, erit etiam practicus. Nego consequentiam; quia intellectus præbens regulam faciendi actum voluntatis, regulat actum, qui est praxis, actus vero docens modum, quo faciendus est alius actus intellectus, non regulat praxim, quia nullus actus intellectus est praxis, ut dictum manet, & hæc est disparitas, & tota ratio, ut ille sit practicus, & iste speculativus.

146

Qui actus sint proprie praxis.

Dico secundo: omnes actus à voluntate eliciti, omnesque aliarum potentiarum ab intellectu, & à voluntate imperati, sunt proprie, & rigurose praxes. Sic Scotus *quæst. 4. §. Dico igitur vers. Ex his duabus conditionibus.* Et probatur primo: diffinitio praxis proprie, & rigurose acceptæ convenit omnibus actibus à voluntate elicitis, omnibusque aliarum potentiarum ab intellectu, & à voluntate imperatis: ergo hi omnes sunt praxes proprie, & rigurose.

147

Probatur antecedens.

Antecedens pro actibus elicitis à voluntate dubium non habet; pro alijs vero ostenditur: actus aliarum po-

tentiarum ab intellectu ex se habent primam conditionem praxis proprie, & rigurose, ut ex ipsa constat; alias habent ab actu voluntatis, à quo imperantur, secundam, & tertiam conditionem, scilicet, quod sint naturaliter posteriores intellectione, & quod sint nati elici conformiter rectæ rationi, ut apud omnes est certum: ergo omnibus actibus aliarum potentiarum ab intellectu, & à voluntate imperatis, convenit diffinitio praxis proprie, & rigurose.

Probatur secundo assertum: omnia hucusque dicta ad excludendum quemcunque actum intellectus à ratione praxis proprie, & rigurose, manifeste convincunt rationem talis praxis convenire omnibus actibus à voluntate elicitis, & omnibus etiam aliarum potentiarum ab intellectu & à voluntate imperatis: erga isti sunt praxes proprie, & rigurose.

Obijcies tamen primo contra actus elicitos à voluntate: Aristoteles 6. *Ethic. 2. ait*: electio est causa effectiva actionis, quam praxim appellat; sed causa est prior, & distincta à causato: ergo electio, quæ est voluntatis actus, non est praxis formaliter,

148

Probatur secundo assertum.

149

Obijcies 1. contra actus elicitos à voluntate.

litter, sed tantum causa. Confirmatur: nam Commentator 1. Ethic. cap. 1. definit praxim dicendo: quod est operatio secundum electionem: ergo idem, quod antea.

Respondeo ad argumentum distinguendo maiorem: electio est causa effectiva actionis, quam praxim secundario appellat, concedo maiorem; primario nego maiorem; & concessa minori, distinguo consequens: ergo electio, quæ est actus voluntatis, non est praxis formaliter secundario concedo consequentiam; primario nego consequentiam. Ad confirmationem distinguo similiter: praxis secundario est operatio secundum electionem concedo; praxis primario nego.

Solutio est Scoti quæst. 4. Prolog. §. Contra istud dicitur: omnem actionem (intellige alterius potentie ab intellectu) imperatam esse praxim; non tamen omnem praxim esse actionem imperatam; quia electio, quæ est actio voluntatis, non est imperata, & est praxis; si enim est causa effectiva actionis, quæ est praxis secundario, ipsa erit praxis primario. Unde iuxta Scotum fallacia consequentis committitur in argumento; quia licet valeat: est

actio ab electione imperata: ergo est praxis; non tamen valet: est praxis: ergo est actio ab electione imperata; quia electio non est imperata, & est praxis.

Obijcies secundo: habitus practicus generatur ex praxibus; sed habitus practicus generatur ex actibus sequentibus electionem; non ex electionibus; ergo electio, quæ est actus voluntatis, non est praxis. Probat minor: nam si quis non se exerceat canendo, quamvis sæpius habeat volitionem addiscendi musicam, numquam habitum musicæ acquirat: ergo habitus practicus generatur ex actibus sequentibus electionem; non ex electionibus.

Respondeo primo distinguendo minorem: sed habitus practicus artificialis generatur ex actibus sequentibus electionem concedo minorem; habitus practicus moralis nego minorem, & consequentiam. Ratio est: nam habitus practicus virtutis immediate fit ex electionibus, ut patet de non habente pecunias, qui si nihilominus sæpius eliceret volitionem dandi elemosinam, acquireret habitum liberalitatis absque aliquo imperato actu; licet hoc sit difficile ex

Aug. 1.

150  
Respōd.  
ad argu-  
ment. &  
confirma.

151  
Solutio  
est Scoti,  
& quæ-  
dam fal-  
lacia of-  
feditur.

152  
Obijcis  
2.

153  
Respōd.  
1.

Aug. i. de Trinit. cap. i. dicitur : quod non creditur alicui possibile, aut ipse non vult, aut tenuitèr vult.

154  
Robora-  
tur solu-  
tio.

Neque hoc tollit, quod electio antecedens sit praxis; quia quod habitus artificialis non generetur ex electionibus, non provenit ex eo, quod electio non sit praxis; sed solum ex eo, quod in voluntate non est habitus artificialis; hic enim est in potentia executiva; quare ex huius actibus generari debet, & per hoc patet ad probationem de musica.

155  
Respōd.  
2.

Respondeo secundo: distinguo maiorem: habitus practicus generatur ex praxibus similibus ad habitus cōcedo maiorem; dissimilibus nego maiorem, & distinguo maiorem: sed habitus secundario practicus generatur ex actibus, sequentibus electionem concedo maiorem; primario practicus nego maiorem, & distinguo consequens: ergo electio non est praxis secundario concedo consequentiam; primario nego consequentiam. Et per hoc patet etiam ad probationem de musica.

156  
Respōd.  
3.

Respondeo tertio concessa maiori, distinguendo maiorem: sed habitus practicus generatur secundario ex actibus sequentibus electio-

nem concedo maiorem; generatur primario nego maiorem; quia sic generatur ex electionibus. Solutio est Scoti q. 4. Prol. §. Contra istud, dicentis: Communiter non generatur habitus practicus, qui est virtus, sine praxibus sequentibus electionem; non tamē generatur ex illis sequentibus, sed ex electionibus, in quibus est formalitèr bonitas moralis; in praxibus autem imperatis est tantum materialitèr, id est secundario, vt diximus numer. 101. vbi rationem dedimus.

157  
Obijcies  
contra  
secundā  
partem  
asserti.

Obijcies contra actus aliarum potentiarum ab intellectu, & à voluntate imperatos, vt sunt transeuntes: intellectus practicus versatur circa agibile, scilicet, circa electionem ex Philosopho 6. Meth. cap. i. & alibi; factivus verò circa actiones transeuntes: ergo quia praxis est, quæ denominat intellectum practicum, sequitur, actiones transeuntes non esse praxes, sed effectiones, quia praxis est alia ab effectione, vt idem docuit 6. Ethic. cap. 4.

158  
Respōd.

Respondeo distinguendo primam partem antecedentis: intellectus practicus, de nominatus à praxi sumpta pro electione tantum, versatur circa agibile concedo

antecedens; denominatus à praxi, vt distinguitur ab speculatione, versatur circa agibile sub distinguo: circa agibile tantum nego antecedens; circa agibile, simul, & fatibile concedo antecedens; & distinguo similiter consequens. In primo sensu sumit Aristotel. praxim. In secundo accepit illam in 2. Meth. dum dixit: *finem speculatiuæ esse veritatem; practica verò opus*, per quod actionem, & factionem intellexit. In hoc secundo sensu quærimus de praxi; quia in primo solum electio est praxis.

## §. XIII.

*Quando praxibus conueniat ratio praxis propriè, & rigurose.*

**A**B hac difficultate excluduntur omnes actus intellectus, siuè antecedentes ad imperium voluntatis, siuè illud consequentes, quia vt dictum manet, nullus est praxis propriè, & rigurose; restat igitur difficultas de actibus elicitis à voluntate, & actibus aliarum potentiarum à voluntate imperatis, qui omnes sunt ex dictis *num. 146.* propriè, & rigurose praxis.

Dico: ratio praxis pro-

prie, & rigurose conuenit primo, & per se actibus elicitis à voluntate; actibus verò imperatis secundario, in actu exercito, & quo ad executionem. Hoc assertum quo ad vtramque partem est Scoti *quæst. 4. Prolog. artic. 1. & contra tertiam viam*, quod sic primo probat Doctor: id, cui primo, & per se conuenit diffinitio praxis, est primo, & per se praxis; & id, cui conuenit secundario, est secundatio praxis; sed actui elicitò conuenit primo, & per se diffinitio praxis, scilicet, *posterior intellectuè, & natus elici conformitèr recte rationi*, quod secundario, & quasi per accidens conuenit actui imperato; ergo actus elicitus est primo, & per se praxis; imperatus verò secundario.

Probatur secundo: si actus imperatus esset impossibilis, adhuc actus elicitus esset praxis; non verò è contra: ergo actus imperatus est praxis dependentèr ab elicitò; non verò è contra: ergo actus elicitus, vtpotè, independentens ab imperato, est praxis primo, & per se; imperatus verò, vtpotè, ab elicitò dependens, est secundario praxis.

Arguitur primo contra secundam partem asserti: pra-

*elicitus est praxis primario; imperatus vero secundario.*

Probat-  
tur 1.

161  
Probat-  
tur 2.

162

Argui-  
tur 1.

159  
Explica-  
ur dif-  
cultas.

160  
Actus



164  
Respōd.

xis primario est, quæ regulatur, & ad quam notitia practica principaliter ordinatur; sed talis est actus imperatus: ergo actus imperatus est praxis primario. Probatur minor: nam regulæ, & præcepta artis; v. g. scrivendi, canendi, &c. traduntur de actuali scriptione, & cantu, non devolutione scriptionis, & cantus, ad hos que actus imperatos ars musicæ, & scriptoria ordinatur; non verò ad volendum scribere, & canere: ergo, &c.

163  
Nota.

Noto ante responsionē: actum externum, ut est scriptio, & cantus, dupliciter posse considerari. Primo: quasi in actu signato, hoc est, secundum speciem suam, & ex obiecto, ante quam ab aliquo homine fiat, in cuius tamen potestate est ut sit, vel non sit. Secundo: quasi in actu exercito, scilicet, quatenus imperatur à voluntate, & applicatur ab ipsa potentia executiva quo ad operandum. Primo modo fundat bonitatem, vel malitiam obiectivam in genere artis, seu fundamentalem, quo ad specificationem, & potentialem. Secundo modo fundat bonitatem, vel malitiam formaliter, & actualiter, & quo ad exercitium. Hoc notato.

Respondeo distinguendo minorem: sed talis est actus imperatus, in esse obiectivo, & potenciali, quo ad specificationem, & quasi in actu signato concedo minorem; actus imperatus formalis, & quo ad exercitium nego minorem, & distinguo similiter consequens.

Arguitur secundo: cui primo convenit bonitas, vel malitia, est praxis primario; sed actui imperato convenit primo malitia: ergo actus imperatus est praxis primario. probatur minor: actus externus homicidij est actus imperatus, quando fit cum electione; sed huic actui primo convenit malitia: ergo actui imperato, convenit primo malitia. Probatur minor, quia ideo volitio homicidij est mala, & prohibita, quia homicidium est malum, & prohibitum: ergo actui imperato, convenit primo malitia. Distinguo antecedens: quia homicidium est malum, & prohibitum in esse potenciali, & obiectivo concedo antecedens; in esse exercito, & actuali nego antecedens, & distinguo consequens similiter. Ratio est: nam in esse exercito volitio homicidij est primo mala, quam homicidium, quia actus externus exercetur de-

165  
Arguitur.

781

pen-

166  
Dices.

pendentè ab interno.  
Dices: actui externo con-  
venit primo malitia per te;  
sed nō in esse obiectivo, & po-  
tentiali: ergo in esse exerci-  
to, & actuali. Probatu-  
r minor: illi convenit primo ma-  
litia in esse obiectivo, & po-  
tentiali, cui primo convenit  
libertas; sed adhuc in esse  
potentiali, & obiectivo li-  
bertas primo convenit actui  
interno, quam externo: ergo  
malitia in esse obiectivo, &  
potentiali non primo cōvenit  
actui externo. Respondeo  
negando maiorem; nam pri-  
mitas malitiæ non attendi-  
tur penes primitatem liber-  
tatis, quæ est fundamentum,  
sed penes primitatem prohi-  
bitionis: cum ergo actus ex-  
ternus homicidij sit primo  
prohibitus, quam internus,  
actui externo in esse obiec-  
tivo, & potentiali primo  
convenit malitia.

167  
Arg. 3.

Arguitur tertio: illa ope-  
ratio est vere praxis, quæ est  
obiectum notitiæ practicæ;  
sed actus imperatus, non im-  
perans, est obiectum notitiæ  
practicæ: ergo actui impera-  
to, non imperanti; conve-  
nit vere praxis: ergo actui  
imperato convenit primario  
praxis. Probatu-  
r minor: obiectum musicæ, v. g. est  
cantus; non verò volitio ca-  
nendi: ergo actus imperatus,

non imperans, est obiectum  
notitiæ practicæ. Distinguo  
minorem; sed actus impera-  
tus in esse potēiali, & obiec-  
tivo, est obiectum notitiæ  
practicæ primario concedo  
minorem; in esse exercito,  
& actuali nego minorem; &  
distinguo similiter cōsequēs.  
Hoc concludit probatio mi-  
noris, cuius solutio constat  
ex responsione ad primum  
argumentum.

Arguitur quarto: ad hoc,  
vt notitiā dicatur practica,  
non sufficit, quod ad ipsam  
sequatur aliquis actus volun-  
tatis, sed requiritur, quod  
sequatur actus per notitiā  
cognitus, & representatus  
obiective; sed talis est actus  
imperatus; non imperans:  
ergo actus imperatus, non  
imperans, est praxis. Distinguo  
maiorem: ad hoc vt no-  
titiā dicatur practica deno-  
minata à praxi primario, &  
secundario, non sufficit, &c.  
Concedo maiorem; deno-  
minata à praxi primario ne-  
go maiorem; concedo mi-  
norem, & distinguo conse-  
quens: ergo actus impera-  
tus, non imperans, est pra-  
xis denominas secundario  
notitiā practicā conce-  
do consequentiam; prima-  
rio nego consequentiam. Vel  
distinguo vt in argumento  
antecedenti.

168  
Arg. 4.

169  
Arg. 5.

Arguitur quinto: bonitas, vel malitia artificialis primo convenit rei artificiali, quam voluntatis huic enim convenit dependentèr a re artificiali: ergo primario actus externus erit praxis. Distinguo antecedens: bonitas, vel malitia artificialis in esse potenciali, & obiectivo primo convenit, &c. Concedo antecedens; in esse exercito, vel actuali nego antecedens, & consequentiam; nam sic convenit rei artificiali dependentèr à voluntate, quæ est causa illius actus externi.

170  
Arg. 6.

Arguitur sexto: eundem ordinem servant actus internus, & externus, dum fiunt in actu, quem servant dum sunt in potentia: ergo si ratio praxis primo convenit externo, quam interno in esse potenciali, & obiectivo, etiã primo convenit in esse exercito, & actuali. Probatur antecedens: quia enim esse liberum prius convenit actui interno, quam externo in esse signato, in quo ambo sunt in potentia; ideo in actu prius convenit interno, quam externo: ergo eundem ordinem servant actus internus, & externus, dum fiunt, &c. Respondeo distinguendo antecedens: quando talis ordo est in executione compossibilis con-

cedo antecedens; quando est incompossibilis nego antecedens, & consequentiam. Ratio est: quia non semper servari potest idem ordo in intentione, & executione, ut patet de fine, & medio in intentione, & executione; in illa enim finis est prior; in hac vero posterior, ita in presenti. Ex quo distinguo probationem antecedentis: quia praxite nego; quia, & quia in executione est compossibile concedo.

Arguitur septimo: si ideo actus exterior, ut dicatur formalitèr praxis exercitè, solum præexigit internam, ut ab eo libertatem participet; non erit simpliciter verum, quod ratio praxis actualis ab actu interiori derivetur in exteriori, sed tantum erit verum, quod libertas actus interioris in exteriori derivetur: ergo actus exterior nec secundario erit praxis contra dicta.

Concedo totum cum distinctione posita in argumento; sed nego actum exteriorum in esse exercito solum accipere ab interno libertatem, quia non est actus dirigibilis, nisi medio actu voluntatis, hoc vel illo modo applicantis. maxime loquendo de raxi in genere moris. Et ratio est: nam ut ait Sco-

171  
Arg. 7.

172

Respond.

tus in 2. disput. 42. litt. B. voluntas, vel primus motor in regno animæ, in quo omnia illi obediunt, tenetur dare rectitudinem non solum suis actibus, sed etiam actibus aliarum potentiarum, ratione cuius est vera hæc causalis: ideo potentia exterior deficit in operando quia voluntas in operando deficit.

S. XIV.

*Quid sit practicum, & speculative. vum?*

173  
*Quædã  
suppositio.*

**S**uppono: differentias practici, & speculativi non solum applicari habitibus, sed etiam actibus; cum hoc tamen discrimine, quod si loquamur de actibus, tantum de intellectivis debet intelligi, quia nullus actus aliarum potentiarum ab intellectu potest dici practicus, cum sit praxis; non enim est dirigens, sed directus; at si de habitibus sit sermo, ratio saltem practici non solum intellectualibus, sed etiam habitibus voluntatis tribuitur; virtutes namque morales habitus practici appellantur.

174  
*Ratio  
suppositionis  
declarat.*

Ratio est: quia tam illi, quam illi, ordinantur ad praxim, sed diversimode: nam intellectuales, ut prudentia, & ars respiciunt praxim directive, quia tantum habent hunc concursum ad actus

aliarum potentiarum; habitus vero voluntatis respiciunt praxim elicitive, qui phisicè concurrunt ad proprios actus: illis ergo convenit ratio practici, etiam si diversi modo. Cæterum cum communiter practicum sumatur, ut differentia distincta ab speculativo, ratio practici solum habitibus intellectus convenire potest. De hoc, ergo est controversia.

Suppono etiam: quod practicum, & speculativum dicitur tale formalitèr intrinsicè per suam ultimam differentiam nobis ignotam; extrinsece vero, & effective ab obiecto, scilicet, per ordinem ad praxim, & speculationem. Quare.

Dico primo: scientiam practicam esse illam, quæ ad praxim dicit duplicem respectum, alterum prioritatis naturalis, & alterum directivitatis. Seu quod idem est: scientia practica debet dicere relationem prioritatis naturalis, & directivitatis; hoc est, debet esse prior suo obiecto, & debet dictare, seu ostendere practicam fabricationem sui obiecti. Sic Scotus quæst. 4. prologi articulo 2. Probatur primo: nam sicut intellectus est prior voluntate, & obiectum cognitum est causa rectitudinis in praxi;

175  
*Alterã  
suppositio.*

176  
*Scientia  
practica  
debet esse  
prior  
suo obiecto,  
& debet  
dictare  
fabricationem  
sui obiecti.*

Prob. 1.



xi; ita scientia practica est prior praxi, & directiva praxi; ergo scientia practica dicitur duplicem prædictum respectum. Quare prioritas convenit scientiæ practicae ex ordine potentiarum sic dispositarum, in esse, & operari; conformitas vero convenit illi ex parte obiecti.

Probatur secundo: quo ad primam partem: omnis praxis ex dictis, vel est actus elicited, vel imperatus voluntatis; sed uterque præsupponit actus intellectus, quia regula est prior regulato: ergo omnis scientia practica dicitur ad praxim respectum prioritatis. Probatur quo ad secundam ex Arist. 6. Ethic. cap. 3. dicente: *quod veritas considerationis practicae est confesse, id est, conformiter se habens appetitui recto, ex quo duplex datur conformitas, una passiva, hæc convenit appetitui, & praxi, alia activa, & hæc est propria cognitionis practicae.* Totum est Philosophi. Susumo nunc: atqui conformitas activa, quæ est propria cognitionis practicae, est regula dirigens alias potentias ad suos actus: ergo cognitio practica dicitur ad praxim respectum directivitalis.

Quare male intelligitur à Recentioribus Scotus, dum dicunt: Doctorem sensisse,

illam esse practicam cognitionem, ad quam sequitur quocunque modo aliqua operatio, ut amor, & delectio; quia oppositum docuit, cum dixit: illam cognitionem esse practicam, quæ ex natura sua est praxis regulativa; sed non est talis quælibet actio quocunque modo sequens cognitionem: ergo male Scotus ab illis intelligitur.

Dico secundo: scientiam speculativam esse illam, quæ caret duplici respectu prædicto, hoc est, nec debet esse prior suo obiecto, nec debet dictare, seu regulare factionem illius; imo obiectum debet esse ex natura sua prius scientiæ, & dirigere scientiæ, seu, & quod idem est: scientiæ, speculativa est illa, quæ in contemplatione obiecti sistit, & ultra non progreditur. Sic Scotus quæst. cit. §. Ex hoc autem. Et satis apparet ex eo, quod cum speculativum opponatur practico, per huius oppositum optimè diffinitur.

Et ex hoc habetur duplex differentia inter scientiam practicam, & speculativam. Primo differunt ex obiectis; nam obiectum practicae est quid operabile, vel attingibile media aliqua actione voluntatis elicita, vel impe-

*Recentioribus intellect.*

179  
*Scientia speculativa nec debet esse prior suo obiecto, nec debet dictare illius fabricationem.*

180  
*Quandū differentia inter scientiā practica, & speculativa.*

177  
*Prob. 2. quo ad 1. part.*

178  
*Scotus male à*

rara; obiectum vero speculativæ est tantum quid operabile ab intellectu, ita, ut si per impossibile nulla esset potentia præter intellectum, ipse ex se illud contempleret, & fabricaret: Hinc Aristotel. 2. *Metaphisicæ* 3. ait: *finis speculativæ est veritas; practicæ vero opus.*

Secundo differunt ex fine proximo: nam finis proximus scientiæ practicæ est cognitio obiecti contemplabilis, id est, non dirigendo aliam potentiam, sed solum se ipsam circa suum obiectum. Itaque omnis actus intellectus dirigens alias potentias ab ipso intellectu erit practicus, & omnis actus intellectus, quia tales potentias non dirigit, est speculativus.

Instatur contra dicta: practicum, & speculativum sunt differentiæ divisivæ in communi; sed nullus respectus, vel privatio potest esse differentia alicuius realis absoluti, qualis est scientia: ergo nec practicum dicit illos respectus, nec speculativum carentiam illorum. Distinguo maiorem: practicum, & speculativum secundum id, quod a parte rei dicunt, sunt differentiæ divisivæ scientiæ in communi concedo maiorem; secundum id, per-

quod à nobis explicantur negotio maiorem; quia hoc modo sunt passionis sequentes illas differentias essentielles, ut infra dicemus s. 16.

s. XV.

*Quædam ex dictis Scoti corollaria.*

EX dictis aliqua infer Scotus *quest. cit.* quæ non parum dicta illustrant, & valde ad plura deserviunt. Infert itaque primo: quod scientia practica constituitur formaliter per duplicem respectum ad praxim, scilicet, prioritatis naturalis, & directivitatatis; ita praxis pro formali per duplicem respectum ad scientiam constituitur, scilicet, posterioritatis naturalis, & dirigibilitatis.

Infert secundo: has relationes ad praxim esse aptitudinales, quod primo probat: nam ut scientia sit practica, non requiritur, quod actualiter sit prior praxi; & quod actualiter regulet: ergo sufficit, quod hoc habeat aptitudinaliter. Probatur antecedens: si per actualem prioritatem, & directivitatem scientia diceretur practica, nulla scientia esset necessario practica; sed hoc est falsum; quia plures sunt scientiæ, quæ sunt necessario practicæ: ergo

ut,

181

*Altera differentia.*

182

*Instatur contra dicta.*

*Respond.*

183

*Primum corollarium.*

184

*Secundum corollarium.*

*Prob. 1.*

vt scientia sit practica, non requiritur, quod actualitè sit prior praxi, & quod actualitè regulet. Probatur sequela: nulla scientia potest constitui necessario practica per id, quod est ipsi contingens; sed quod scientia actu sit prior, & actu regulet, est scientiæ contingens, sicut contingens est homini actu ridere: ergo si per actualem, &c.

185  
Prob. 2.  
Probat secundo Scotus: si prædictæ relationes essent actuales, sequeretur, quod eadem scientia, quandoque esset practica, & quandoque non esset practica; nam quando actu esset prior, & actu regularet, esset practica; & quando non esset actu prior, & actu non dirigeret, non esset practica; atqui hoc apparet absurdum: ergo prædictæ relationes non sunt actuales.

186  
Tertium corollarium.  
Tertio infert Scotus: ad cognitionem practicam non sufficere, quod versetur circa rem operabilem; hoc enim etiam convenit speculatiuæ, quia tam Philisica, quam moralis scientia versantur circa acciones nostræ voluntatis, quæ sunt res operabiles, sed requiri, quod versetur operabili modo, idest, quod dicet modum, & circumstantias actionis faciendæ. Imò

nec hoc est sufficiens, nisi res operabilis sit praxis.

Vndè certum est: cognitionem practicam esse illam, quæ ex natura sua est ad praxim extensibilis, & ad opus, quod sit praxis, ordinabilis; quare non est conditio necessaria, vt sit ordinabilis ex intentione scientis, vt falso aliqui iudicant; alioquin inquit Doctor, eadem scientia modo esset practica, cum sciens actu illam ordinaret in finem; modo speculativa, quando actu illam non ordinaret, quod est falsum.

188  
Amplius declaratur.  
Etiam est certum: quod quando dicitur: obiectum scientiæ practicæ debere esse rem operabilem, non sic intelligitur, vt necessario actionibus cognoscentis practice fieri debeat, vt alij volunt; nam licet hoc sæpè contingat; non tamen semper requiritur, vt patet in Medicina, quæ est scientia practica, & tamen eius obiectum est corpus sanabile, quod à Medico fabricari nequit, quare sufficit ad obiectum scientiæ practicæ, quod sit res, circa quam nos possumus praxim elicere.

189  
Quarta corollarium.  
Infert quarto: non requiri ad noticiam practicam, quod formalitè, & expræse dicet de rectitudine pra-

187  
Veritas corollarij estēditur.

188  
Amplius declaratur.

189  
Quarta corollarium.

xis, vt dicitur hæc cognitio: *Deus est summe diligendus*, sed sufficit, quod dicitur de prædicta rectitudine virtualiter, seu, quod versetur circa obiectum, quod licet non sit formaliter rectitudo praxis, continet tamen virtualiter in ratione mediij, seu principij cognoscendi, talem rectitudinem, vt contingit in hac: *Deus est summum bonum.*

Ratio est: nam alioquin plura principia in scientia morali, Medicina, vel quacunq; aliâ scientia practica, non essent cognitiones practicæ; sed hoc implicat; nam si non essent practicæ, non possent gignere notitiâ practicam: ergo ad notitiâ practicam non requiritur, quod formaliter, & expræse dicitur de rectitudine praxis. Deque la patet: nam plura ex prædictis principijs non dicunt expræse rectitudinem praxis, sed solum virtualiter.

Quare scientia practica aliâ est formalis, virtualis aliâ. Formalis est, quæ formaliter, & expræse dicitur de praxis rectitudine seu de pravi eligenda, vel fugienda. Virtualis est cognitio obiecti virtualiter continentis rectitudinem praxis, seu quæ versatur circa obiectum, quod licet non sit formaliter

rectitudo, continet tamen virtualiter in ratione mediij, seu principij cognoscendi, talem rectitudinem, vt constat exemplis allatis.

Dices: ex hoc sequi, Mathematicam, Physicam, & Methaphisicam esse scientias practicas; sed hoc est falsum: ergo ad notitiâ practicam non sufficit, quod versetur circa obiectum, virtualiter continentem rectitudinem praxis. Probatum maior: istæ scientiæ versantur circa veritates, rectitudinem praxis virtualiter continentem; sed per nos ad scientiâ practicam sufficit, quod versetur circa obiectum virtualiter continens rectitudinem praxis: ergo vera est sequela. Maior patet: nam videmus scientias practicas prædictis sciētijs sub alternari, scilicet, scientiam Nauticam Mathematicæ, Medicinam Physicæ, & Moralem Theologiam Methaphisicæ. Maior est ipsa illatio. Consequentia evidens.

Distinguo primo maiorem: istæ scientiæ versantur circa veritates, vt virtualiter continent rectitudinem praxis nego maiorem; vt virtualiter non continētes rectitudinem praxis concedo maiorem; distinguo similiter

192

Dices.

190

Ratio collateralij.

191

Scientia practica aliâ est formalis, &amp; virtualis, &amp; traque practica.

193

Respōd. primo.



ter minorem, & nego consequentiam. Distinguo secundo maiorem: itæ scientiæ versantur circa veritates, &c. tradendo illis principia practice nego maiorẽ; mere speculative concedo maiorem; distinguo similiter minorem, & nego consequentiam. Ratio est: quia illæ scientiæ non tradunt usum illorum principiorum in ordine ad praxim, sed in nuda veritatis contemplatione sitendo.

Infert quinto: quod cum in qualibet scientia, tam practica, quam speculativa, sit habitus universalis, qui est ille, qui immediate non attingit obiectum; & particularis, qui immediate attingit obiectum; universalis habitus in practica scientia potest dici speculativus respectivo ad particularem, quia quanto magis distat a praxi, tanto magis appropinquat speculationi. Sic similiter per oppositum de habitu universalis speculativo.

§. XVI.

*Quibus, & quomodo conveniat practicum, & speculativum?*

**C**irca primum communis sententia docet practicum, & speculativum

convenire scientiæ in communi. Sic Scotus *quæst. 4. Prologi §. Ad argumentum principale*, hocque probat ex Aristotel. 6. *Met. cap. 1.* ubi divisit scientiã in practicam, & speculativam, quod etiam docuit pluribus alijs in locis.

Circa secundum dicendum est: practicum, & speculativum esse differentias immediatas quidditativas, & essentielles, si considerentur secundum id, quod dicunt a parte rei. Si vero considerentur secundum id, per quod a nobis explicantur, sunt quædam passionis, sequentes illas differentias essentielles, quæ nos latent. Neque in hoc est magis immorandum.

§. XVII.

*Unde sumatur ratio practici, & speculativi?*

**N**Orandum est ex Scoto *quæst. 4. Prolog. artic. 3.* quod tam actus, quam habitus, dicuntur formaliter, & intrinsicè speculativi, vel practici per proprias differentias practici, & speculativi; quare de hoc non est dubiũ. Quæritur itaque: unde casualiter, & originative proveniunt itæ differentiæ in actibus, & habitibus? Unde non

*Speculativam conveniunt scientia in communi.*

196

*Quæ differentia finis practici, & speculativi.*

197

*Explicatur difficultas.*

194

*Quintũ corollarium.*

195

*Practicum, &*

non satisfacit, qui respondet: habitus dici practicos, vel speculativos, quia à similibus actibus causantur; nam etiam de ipsiis actibus quarimus: unde in eis proveniat ratio speculativi, vel practici?

Notandum etiam est: intellectum non posse esse causam, unde prædictæ proveniant differentia; quia intellectus est causa communis utriusque, tam practico, quam speculativo: ergo non potest esse causa distinctiva unius ab alio: ergo aliquid aliud præter intellectum assignari debet. Hoc notato.

Dico: ratio practici, & speculativi sumitur ab obiecto; non vero à fine; si autem obiectum coincidat cū fine, non sumitur ab illo, ut fine sed ut obiecto. Sic Scotus ait, & etiam Aristotel. 6. Meth. 2. & 6. Ethic. capit. 2. & 3. de Anima 51. Clariusque 1. Magn. Mor. cap. 33. ubi practicum à speculativo distinguit penes obiecta.

Sed ante probationem necessario advertendum est, quod ipse Scotus advertit, scilicet, quod duplex est finis. Unus intrinsicus, & extrinsecus alius. Finis intrinsicus scientiæ est eius formale, & proprium obiectum, & dicitur finis operis. Finis ex-

trinsicus scientiæ est finis ipsius addisceris, seu habentis scientiam, qui sæpè est quid super additū ipsi obiecto, & dicitur finis operantis. Hoc itaque animadverso,

Sic probat Scotus primo: scientia dicitur practica per aptitudinem ad dirigendum, seu regulandum ex dictis numer. 184. & 185. sed aptitudo, quæ convenit unī naturæ, & repugnat alteri, convenit tali naturæ ratione alicuius prædicati intrinsici, ut de omnibus patet: ergo aptitudo, quæ constituit scientiam practicam in esse talis, & repugnat speculativæ, convenit illi ratione alicuius prædicati intrinsici: ergo etiam practicum convenit scientiæ practicæ ab aliqua causa, quæ sit prior ipsa scientia practica.

Susummo nunc: atqui causæ scientiæ practicæ priores solum sunt intellectus, & obiectum formale, seu primarium: ergo vel sumitur ab obiecto formali, seu primario, vel ab intellectu. Sed non ab intellectu ob dicta numer. 198. ergo ab obiecto formali, seu primario.

Dices: etiam finis est causa prior, imò, & prima inter omnes: ergo poterit ab ipso, ut fine, provenire in scientia entitas illa intrinsicæ, & ratio cuius habet prædictam apti-

201  
Assertū  
probat.  
primo.

202  
Susummo.

203  
Dices.

198

Quæli  
nota.

199

Sumitur  
ab obiecto;  
non à  
fine.

200

Duplex  
est finis.

aptitudinem, seu rationem practicæ.

Contra: finis non est causa, nisi in quantum amatus movet efficiens ad efficiendum, sed aptitudo prædicta convenit scientiæ, sive cognitioni, sive finis sit amatus, sive non; quia multi habent notitiam practicam huius propositionis: *vivendum est recte*, quin recte vivere velint: ergo à fine, ut rationem finis exercet, non provenit scientiæ hæc intrinseca entitas, ratione cuius habet prædictam aptitudinem, seu rationem practicæ. Sic Scotus.

205 *Prob. 2.* Probatum secundo: si ratio practici, & speculativi sumerentur à fine, practicum, & speculativum essent in scientijs sola denominatio extrinseca, ex intentione addiscentis proveniens: ergo sola mutatione talis intentionis posita, eadem numero scientia transiret ex practica ad speculativam, & è contra, quod est plusquam falsum: ergo non sumitur à fine ratio prædicta.

206 *Obijcies.* Obijcies: scientia dicitur practica, vel speculativa à fine: ergo non ab objecto. Consequentia inferitur optimè. Antecedens vero est Philosophi, & ut tale à nobis receptum, ut satis constat ex

dictis, & constabit etiam ex dicendis. Respondeo distinguendo antecedens: à fine intrinseco, qui est finis operis concedo antecedens; à fine extrinseco, qui est finis operantis nego antecedens, & consequentiam; quia finis intrinseco, qui est finis operis, est ipsum objectum. Solutio claret ex dictis n. 200.

Et est Scoti *quæst. cit.* ubi præveniens hanc ex Philosopho objectionem, sic ait: cum dicitur ab Arist. Scientiam sortiri rationem practicæ ex fine, intelligendum est de fine ipsius scientiæ qui nihil aliud est, quam eius formale, & primarium obiectum, non vero de fine ipsius addiscentis, seu habentis talem scientiam, qui seipsum est quid superadditum ipsi obiecto.

Vndè §. *Concedo ergo*, & §. *Ex hoc patet solutio*, affirmat contra Henricum: Scientiam practicam habere esse talem à fine ipsius, scilicet, à praxi; sed non formaliter, & ut exercet rationem finis, quæ ratione dicitur finis operantis, sed materialiter, & in quantum habet rationem obiecti formalis, & primarij, quæ ratione dicitur finis operis.

Deniquè: quod hæc Scoti, & nostra solutio sit iuxta

*Respond.*

207 *Solutio est Scoti.*

208 *Declarat.*

209 *Solutio est ad mēz.*

mentem Aristotel. vitra hoc, quod nostræ, & Scoti rationes id convincunt, ipse met Aristotel. locis à nobis cit. numer. 199. expræse docuit, dum practicum à speculativo distinxit penes objecta, ob quod Aristotelem citavimus num. dict. pro nostræ, & Scoti opinione.

## §. XVIII.

## Resolvitur quæstio.

210  
Referuntur  
sententiæ.  
Prima.  
Gerardus de  
Odonis.

211  
Reijci-  
tur.

**Q**uadruplex est in hac difficultate sententia. Prima tenet: logicam nec esse practicam, nec speculativam; sed esse instrumentum ad utrasque assequendas. Sic ex nostris Gerardus de Odonis citatus à Matrio de Natura Logicæ art. 5. num. 55.

Cæterum hæc opinio communiter reijcitur. Tum, quia est contra Aristotel. 3. de Anima cap. 10. & 6. Meth. cap. 1. & pluribus alijs in locis, ut conabitur infra dicendis. Tum: quia omnis scientia vel est regulativa praxis, vel non? Si primum, est practica. Si secundum, speculativa: ergo vel practica, vel speculativa debet esse. Et hoc est, quod dixit Aristotel. 2. Meth. cap. 2. his verbis: *speculativa finis est veritas; practica vero opus.*

Tum denique: quia practicum, & speculativum sunt differentia immediate, sive essentialia, sive passiones illarum ex dictis §. 16. ergo nequit dari medium inter ipsas.

Secunda docet: Logicam esse similis practicam, & speculativam. Sic Vasquius, Suarius, & alij à Matrio ubi *suprà citati*. Hæc tamen opinio eisdem rationibus, quibus præcedens, reijcitur: sed claritatis gratia: reijcitur primo ratione, qua usus est Scotus, ad id probandum de Theologia: quando aliquid commune dividitur per differentias essentialia immediate oppositas, vel per proprias passiones, naturaliter consequentes prædictas differentias essentialia, implicat, quod utraque differentia, vel passio, simul reperiatur in aliquo inferiori, contento sub illo communi; atque scientia in communi dividitur in practicam, & speculativam, tanquam per differentias essentialia immediate oppositas, vel tanquam per passiones, naturaliter consequentes prædictas differentias essentialia, ut dixi §. 16. ergo implicat, quod practicum, & speculativum simul in Logica reperiatur.

212  
Secunda.  
Vasquius.  
Suarius.  
Reijc. 1.



213  
*Maiores probat.*

Maiores probatur: nam quia animal dividitur in rationale, & irracionale, tanquam per differentias essentielles immediate oppositas, implicat, quod utraque simul reperiat in aliquo inferiori, contento sub animali; & idem est, de risibilitate, inibilitate, in quas dividitur, tanquam in proprias passiones, naturaliter consequentes prædictas differentias essentielles. Item: quia par, & impar sunt passiones, naturaliter consequentes differentias essentielles numeri in communi, implicat, quod in aliquo numero simul reperiantur: vera igitur est maior.

214  
*Reijc. 2.*

Reijcitur secundo supra dicta sententia: scientiã esse speculativam, est sistere in contemplatione sui obiecti, & esse practicam, est, non sistere in tali contemplatione, sed ultra progredi, ordinando ad praxim aliquam potentiam; sed omnino impossibile est, Logicam simul sistere, & non sistere in contemplatione sui obiecti, quia contradictoria sunt: ergo omnino impossibile est: Logicam esse simul practicam, & speculativam. Hoc argumentum est valde efficax contra omnes illos, qui asserunt: Logicam esse unam scien-

tiam, non solum in genere, sed etiam in specie atomata, seu habere unum in specie obiectum.

215  
*Tertia. Nominales. Averfa. Oviedo. Arriag.*

Tertia sententia substat: Logicam esse simpliciter practicam. Sic Nominales, Averfa, Oviedo, Arriaga, & alij, quos citat Matritius vbi supra. Hæc tamen sententia aliqua speciali ratione non indiget, ut rejiciatur; quia per omnes, quæ probent, Logicam esse simpliciter speculativam, rejicitur optimè.

216  
*Quarta. Aristot. D. Agust. D. Thom. Scotus.*

Quarta denique sententia affirmat: Logicam esse simpliciter speculativam. Deducitur ex Aristotelis pluribus locis cit. & citandis infra. Sic D. Agust. 8. de Civitate, vbi Philosophiam rationalem, quæ est Logica, inter scientias speculativas enumerat. Sic D. Thomas 1. 2. quæst. 27. artic. 3. ad 3. & 2. 2. quæst. 51. art. 2. ad 3. quem sui secuntur apud complut. disput. 1. quæst. 6. Sic denique Scotus quæst. 4. Prolog. §. Dico igitur. Et 6. Meth. quæst. 1. ad 1. princ. Cum quo omnes sui discipuli, Gerardo de Odonis excepto.

217  
*Conclaf.*

Conclusio: licet per quãdam analogiam, & secundum quid Logica dici possit scientia practica; tamen simpliciter, & absolute loquendo,

do, est speculativa. Sic conclusionem posuit Mastrius in presenti numer. 56. ductus ex eo, quod Scotus his terminis loquitur 6. Meth. quæst. 1. ad 1. princ. & ego etiam eadem ratione motus, eisdem terminis illam proposui. Verba Scoti sunt: *de Logica licet dici possit, quod est practica, quia non est tantum propter scire proprium, sed directivum in aliquo actu, extendendo nomen; quia tamen actus, in quo dirigit, non est nisi speculatio, ideo Logica non est practica, sed speculativa.*

Hæc conclusio est contra omnes Authores pro prima, secunda, & tertia sententia relatos; & licet communis sit inter Scotistas, est tamen litigium in probationibus. Hoc certe litigium vitare facile poteram; sed ne videatur, me fugere bellum cum ipsis, conclusionem probabo non solum Philosophi auctoritatibus, in quo est bellum cum Pontio, verum etiam ratione, in qua stat bellum cum Mastrio. Advertendo tamen, quod omnes Authores locuntur de Logica mentali; nam vocalis, utpote, habens pro obiecto primario voces, & scripturas, est practica, quia eorum obiecta sunt actus alterius potentia ab intellectu, &

imperati à voluntate, de quibus esse praxes, diximus §. 12. num. 146. & seqq.

## §. XIX.

*Quadam Philosophi auctoritate probatur prima conclusio.*

**P**rima Philosophi auctoritas sumitur ex ipso 6. Meth. cap. 1. ubi adæquate divisit scientiam practicam in activam, & factivam. Ex quo sic probat inem primam pro nostra conclusione formo: scientia practica dividitur adæquate in factivam, & activam; sed Logica nec est factiva, nec activa; ergo Logica non est practica.

Probat minor pro prima parte: scientia factiva ex ipso Aristotel. ibi, & primo Magnorum Moralium cap. ultim. non versatur circa actiones immanentes, uti sunt actus intellectus, sed circa transvntes in externam materiam, ut sunt operationes Mechanicarum artium; atqui Logica est per oppositum: ergo non est factiva. Pro secunda vero probatur: scientia activa ex ipso Arist. 6. Ethic. cap. 10. & si versetur circa actiones immanentes, sed non qualescunque, sed circa illas tantum, quo-

219

*Prima Philosophi auctoritas.*

220

*Probat minor pro prima parte. Actus intellectus non pertinet ad scientiã factivã.*

*Neque ad activam.*

218

*Declaratur inter Domesticos bellicum.*

*Difficultas est de Logicali mentali.*

rum

rum principiū est electio, ob quod dixit loco *Meth. cit. idem est agibile, quod eligibe*, atqui Logica non agit de actibus, quorum principium sit electio, quia isti sunt actus voluntatis: ergo Logica non est activa.

Hæc tamen ratio non quadrat Pontio *num. 83.* dicenti, quod negari posset minor pro secunda parte; Logica enim agit de constructione syllogismi, cuius constructionis electio est principium; non enim facimus syllogismos artificialiter, nisi volentes, quod sufficit, ut dicatur Logica versari circa actiones, quarum principium est electio.

Cæterum si nostra probatio Pontio non quadrat; minus nobis quadrat eius impugnatio, habet namque plures solutiones. Respondeo primo distinguendo maiorem: operatio, cuius principium per se est electio, est praxis, concedo maiorem; cuius principium per accidens est electio, subdividuo: si operatio intendit, seu ordinatur ad opus factum concedo maiorem; si ordinatur ad cognitionem veritatis nego maiorem; & distinguo minorem: electio est etiam principium per se actuum intellectus, nego mi-

norem; principium per accidens sub distinguo: actuum intellectus, qui ordinatur ad cognitionem veritatis concedo; qui ordinatur ad opus factum nego.

Et hoc tantum est, quod convincit probatio; nam licet actus intellectus imperati à voluntate agant de constructione syllogismi, agunt de tali constructione, ut ordinatur ad cognitionem veritatis, quia per illam intendunt opus ipsum factum, sed veritatem duntaxat. Et hæc est differentia inter actus imperatos intellectus, & aliarum potentiarum; nam isti ordinantur ad opus factum; illi verò ad cognitionem veritatis; ideoque actus aliarum potentiarum sunt praxes; non verò actus intellectus.

Respondeo secundo, aliter distinguendo maiorem: operatio, cuius principium est electio elicitive, est praxis, concedo maiorem; cuius principium est electio motive, vel imperative, subdividuo maiorem subdividuo: si operatio intendit, seu ordinatur ad opus factum concedo maiorem; si ordinatur ad cognitionem veritatis nego maiorem; & distinguo minorem: electio est etiam principium per se actuum intellectus, nego mi-

Et ultra illam alijs terminis subdividuo: si operatio habet omnes conditiones ad praxim requisitas, concedo maiorem; si aliqua ex illis caret nego maiorem;

223

Ratio solutionis.

221

Arguit  
Pontius.

222

Resp. 1.

224

Secundo.

252

Aliiter  
respondetur.

rem;

rem; & subdistinguo minorem: actuum intellectus, qui habent prædictas conditiones ad praxim nego minorem; quia eo ipso, quod actus intellectus sunt, carent prima, & principali conditione ad praxim requisita, concedo minorem, cuius probationem similiter distinguo, & nego consequentiam. Ratio sumitur ex dictis *num. 12.* ex quibus cognoscitur differentia inter actus imperatos intellectus, & aliarum potentiarum; quia illi sunt actus alterius potentia ab intellectu, qui habent omnes condiciones ad praxim requisitas, & ideo sunt praxes; illi verò prima, & principali carent. & ideo praxes nequeunt esse.

Respondeo tertio: impugnationem Pontij multum probare; nam Geometria, Astrologia, & Mathematica sunt scientiæ speculative, & ramen aliquid operantur, nimirum, triangulum, Spheram, aut astrolabium; imò opus numerandi, vel mensurandi ad eas etiam spectat quia hoc eas extrahat à ratione speculative; & hoc non alia ratione, nisi quia constructio horum instrumentorum ordinatur ad cognitionem veritatis, quò prædictæ scientiæ intendant

ipsum opus factum. Similiter ergo de actibus intellectus.

Imò: Pontij impugnatio probat, nullam esse scientiam speculativam, quod ipsa illius ratione ostendo: operatio, cuius principium est electio, est praxis; sed electio est etiam principium, vel saltim potest esse omnium actuum cuiuscunque scientiæ: ergo omnes actus cuiuscunque scientiæ sunt praxes. Probo minorem; actus cuiuscunque scientiæ sunt, vel fieri possunt ab intellectu media motione voluntatis; quia voluntas movet intellectum ad suos actus, sicut movet cæteras potentias ad suos: ergo etiam electio est principium omnium actuum cuiuscunque scientiæ. Nulla igitur est impugnatio Pontij.

9. X X.

*Alia Aristotelis autoritate probatur.*

Secunda Aristotelis autoritas sumitur ex 2. *Metb. text. 3.* ubi sic ait Philosophus: *finis speculativa est veritas; practica verò opus.* Idemque repetit *lib. 6.* eiusdem operis *text. 1. & lib. 7. text. 22. & 23.* Et 2. *Ethic. cap. 2.* quod egregie declarat Commentator, qui ex ponens illa Aristotelis.

227

*Retog.  
etiam  
contra  
Pont.*

226

*Tertio,  
& est re-  
torso cõ-  
tra Pon-  
tium.*

228

*Secunda  
Aristot.  
author.*



totel. verba, sic ait: *per speculativam scimus, ut sciamus; per practicam verò, sumus scientes, ut operemur, quia practica finis opus*: atqui finis Logicæ est veritas: ergo est speculativa. Probatum minor: de omni scientia, quæ habet pro objecto, vel fine intrinseco, operationem intellectus, est verum dicere: finem eius esse veritatem, & nos scire per ipsam, ut sciamus, sed talis est Logica: ergo finis Logicæ est veritas

Confirmatur paritate: quia licet Mathematica ostendat, quomodo triangulus sit faciendus, est speculativa, quia non habet pro fine opus, sed veritatem; intendit namque confectionem trianguli in ordine ad veritatem: ergo pariter, quamvis Logica ostendat, quomodo syllogismus sit faciendus, erit speculativa, quia non habet pro fine opus, sed veritatem: intendit namque illam confectionem in ordine ad veritatem cognoscendam.

Sed nequæ hæc probatio placuit Pontio, quia potest (ait num. 85.) responderi distinguendo Aristotelis dictum: finis proximus scientiæ practicæ est opus, non veritas, concedo; remotus nego, & similiter de altera par-

te: finis proximus speculativæ est veritas, non opus, concedo; remotus nego. Et distinguit minorem: finis proximus Logicæ est veritas nego; remotus concedo.

Itaque intentum Pontij est, quod licet finis proximus practicæ sit opus; non veritas; tamen veritas potest esse finis eius remotus; & sic poterit dici, Logicam esse practicam; quia licet remote ad veritatem ordinetur; proximè tamen ordinatur ad opus, scilicet, ad confectionem syllogismi, & aliorum instrumentorum sciendi, quod sufficit, ut absolute, & simpliciter practica dicatur; quod autem hoc opus ulterius ordinetur ad veritatem cognoscendam, impertinens (inquit) est ad Logicam, quod duplici exemplo declarare intendit.

Primum est: nam si sciantum ordinaretur per se essentialiter ad acquisitionem scientiarum, non propterea scientia tradens modum faciendi illud, esset speculativa. Secundum est: nam licet Medicina defacto tradat modum recuperandæ memoriæ, & disponendi caput in ordine ad acuendum ingenium; non dicitur speculativa, quamvis recuperatio memoriæ, & acumen intel-

231

Explicat Pontius.

229

Confirmatur paritate.

230

Impugnat Pontius probationem.

232

Duplex Pontij exempl.

lec-

lectus ordinentur ad scientias habendas.

Quod denique confirmat: ideò finis Logicæ dicitur esse veritas, quia agit de instrumēto scientiarum speculativearum; quarum finis est veritas; sed etiam agit de instrumento scientiarum practicarum, quarum finis est opus: ergo potest dici habere pro fine opus.

Cæterum nihil horum obstat, ut nostra illa ex Aristotel. probatio vera, optima, & convincens sit; quia sensus prædicti axiomatis, scilicet, *finis speculativa est veritas; practica verò opus*, est, quem ipsa verba præferunt, nempe, finis per se intentus à speculativa est veritas, & finis per se intentus à practica est opus; sive in genere moris, sive in genere artis. Quod sic primo ostendo contra Pontium.

Omnis scientia practica est directiva operis, quod est praxis, & per oppositum, omnis speculativa versatur circa veritatem sui obiecti, ut colligitur ex eius definitione; nam speculatio est actus intellectus in sola sui obiecti contemplatione occupatus: ergo finis speculativæ est veritas; practicæ verò opus. Consequentia est legitima, Antecedens verò est regula

generalis, ab omnibus confesa.

Ostendo secundo etiam contra Pontium: omnis scientia speculativa, si opus attingit, illo vitur, ut medio ad veritatem cognoscendam, & è contra: omnis scientia practica, si veritatē attingit, illa vitur, ut medio ad opus exequendum, ut ex regula generali satis claret.

Et ex hac etiam regula ostendo tertio: finis scientiæ speculativæ (idem dico de practica, proportionate servata) est ille, ad quem ordinantur omnia, de quibus agit illa scientia; sed confectio syllogismi, & aliorum instrumentorum sciendi, de quibus Logica agit, ordinantur ad veritatem cognoscendam, ut Pontius concedit, vel saltim omittit in sua solutione: ergo finis speculativæ est veritas.

Ostendo quarto: licet scientia speculativa attingat opus, uti Logica, nempe, confectioem syllogismi; illud tamen non attingit, nisi gratia veritatis: ergo veritas est finis speculativæ. Consequentia patet. Antecedens verò probatur: Logica, v. g. assumit confectioem syllogismi pro medio ad cognoscendam veritatem: ergo illam non attingit nisi gratia

233  
Confir-  
mai Pon-  
tius.

234  
Solutio  
Pontij  
non obs-  
tat.

235  
Ostendi-  
tur pri-  
mo con-  
tra Pont.

236  
Secundo  
contra  
eundem.

237  
Ostendi-  
tur ter-  
tio cōtra  
Pontiū.

238  
Ostendi-  
tur 4.

veritatis, & consequentèr veritas est finis ab illa per se intentus.

239 *Quinto.* Ostendo quinto: quod finis proximus Astrologiæ dicatur esse opus (nempe, constructio spheræ materialis ad eum modum, quo existimat, cælos esse inter se dispositos) & finis remotus sit veritas, sicut de Logica discutit Pontius; non obest, ut Astrologia sit speculativa, eo, quia illud opus est in ordine ad assequendam veritatem de situ, & motibus orbium: ergo similiter de Logica.

240 *Declaratur rat.* Undè quod scientia speculativa opus attingat, & practica veritatem, hoc est mere per accidens, & propter aliud, seu gratia alterius; quia speculativa attingit opus in ordine, ad veritatem, quæ est finis ab illa per se intentus; practica attingit veritatem in ordine ad opus, quod est finis ab illa per se intentus, quin speculativa per attingentiam operis amittat rationem speculativæ absolute, & simpliciter; nec practica per attingentiam veritatis amittat, esse simpliciter, & absolute practica. Et hoc certe in omnibus evenit si-  
vè speculativis, si-  
vè practi-  
cis.

Nequè exempla Pontij sunt ad rem; nam suppositio, quam in scamno facit, est omnino ridicula, & impossibilis, quia omnino impossibile est, quod scamnum per se, & essentialitèr ordinetur ad acquisitionem scientiarum. Imò: ex tali hypotesi non est inconveniens, concedere, illam scientiam esse speculativam, quia ex impossibili sequitur quodlibet. In exemplo autem de Medicina, clare constat, quod quando illa remedia tribuit, finis ab ea per se intentus, est capitis purgatio; acquisitio verò scientiarum est mere per accidens.

242 *Respond. ad cõfir. Pontij.* Ad confirmationem Pontij omnia maiori, distinguo minorem: Logica agit de instrumento scientiarum practicarum, quod sit praxis, nego minorem; quod praxis non sit, omni minorem, & nego consequentiam ob illam regulam generalem *num. 235.* declaratam. Distinguo alitèr: agit de instrumento scientiarum practicarum, illo utendo, ut medio ad veritatem cognoscendam concedo minorem; alio modo nego minorem, & consequentiam ob regulam generalem positam *num. 236.*

Alitèr distinguo, agit de instrumento scientiarum practica

241 *Exempl. Pontij non sunt ad rem.*

242 *Respond. ad cõfir. Pontij.*

243 *Alitèr respond.*

ticarum modo. Speculativo concedo minorem; practico modo nego. Alijs etiam terminis distinguo minorē: Logica agit etiam de instrumento scientiarum practicarum sub ratione veri concedo minorem; sub ratione boni nego minorem, & consequentiam; quia hæc est differentia inter scientiam speculativam, & practicam.

Ad nostram confirmationem de Mathematica, ait Pontius num. 86. eam non esse practicam, quia non ostendit adæquatè, quomodo triangulus fieri possit; si enim sic ostenderet, practica foret. Sed contra est: quia vnicus Mathematicæ scopus est, docere modum formamandi huius modi figuras Mathematicas, vt tenent Authores huius scientiæ, & si hoc non docet, assignet Pontius facultatem, quæ id adæquate doceat.

Vrget denique Pontius, retorquendo nostram doctrinam: scientia, per quam artifex scit modum conficiendi triangulum ex ligno, est practica, quamvis vtatur aliquo principio, vel conclusione Mathematica in ordine ad illum faciendum, & similiter de Medicina: ergo si Logica est talis scientia, qualis est scientia confectiva

trianguli, erit practica, & non speculativa.

Quod etiam declarat disparitate reperta inter Mathematicam, & Logicam: nam quod Mathematica non sit practica, licet ostendat modum conficiendi triangulum, non oritur ex eo, quod triangulus ordinetur, tanquam instrumentum ad adquirendam illam scientiam, sed ex eo, quod scientia illa, quatenus Mathematica, per accidens respicit illam confectionem; atqui Logica, non per accidens, sed per se considerat modum conficiendi syllogismum: ergo potest esse practica, quamvis practica non sit Mathematica.

Hæc autem sunt minoris momenti; nam retorsio est vera, facta suppositione quæ facit in consequentia, quin contra nos, & nostram probationem ex Philosopho aliquid valeat deducere, vt est manifestum. Disparitas vero à Pontio declarata inter Mathematicam, & Logicam, potius est pro nobis, & sic.

Contra ipsum retorqueo: nam si Mathematica docet modum conficiendi triangulum, cuius confectionis principium est electio, & cuius finis est opus, quæ sunt valde aliena à scientia spe-

246

Declar.  
Pontius.

244

Respond  
Pontius  
ad confir  
mat.

Contra.

245

Retorq.  
Pontius.

247

Retorsio  
Pontij  
nullius  
momenti  
est.

Nulla  
etiam est  
disparit.

248

Retorq.  
contra  
Pont.



culativa; & his non obstantibus, est speculativa; quanto melius, & potiori iure, erit Logica speculativa, cum doceat modum conficiendi syllogismum, cuius confectio- nis principium non est electio, nec eius finis opus, ut ostensum manet ex Philosopho per duplex supra dictum testimonium? Imo ex his.

Sic in forma retorqueo contra Pontium: quod Mathematica per accidens respiciat confectio- nem operis, quod est rigurose praxis, scilicet, trianguli, non obest, ut sit speculativa absolute, & simpliciter secundum Pō- tium: ergo Logica, quæ nec per accidens respicit co- fectio- nem operis, quod sit praxis, potiori iure erit ab- solute, & simpliciter specu- lativa.

Vndè certum est, quod Mathematica respicit per accidens confectio- nem triā- guli, & Logica per se respi- cit confectio- nem syllogis- mi; cæterum etiam est cer- tum, quod confectio trian- guli est praxis proprie, seu rigurose; non vero confec- tio syllogismi, quia nullus actus intellectus est rigurose praxis, ut manet ostensum; & consequenter magis dicitur Logica a ratione practicæ,

quam Mathematica. Et per hoc claret: disparitatem Pontij esse nullam, & si ali- quam vini habere potest, est pro nobis, & contra Pon- tium.

§. XXI.

*Alio Aristotelis testimonio probatur.*

**T**ertium Aristotelis tes- timonium sumitur ex 1. *Ethic.* 3. ubi ait: *finis practica non est cognitio sed actio;* atqui finis Logicæ non est actio, sed cognitio: ergo Logica non practica, sed speculativa est. Accedit etiā: quod finis practicæ est, *ut boni fiamus;* sed bonitas, quæ spectat ad voluntatem, non est fini Logicæ; sed veritas, quæ pertinet ad intellectum; ergo cum Logicæ finis sit ve- ritas; non practica, sed spe- culativa est. Solutio, quam adhibent contrarij, impug- nata manet per dicta §. 12.

§. XXII.

*Ratione probatur conclusio.*

**D**eniquè probatur ratio- ne nostra conclusio: Logica in omnibus dirigit actus intellectus: ergo est simpliciter speculativa. An- tecedens est apud omnes cer- tum. Consequencia super

V v 2

abun-

249  
*Retorq.  
in forma  
contra  
Pont.*

250  
*Dispari-  
tas præ  
dicta est  
pro no-  
bis, &  
contra  
Pont.*

251  
*Prob. 3.  
ex Arist.*

252  
*Conclu-  
sio prob.  
ratione.*

abundantè claret ex toties dictis.

Hæc ratio, quæ efficacissima est, non placet Matrio *quest. Præmial. articul. 5. numer. 57.* eo, quod ibi dicat: hanc rationem, vel falsum, vel falsum dubium assumere, scilicet, quod nulla operatio intellectus possit dici praxis, cuius oppositum promittit ostendere *disput. 12. quest. 5. artic. 1.*

Hæc Matrij responsio non solum nobis non placet, sed omnino etiam displicet. Primo: quia quod nulla intellectus operatio, etiam à voluntate imperata, sit praxis, ostentum, & propugnatum manet contra Matrium, quin dicta *disp. 12.* aliquam responsionem adducat, quæ non sit impugnata, nec aliquam rationem pro sua opinione tradat, quæ soluta non sit, & retorfa: ergo nostra prædicta ratio falsum non assumit.

Contra secundo: data Matrij opinione, scilicet, quod aliquis actus intellectus, ut à voluntate imperatus, possit esse praxis, non obest, ut Logica sit simpliciter speculativa: ergo ratio, qua Matrio non placet nostra probatio, frivola est, & nulla. Probatur antecedens: data Matrij opinione, actus

intellectus erit praxis, quatenus à voluntate imperatus; sed Logica non agit de actibus intellectus, quatenus imperati. ergo data Matrij opinione non est obex, ut Logica sit simpliciter speculativa.

Declaratur, & contra tertio: nullus actus intellectus secundum se est praxis, ut fatetur Matrius: sed Logica agit de actibus intellectus secundum se, ut fateri debet: ergo quod aliquis, ut imperatus, sit praxis, non obest, ut Logica sit simpliciter speculativa; in tantum enim obitare possit, in quantum Logica ageret de illis, ut imperatis.

Contra quarto ad hominem contra Matrium: quod aliquis actus intellectus possit dici praxis, ut ipse tenet, non tollit, quod Logica sit simpliciter speculativa, ut etiam ipse tenet: ergo quod aliquis actus intellectus possit esse, vel non esse praxis, impertinens est ad hoc, ut Logica sit, vel non sit speculativa; ergo, & si nostra ratio falsum supponeret, ut ait Matrius; efficax tamen est ad probandum, Logicam esse simpliciter speculativam.

Contra denique, & etiam ad hominem contra Matrium:

253  
Hæc ratio non placet Matrio.

254  
Cont. 1.

255  
Cont. 2.

256  
Cont. 3.

257  
Cont. 4.  
ad hominem contra Matrium.

258  
Contra Matrium.

denique  
etiam a  
hominē  
contra  
Mastr.

trium: quod Logica attrin-  
geret aliquē actum intellec-  
tus, qui esset praxis; non tol-  
lit, quod finis a Logica per  
se intentus, sit agere de acti-  
bus intellectus; ergo nec tol-  
let, quod sit simpliciter spe-  
culativa. Antecedens, & cō-  
sequentia clarent, & totum  
est doctrina ipsius Mastrij in  
præsenti num. 57. quam pro-  
bat ratione, & paritatibus  
Geometriæ, Astrologiæ, &  
Mathematicæ, quam nos ex  
ipso contra Poncium sump-  
simus, & declaravimus §. 20.  
per totum.

259  
Mastrij  
contra  
dictio.

Plurima alia ad homi-  
nem contra Mastrium omi-  
to, quia ex hoc evidentèr  
apparet, quod si aliquem ac-  
tum intellectus esse praxim,  
esset obex, ut Logica esset  
simpliciter speculativa, ipse  
sibi ipsi contradiceret mani-  
feste, quia utrunque tenet.  
Et tot quasi retorsiones fieri  
possent contra ipsum, quot  
solutiones tribuit in num. 59.  
vbi ad argumenta respon-  
det.

§. XXIII.

Solvuntur argumenta pro  
prima, & secunda  
sententia.

260  
Arg. pro  
prima  
sentent.

Arguitur pro prima sen-  
tentia: Aristot. 1. topic  
cap. 9. & 12. distinguit tria

genera Problematum, quæ-  
dam, scilicet, speculativa;  
quædam practica, & quæ-  
dam illis duobus adminicu-  
lantia, & per hæc intelligit  
Problemata Logica: ergo  
ex mente ipsius Logica nec  
erit practica, nec speculati-  
va. Respondeo: Philo-  
sophum per Problemata spe-  
culativa intelligere specula-  
tiva pertinentia ad scientiam  
realem speculativam, quate-  
nus scientia realis opponitur  
scientiæ rationali, quæ est  
Logica; per Problemata  
practica intelligere specta-  
tia ad Moralem; & denique  
per Problemata utrisque ad-  
miniculantia intelligere per-  
tinentia ad scientiam ratio-  
nalem; ex quo solum sequi-  
tur, quod Logica nec sit  
practica, nec speculativa rea-  
lis; non autem, quod non  
sit speculativa rationalis, ut  
authoritate, & ratione pro-  
batum manet.

Arguitur primo pro  
secunda sententia: Logica  
docet scientias speculativas,  
& practicas: ergo ut specu-  
lativa dirigit speculativas, &  
ut practica practicas: ergo  
est simul practica, & specu-  
lativa. Respondeo primo:  
distinguedo antecedens: Lo-  
gica docet scientias specula-  
tivas, & practicas, ut specu-  
lativæ, & practicæ sunt,

nego

Respōd.

261

Arg. 1<sup>a</sup>  
prosecu-  
da opi-  
nionē.

Resp. 1<sup>a</sup>

nego antecedens; vt sunt habitus per demonstrationem acquisiti concedo antecedens, & nego vtrunque consequens.

Respondeo secundo aliter distinguendo antecedens: Logica docet scientias speculativas, & practicas speculative concedo antecedens; practice nego antecedens, & vtrunque consequens; nam sicut Methaphisica dirigit scientias alias directione speculativa; ita, & Logica. Tertio distinguo aliter: Logica docet scientias speculativas, & practicas in ratione veri concedo antecedens; in ratione boni nego antecedens, & vtrunque consequens. Hæc triplex solutio ex dictis satis apparet, & ex dicendis magis apparebit.

Arguitur secundo pro eadem sententia: Intellectui possunt competere simul rationes practici, & speculativi: ergo idem de Logica est dicendum. Respondeo omitto antecedens, & nego consequentiam. Disparitas est: quia differentia practica, & speculativa respectu intellectus sunt accidentales, quia ei conveniunt immediate ab actibus, vel habitibus, qui sunt accidentia ipsius. Alio respectu actus, vel habitus scientifici sunt passiones, na-

turaliter sequentes differentias essentielles immediate oppositas, vt diximus §. 16.

Dices: cuiusque convenit essentia rei, conveniunt propriae passiones rei: ergo cuiusque convenit esse scientia, conveniunt propriae passiones scientiæ ex a nobis dicti §. 16. ergo cum Logicæ conveniat esse scientia, vt in titulo quæstionis supponimus, Logicæ conveniunt passiones illius, scilicet, practici, & speculativi: ergo est simul practica, & speculativa.

Respondeo primo: Hanc replicam evidenter probare: omnem scientiam esse simul practicam, & speculativam, vt ex replica apparet, & hoc plusquam sufficiens erat ad replicæ nullitatem. Sed ultra hoc respondeo distinguendo antecedens: cuiusque convenit scientia, conveniunt propriae passiones illius divisiæ, coniunctim nego antecedens. disiunctè concedo antecedens, & distinguo consequens similiter. Concedo assumptam, & distinguo pariter consequens, negoque ultimam consequentiam. Solutio claret in risibilitate, & in hibilitate respectu animalis, quæ sunt passiones divisiæ, & ex hoc in infiniti.

264

Replicabis.

265

Resp. 1. retorq.

262

Secund.

Tertio.

263

Arg. 2. producta opinion.

Respōd.



## §. XXIV.

*Solvitur præcipuum tertiæ opinionis argumentum.*

266

*Arguunt Author. tertiæ opinion. Resp. 1.*

**O**Mnes tertiæ opinionis sectatores sic arguunt: Habitus dirigens acciones voluntatis est practicus: ergo, & habitus dirigens acciones intellectus. Respondedo negando consequentiã Disparitas est: nam operatio voluntatis est praxis; non verò operatio intellectus, ut dictum habemus; & ideo ille dicitur practicus; iste verò speculativus.

267

*Fallacia argumēti ostenditur I.*

Quare in argumēto committitur fallacia *figuræ dictionis*; nam fit transitus ex vno genere operationum in aliud. Est enim argumentum simile huic: *Omne album est disgregatum visus; homo est albus; ergo homo est disgregativus visus.* Imò simile huic: *Habitus dirigens acciones voluntatis versatur circa operationes formalitèr liberæ; ergo habitus dirigens acciones intellectus, versatur circa operationes formalitèr liberæ.* Negabunt certe consequentiã utriusque, quia in utroque est fallacia *figuræ dictionis*; nam in primo fit transitus de genere qualitatis ad genus substantiæ; & in secundo de

*Secund.*

vno genere operationis, scilicet, voluntaris, ad aliud, nempe, intellectus; sic similiter in argumento facto.

Varie in surgunt Authores contra hanc nostram solutionem, & primo *Mastrius cit. num. 58.* nam disparitas à nobis assignata, scilicet, quod operatio intellectus, est insufficientis ratio, ut unus dicatur practicus, & alius speculativus, quia prudentia est habitus practicus, & cum sit omnium directiva virtutum, etiam dirigit operationes aliquas intellectus, qui ad virtutes pertinent: ergo quod Logica dirigat operationes intellectus, non obstat, quominus sit practica. Hæc tamen *Mastrij* impugnatio, quæ fuit præcipuum *Pontij* fundamentum, manet multipliciter soluta per dista §. 11. à num. 90. usque ad 94. solvendo *Pontij* argumentum. Videantur ibi.

Secundo insurgunt *Conimbricæ*. Sic: prædicta solutio repugnat communi sententiæ de vera praxi: ergo ruit. Probatur antecedens: communis sententiæ sic diffinit praxim: *est actus à ratione directus, vel aptus ut à ratione dirigatur*; sed actus intellectus sunt dirigibiles à Logica: ergo dicere, actus intellectus non esse praxes,

268

*Replicat Mastr.**Solutio à n. 90. usque ad 94.*

269

*Replicat Conimb.*

repugnat communi sententia de vera praxi.

270  
Dist. 1.

Respondeo nego antecedens, cuius probationem distinguo primo: praxis est actus alterius potentia ab intellectu directus concedo maiorem; actus intellectus nego maiorem, concedo minorem, & nego consequentiam; sic enim diffiniunt praxim Scotiæ, & Thomistæ ex Philosopho, & hæc est communis sententia. Distinguo secundo: communis sententia contra Philosophum omitto maiorem; iuxta Philosophum nego maiorem; concedo minorem, & nego consequentiam. Hæc solutio constat ex probationibus Aristotelis, quas fecimus supra. Distinguo tertio: communis sententia sic diffinit praxim late concedo maiorem; proprie, & stricte nego maiorem, & concessa minori, distinguo similiter consequens. Patet solutio ex dictis num. 1. & 2.

Secund.

Tertio.

271  
Replicat  
Chalaz.

Tertio insurgit Chalaz: Philosophia Moralis iuxta omnes est practica: ergo actio ab ipsa dirigibilis est praxis; sed actus intellectus dirigitur à Philosophia Morali: ergo actus intellectus est praxis. Hæc replica eadem est cum replica Matrij supra posita, & cum argumento

Poncij contra nos facto numer. 88. vnde solutiones data numer. 90. & seqq. deserviunt huic replicæ.

Insurgit quarto idem Chalaz: praxis, quod est Græcum, latine est operatio dirigibilis per rationem; sed actio intellectus est dirigibilis: ergo actio intellectus est praxis. Distinguo primo maiorem: praxis late sumpta est operatio dirigibilis concedo maiorem; stricte accepta nego maiorem, & concessa minori, distinguo consequens, Neque hoc est petitio principij, vt ait Chalaz, quia hæc est doctrina Philosophi, D. Thomæ, & Scoti deducta ex Græcis, vt dixi num. 4.

Distinguo secundo: praxis est operatio alterius potentia ab intellectu concedo maiorem; operatio intellectus nego maiorem; concedo minorem, & nego consequentiam. Tertio distinguo aliter: praxis est operatio dirigibilis per rationem ad indagandam bonitatem, vel malitiam, seu in esse boni concedo maiorem; ad indagandam veritatem, seu in esse veri nego maiorem, & distinguo similiter minorem, negoque consequentiam.

Insurgit denique idem Chalaz: modus sciendi vo-

272

Iterum  
replicat  
Chalaz.

Dist. 1.

273  
Secund.

Tertio.

274

Replicat  
denique  
Chalaz.

calis est actio externa dirigibilis à ratione : ergo est praxis. Atqui Logica respicit modum sciendi vocalem, vt dirigibilem : ergo Logica est practica. Distinguo sumptam : Logica vocalis respicit modum sciendi vocalem, vt dirigibilem concedo minorem ; Logica mentalis nego minorem ; & distinguo consequens : ergo Logica vocalis est practica concedo consequentiam ; Logica mentalis nego consequentiam, & nihil contra nos ; quia non loquimur de Logica vocali, sed de pure mentali, vt suppositum reliquimus §. 18. *in fin.*

Solutis iam replicis contra nostram solutionem, quæ principalissima est. Respondeo secundo ad argumentum, quo valde fidunt aduersarij, negando consequentiam ; nam dato, & nunquam concesso, quod actiones intellectus, vt à voluntate imperatæ, seu vt à Prudentia directæ, essent praxes ; Logica non agit de illis, vt imperatis, sed de illis secundum se, & consequenter non est obex, vt Logica sit simpliciter speculativa, vt contra Mastrium demonstravi §. 22. *per totum ad hominem contra ipsum.*

Et iuxta hanc doctrinam sic distinguo consequens argumenti : ergo, & habitus dirigens actiones intellectus, vt imperatas à voluntate permitto consequens ; vt considerantur à Logica nego consequentiam. Solutio patet ex dictis §. 22. ex quibus, convincitur nullitas argumenti. Nec obest, quod ait Vazquez, scilicet, quod etiam actus Logicæ imperantur à voluntate ; tum : quia hoc mere per accidens convenit illis, vt à Logica diriguntur. Tum etiam : quia probat, nullam esse scientiam speculativam, quorum utrunquè manet firmatum §. 19. contra responsionem Pontij, quæ eadem est ad litteram cum solutione Vazquez.

## §. XXV.

*Aliquorum argumenta pro tertia opinione solvantur.*

**A**Rguunt primo Conimbricenses q. 4. *Proem. artic. 5.* præcipuus Dialecticæ finis est operatio : ergo Dialectica est practica. Respondeo primo, distinguo antecedens : est operatio intellectus concedo antecedens ; alterius potentie ab intellectu nego antecedens, & consequentiam.

Xx quæ-

276  
*Respod. inferm.**Respond.*

275

*Ad argumentum principale positum n. 266. Resp. 2.*

277

*Arg. 1. pro tertia opinione. Resp. 1.*

*Secund.* quantiam. Distinguo secundo: est operatio ad indagandam veritatem concedo; ad indagandam bonitatem, vel malitiam nego. Distinguo tertio: est operatio, quæ est speculatio concedo; quæ est praxis nego. Distinguo quarto consequens: ergo est practica latissimè concedo consequentiam; proprie nego consequentiam. Hæc solutio patet ex dictis *numer. 1.* & *2.* tertia, & secunda ex multis dictis, & prima ex terminis.

*278*  
*Arg. 1.* Arguunt secundo: scientia, cuius obiectum est contingens, & eius principium effectivum est in artifice, non verò in natura, est practica; sed obiectum Logicæ est contingens; libere enim fabricatur, & eius principium effectivum est in artifice, scilicet, in Dialectico: ergo Logica est practica. Maior est Philosophi *2. Meth. cap. 1.* dicentis: obiectum scientiæ practicæ esse his duabus conditionibus affectum.

*279*  
*Resp. 1.* Respondeo primo distinguendo primam partem maioris: scientia, cuius obiectum est contingens, & praxis, est practica omitto maiorem; cuius obiectum est speculatio nego maiorem; distinguo similiter maiorem, & nego consequentiam. Respondeo

secundo, omitto maiorem, & distinguo maiorem quo ad primam partem: sed obiectum Logicæ est contingens, contingencia consequentis, entitativa, vel quo ad existentiam cōcedo maiorem; contingencia consequentiæ, illationis, vel quo ad connexionem nego maiorem, & consequentiam, quia hæc secunda contingencia obiecti tollit rationem scientiæ; non verò prima.

Et ut hæc solutio clarius percipiatur, advertendum est, quod contingencia, utpotè, necessario opposita, tot modis dicitur, quot dicitur necessarium. Et cum necessarium sit duplex, vnum, scilicet, necessitate consequentis, entitativa, & quo ad existentiam; & alterum necessitate consequentiæ, illationis, & quo ad connexionem; ideo contingentiam sumpsimus in solutione his duobus modis. Et cum necessarium primo modo non requiratur ad scientiam, & secundo modo captum, sit sufficiens; ideo diximus, contingentiam primo modo acceptam, non tollere rationem scientiæ; bene verò contingentiam secundo modo, in quo Logica non est contingens, sed necessaria.

Respondeo tertio distinguendo aliter eadem partem

280

Explicatur solutio.

281

Resp. 3. con-



*contingens positive quid sit?*

minoris: sed obiectum Logicæ est contingens positivè concedo minorem; negativè nego minorem, & consequentiam. Dupliciter etiam dicitur contingens per oppositum ad necessarium, scilicet, positivè, & negativè. contingens positivè est, quod habet existentiam defectibilem per oppositum ad necessarium positivè, quod habet existentiam indefectibilem, & hoc modo omnis creatura est contingens, & solus Deus est necessarius.

282

*Quid sit contingens negativè?*

Contingens negativè est, quod potest aliter se habere per oppositum ad necessarium negativè, quod nequit aliter se habere, & hoc modo est contingens, quod non habet conceptus obiectivos, quibus repugnet, aliter se habere; & necessarium, quod tales habet conceptus obiectivos, uti sunt essentia rerum, quæ necessaria ab Aristotel. appellantur. Contingens positivè non tollit rationem scientiæ; bene vero negativè; cæterum Logica non est sic contingens, sed necessaria.

283

*Resp. 4 retorq.*

Respondeo quarto retorquendo argumentum pro prima parte contra Conimbricenses: obiectum Logicæ est contingens: ergo Logica non est scientia contra ipsos

*cit. artic. 3.* soluto iam argumento Conimbric. pro prima parte maioris syllogismi eorum; solvamus nunc pro secunda, ut integrè appareat nullitas illius.

Ad secundam partem maioris respondeo primo ipsam distinguendo: & cuius principium effectivum est in artifice per aliam potentiam ab intellectu concedo maiorem; per intellectum nego maiorem, & distinguo similiter minorem, & nego consequentiam. Respondeo secundo aliter distinguendo: & cuius principium est in artifice indagante, vel quærente malitiam, vel bonitatem obiecti concedo maiorem; veritatem illius nego maiorem; distinguo similiter minorem, & nego consequentiam; nam ultra illas duas condiciones, quod sit actus alterius potentia ab intellectu, & consequenter quod agat in ratione boni, docet Aristotel. esse ad scientiam practicam necessarium, ut patet ex nostris probationibus.

Arguit tertio Chalaz: illa scientia est verè practica, cuius actus sunt verè practici: sed actus Logicæ sunt verè practici: ergo Logica est scientia verè practica. Probatur minor: actus, qui pres-

284

*Ad secundam partem maioris respond. 1.*

*Secund.*

285

*Arg. 3.*

cribunt regulas, quibus faci-  
cienda est definitio, aut di-  
visio, sunt actus practici; sed  
isti sunt actus Logicæ; ergo  
actus Logicæ sunt Practici.  
Probatur maior: actus prac-  
ticus est cognitio operis fac-  
tibilis ab sciente, ad eius ef-  
fectionem per se immediate  
dirigens; sed actus, qui præ-  
scribunt quomodo facienda  
sit definitio, aut divisio, sunt  
cognitiones operis factibilis  
ab ipso sciente, scilicet, Lo-  
gico: ergo actus qui præscri-  
bunt regulas, &c.

Respondeo distinguendo  
maiores ultimi syllogismi:  
actus practicus est cognitio  
operis factibilis, quod sit  
praxis concedo maiorem;  
quod sit speculatio nego ma-  
iorem; distinguo similiter  
minorem, & nego conse-  
quentiam. Secundo distin-  
guo aliter: est cognitio ope-  
ris factibilis per aliam poten-  
tiam ab intellectu concedo;  
per intellectum nego. Terti-  
o alijs terminis distinguo:  
est cognitio operis factibilis  
ab sciente indagante, vel  
querente bonitatem, vel ma-  
litiã concedo; veritatem  
nego maiorem, distinguo  
similiter minorem, & nego  
consequentiam. Omnes hæc  
solutiones patent ex solu-  
tionibus ad argumentum  
præcedens.

Arguit quarto Bonæ spei:  
illa est scientia practica, quæ  
non est gratia sui; sed Logi-  
ca non est gratia sui: ergo  
Logica est practica. Probatur  
minor: Logica ordinatur  
ad sua objecta efficienda:  
ergo non est gratia sui.  
Respondeo primo negando  
minorem, ad cuius proba-  
tionem distinguo antecede-  
ns: Logica ordinatur ad  
sua objecta efficienda, inten-  
dens effectiõnem, vel opus,  
nego antecedens; intendens  
veritatem concedo antecede-  
ns, & nego consequen-  
tiam.

Ratio est: quia non qui-  
libet ordo ad opus extrahit  
scientiam à ratione specula-  
tivæ, vt patet in Geometria,  
Astrologia, & Mathematica,  
quæ licet ordinentur ad  
opus; nam Geometria men-  
surat, Astrologia spheram  
operatur, & Mathematica  
triangulum; hoc tamen non  
extrahit ipsas à ratione spe-  
culativarum, vt omnes do-  
cent, & non alia ratione, ni-  
si quia constructio horum  
instrumentorum ordinatur  
ad veritatem; nam ipsæ scien-  
tiæ non intendunt opus præ-  
dictum; sed veritatem.

Sic pariter in Logica, &  
adhuc specialius; nam cum  
hæc non solum omnia ordi-  
net ad veritatem, verum, &

287  
Arg. 4

Resp. 1:

288  
Ratio so-  
lutionis.289  
Parificæ  
tur in  
ipfi. Logica.

286

Resp. 1.

Secund.

Tertio.

ipsum opus sit cognitio veritatis, quæ praxis non est, sine dubio talis ordo ad opus non extrahet ipsam à ratione speculativa. Quæde causa est gratia sui, quia etiam si dirigat opus, in ipsa actuali directione, imò, & in effectione operis, non intendit opus, sed veritatem.

Imò ex hoc retorqueo argumentum: & si Mathematica, Astrologia, & Geometria ordinentur ad opus, quod est praxis, non dicuntur practicæ, quia non intendunt per se opus prædictum, sed illud ordinant ad veritatem; atquæ Logica non solum ordinat opus ad veritatem, verum, & ipsum opus est speculatio; ergo potiori iure non est dicenda practica. Hæc retorsio, & ratio præcedens deserviunt ad solutiones datas triplici argumento antecedenti.

Respondeo secundo aliter distinguendo antecedens: Logica ordinatur ad sua objecta efficienda per actus intellectus concedo; per actus alterius potentie ab intellectu nego. Tertio alijs terminis: ad efficienda sua objecta, quæ sunt speculationes concedo; quæ sunt praxes nego. Quarto ad sua objecta efficienda speculative concedo; practice

nego, & nego consequentiam.

§. XXVI.

*Varia argumenta pro eadem opinione solvuntur.*

**O**bjicies primo: scientia practica tradit normam bene operandi; est enim *ut boni fiamus* ex à nobis dicitis; sed Logica tradit normam bene operandi, scilicet, bene dividendi, diffiniendi, & bonos syllogismos faciendi: ergo Logica est practica. Respondeo primo distinguo maiorem: tradit normam bene operandi, operatione potentie ab intellectu distincte nego maiorem; distinguo similiter minorem, & nego consequentiam. Distinguo secundo practice concedo maiorem; speculative nego maiorem, & cum eadem distinctione minoris, nego consequentiam.

Tertio distinguo aliter maiorem: scientia practica tradit normam bene operandi, *ly bene* proprie accepto concedo maiorem; quia sic bonitas pertinet ad voluntatis objectum; *ly bene* improprie sumpto nego maiorem; quia sic confunditur cum veritate, quæ pertinet ad objectum intellectus. Distinguo similiter minorem, &

292  
Objc. I.

Resp. I.

Secund.

293  
Tertio.

290

Retorq.  
argumē.  
sum.

291

Resp. 2.

Tertio.

Quarto.

nego consequentiam. Vnde dicere : Logicam tradere normam bene dividendi, &c. est idem, ac dicere: *verè*, & hæc est propria locutio.

Respondeo denique quarto aliter distinguendo maiorem: scientia practica tradit normam bene operandi operis, quod sit praxis concedo maiorem; operis, quod sit speculatio nego maiorem: distinguo similiter minorem, & nego consequentiam.

Replicabis contra hanc quartam solutionem: Logica tradit normam bene operandi operis, quod sit praxis: ergo ruit hæc solutio, imò, & omnes ruunt. Probatur antecedens: Logica habet pro obiecto, & fine intrinseco aliquid operabile, quod sit praxis: ergo Logica tradit normam, &c. Probatur antecedens: Logica considerat constructionem syllogismi, quæ constructio dependet à voluntate in esse; sed constructio syllogismi dependens à voluntate in esse, est aliquid operabile, quod sit praxis: ergo Logica habet pro obiecto, & fine intrinseco aliquid operabile, quid sit praxis.

Probatur minor: constructio domus, quæ dependet à voluntate in esse, est

opus, quod est praxis: ergo, & constructio syllogismi. Probatur consequentia: ideò domus constructio est praxis, quia dependet à voluntate in esse; sed etiam constructio syllogismi dependet per nos à voluntate in esse: ergo etiam constructio syllogismi est praxis.

Respondeo ad replicam, negatis negandis, distinguendo ultimam maiorem: ideò præcise, seu totaliter nego maiorem; ideò partialiter concedo maiorem, & concessa minori, nego consequentiam. Ratio est: nam ad hoc, vt aliquid sit praxis, ultra hoc, quod à voluntate dependeat, requiritur, quod sit actus alterius potentie ab intellectu, quod habet domus constructio; secus autem constructio syllogismi.

Replicabis iterum: ad hoc, vt aliquid sit praxis, sufficit, quod dependeat à voluntate in esse præcise: ergo ruit solutio. Probatur antecedens: ad hoc, vt aliquid sit praxis, sufficit, quod dirigatur per cognitionem practicam præcise; sed præcise dirigatur cognitione practica, quod dependet à voluntate in esse præcise: ergo ad hoc, quod aliquid sit praxis sufficit, quod de-

294  
Quarto.

295  
Replic.

296

297  
Respond.  
adreplicam.

298  
Replicabis iterum.



pendeat à voluntate in esse præcise.

Probatur minor : præcise dirigitur cognitione practica , quod est praxis ; sed praxis præcise dependet à voluntate in esse : ergo præcise dirigitur cognitione practica , quod dependet à voluntate in esse præcise. Distinguo minorem : sed praxis præcise dependet à voluntate in esse elicitive concedo minorem ; Imperative nego minorem , & distinguo similiter consequens.

Replicavis adhuc : quod dependet à voluntate imperative est praxis : ergo nulla est solutio. Probatur antecedens : actus imperatus à voluntate præcise est praxis : ergo quod dependet à voluntate imperative est praxis. Hæc replica est ipsum idem argumentum , quod nobis obiecit Pontius §. II. numer. 80. & per sequentia usque ad numer. 87. esse contra Scotum diximus , & quadruplicem solutionem dedimus. Vide ibi , ne eadem repeta mus.

Obijcies secundo : habitus activus , vel operativus est practicus ; sed Logica est huius modi : ergo est practica. Distinguo primo maiorem : habitus activus , & directivus praxis concedo ma-

iozem ; directivus speculationis nego maiorem. Distinguo secundo : habitus activus dirigens actus aliarum potentiarum ab intellectu concedo maiorem ; dirigens actum intellectus nego maiorem.

Tertio habitus activus dirigens in ratione boni concedo maiorem ; in ratione veri nego maiorem ; & hac triplici distinctione distinguo similiter minorem , & nego consequentiam. Distinguo quarto , est practicus latè , vel proprie concedo maiorem ; proprie præcise , vel sub distinguo tripliciter iuxta triplicem solutionem datam , vel nego maiorem ; & concessa minori , distinguo similiter consequens.

Obijcies tertio : habitus , qui dicit duplicem respectum , scilicet , prioritatis , & directivitatis , est simpliciter practicus ; sed Logica dicit duplicem hunc respectum ad actus intellectus : ergo est simpliciter practica. Maior patet ; quia in hoc consistit ratio practici ex à nobis dictis §. 15. Minor est certa ; nam Logica regulat actus intellectus , & consequenter est prior. Consequentia legitima apparet. Distinguo maiorem : habitus , qui dicit duplicem respectum ad praxim , est

Secund.

302

3 solut.

4. Solut.

303

Obijc. 3.

Respōd.

299

Respōd.

300

Replicabis ad huc.

Respōd.

Vide §.

II. à numer. 80. usque ad 87.

301

Obijc. 2.

Prima respons.

est practicus concedo maiorem, & hoc est, quod diximus §. 15. *cit.* ad speculationem nego maiorem. Distinguo similiter minorem, & nego consequentiam.

§. XXVII.

*Solvuntur argumenta contra conclusionem.*

304

**S**olutis argumentis pro tertia opinione, quæ contrarie nostræ conclusioni opponuntur; solvere restat ea, quæ contradictorie sunt opposita. Pro quibus.

305

*Arg. 1.*

Arguitur primo: Philosophus divisit scientiam speculativam in Phisicam, Methaphisicam, & Mathematicam; atqui sub nulla ex his continetur Logica: ergo Logica non est speculativa. Respondeo: Philosophum divisisse scientiam realem; non verò scientiam rationalem excludit, & si illius ibi non meminerit.

*Respòd.*

306

*Replica.*

Replicabis: Philosophus declaravit tres scientias speculativas, vt patet ex prædicta divisione: ergo non datur alia scientia speculativa: ergo ruit solutio. Respondeo primo: hanc replicam posse solvi, & optime solutione data ad argumentum; ultraquam.

*Resp. 1.*

307

*Resp. 2.*

Respondeo secundo:

concesso antecedenti, nego consequentiam. Primo; quia est argumentum ab autoritate negative, quod non valere, est proloquium Theologicum, & Philosophicum, idque expræsit Scotus in 1. *distint.* 28. *quæst.* 2. his verbis: *Locus ab autoritate non tenet negative.* Et hoc est, quod dicemus Tom. *de Axiomatibus litt. A. axiom.* 77. vbi clarissimis, exemplis id probabimus. Secundo: quia licet Philosophus aliam præter tres prædictas scientias speculativas non declaraverit; sunt tamen in eo efficacissima fundamenta, vt Logica sit etiam speculativa, vt claret §. 19. 20. & 21. Imò D. Augustinus Logicam expræse numeravit inter scientias speculativas, vt diximus in relatione sententiarum §. 18. *num.* 316.

Arguitur secundo: Aristotel. 6. *Met. text.* 1. *asserit:* quod scientia speculativa est nobilior practicis; sed Logica non est nobilior practicis: ergo non est speculativa. Respondeo primo distinguendo maiorem: scientia speculativa realis concedo maiorem; scientia rationalis nego maiorem, & omisa minori, nego consequentiam. Aliter distinguo secundo: scientia speculativa prin-

308

*Arg. 2.**Resp. 1.**Secund.*

ci-

cipalls concedo maiorem; scientia speculativa ministralis nego maiorem, & omnia minori, nego consequentiam; quia Logica non est scientia principalis, sed ministralis, & seruiens alijs, scientijs.

Responderi potest tertio negando minorem; nam Logica est nobilior practicis, quia demonstrativo modo procedit, quod non facit scientia practica. Dices: nobilitas scientiæ sumitur ab obiecto; sed obiectum Logicæ est imperfectius: ergo Logica etiam. Distinguo maiorem: nobilitas scientiæ sumitur ab obiecto, & à modo tendendi in illud concedo maiorem; ab obiecto tantum nego maiorem, & concessa minori, distinguo consequens: ergo Logica est imperfectior ratione obiecti concedo consequentiam; ex modo tendendi in illud nego consequentiam; quia ut diximus, procedit modo demonstrativo, quod nobilior est absque dubio.

Arguitur tertio: actus, qui eliciuntur à Logica, quomodo fieri debeat syllogismus. V. g. non sunt propter solam veritatis cognitionem, ut ibi sistamus: ergo non est speculativa. Probatur antecedens: illi actus

ex natura sua referuntur ad vltimum, ut syllogismos sine errore faciamus: ergo non sunt propter solam veritatis cognitionem, ut ibi sistamus.

Respondeo negando antecedens, cuius probationem distinguo primo: factione, quæ sit praxis nego; quæ sit speculatio concedo. Secundo: factione per intellectum concedo; per aliam potentiam ab intellectu distinctam nego. Tertio: factione in ratione veri concedo; in ratione boni nego. Et ex hac triplici distinctione habetur, quod licet actus Logicales referantur ad vltimum, in seruit vltimo, ut sciamus; non vero, ut boni fiamus, consequenterque in sola veritatis cognitione sistunt, & ideo speculativi sunt.

Arguitur quarto: habitus speculativus est propter se appetibilis; sed Logica non est propter se, sed propter alias scientias: ergo non est speculativa. Respondeo primo negando minorem; nam, & si Logica sit utilis ad alias scientias, est etiam appetibilis propter se; quia licet non esset utilis ad alias, adhuc per se esset appetibilis, sicut Physica, & Mathematica, quæ licet sint utiles ad alias scientias; sunt tamen

311  
Dist. 1.

Secund.

Tertio.

312  
Arg. 4.

Resp. 2.

Retorq.

309  
Tertio.

Dices.

Respōd.

310  
Arg. 3.

per se appetibiles, ex quo argumentum retorqueatur.

313  
Resp. 2.  
Respondeo secundo distinguo maiorem: habitus speculativus realis, & principalis concedo maiorem; rationalis, & instrumentalis, seu ministralis nego maiorem; & omisa minori, distinguo consequens: ergo non est speculativa realis, & principalis concedo; rationalis, instrumentalis, seu ministralis nego. Respondeo tertio distinguo aliter maiorem: est propter se appetibilis primario concedo maiorem; secundario nego maiorem, & distinguo minorem: sed Logica est propter alias scientias secundario concedo minorem; primario nego minorem, & consequentiam; quia Logica est propter se appetibilis primario, sicut de Physica, & Methaphisica dixi num. preced. ex quo retorqueo etiam argumentum.

314  
Arg. 5.  
Nota.  
Arguitur quinto: Logica, ut docens, dirigit, & ut utens construit: ergo ut docens est speculativa, non verò ut utens. Ante solutionem huius argumenti notandum est, ut advertit Māstrius cit. de Natura Logice, artic. 12. numer. 59. in solutione ad 4. quod hic loquimur de Logica docente, unde argumen-

tum non est ad rem. Ceterum loquendo etiam Logica utente. Respondeo distinguendo secundam partem antecedentis: ut utens construit opus, quod sit praxis, nego; opus, quod est speculatio, concedo antecedens, & nego consequentiam; quia Logica construit opus intellectus; non verò voluntatis. Et hæc est (quidquid dicat Māstrius) præcipua ratio, cur Logica non practica, sed speculativa sit, & hoc dixit Scotus 6. Meth. quæst. 1. in solutione primi argumenti.

315  
Quare consequenter ad hæc dicimus: Logicam utentem (de mentali loquitur ex dictis §. 18. in fin.) esse etiam simpliciter speculativam, & ostenditur: ideo Logica utens non esset simpliciter speculativa, quia esset activa, vel factiva; sed licet sit activa, vel factiva, non tamen est activa, vel factiva praxis: ergo est simpliciter speculativa. Probat minor: Logica utens solum est activa, vel factiva actuum intellectus; sed nullus actus intellectus est praxis, ut latè demonstratum manet: ergo Logica utens non est activa, vel factiva praxis.

Dices: Logica utens est ars: ergo, & habitus practicus. Distinguo antecedens: est

Respōd.

Logica utens est simpliciter speculativa

316  
Dices.



*Quædã  
solutio  
general.*

est ars, cuius actus est speculatio, concedo antecedens; cuius actus est praxis, nego antecedens, & consequentiam. Sic D. Thom. 1. 2. quæst. 57. artic. 3. ad 3. Et 2. 2. quæst. 47. artic. 2. ad 3. Et hæc est vera solutio, qua solvuntur omnia argumenta contra nostram conclusionem; quia licet Logica agat de re, modo, & alio quocunque, nunquam sequitur, esse practicam, quia omne, de quo agit, est actus intellectus, qui non est praxis.

317  
*Logica  
est practica  
secundum  
quid,*

Concluditur ergo, quod omnia vtriusque adducta, & quæ adduci possunt in favorem tertiæ opinionis, & contra nostram conclusionem,

vnicuique probant, quod Logica habet modum practici; quia non consistit in cognitione naturæ syllogismi, sed ultra progreditur ad tradendas regulas, ut recte conficiatur. Et hoc est, Logicam esse practicam per quandam analogiam, seu secundum quid, quod diximus cum Scoto in nostra conclusione; ceterum cum hoc non sufficiat, ad esse practicam proprie, sed ultra requiratur, quod sit directiva praxis, & hoc non habeat Logica; manet simpliciter speculativa, licet per analogiam practica, quæ fuit tota nostra Scotica conclusio.

*Seu per  
analogiam  
& eius  
ratio.*

# QUÆSTIO

## UNDEZIMA.

Utrum Logica docens, & utens realiter distinguantur?

**A**liquam distinctionem dari inter Logicam docentem, & utentem, est communis omnium consensus; an verò realis sit hæc distinctio? Est inter Domesticos bellum, ad quod agrediendum, principijs Scoti nixus, cum Scotistis pugnabo, suppositis prius his, de quibus non est inter ipsos dissensio.

s. I.

*Quæ certa sunt apud Scos  
istas supponuntur, &  
eorum opiniones de-  
clarantur.*

1  
i  
v  
i  
s  
i  
o  
l  
o  
g  
i  
c  
æ  
i  
n  
n  
a  
t  
u  
r  
a  
l  
e  
,  
&  
a  
r  
t  
i  
f  
i  
c  
i  
a  
l  
i  
s.

**S**uppono primo: quod Logica dividitur in naturalem, & artificialem. Logica naturalis est quodam lumen naturale, quo homines, quantumvis rustici, faciunt suos ordinatos discursus. Logica artificialis est facultas quedam ratiocinandi, aut discurrendi res occultas absque periculo erroris. De hac, & non de naturali, agimus in præsentia.

2  
i  
v  
i  
s  
i  
o  
l  
o  
g  
i  
c  
æ  
a  
r  
t  
i  
f  
i  
c  
i  
a  
l  
i  
s  
i  
n  
d  
e  
m  
o  
n  
s  
t  
r  
a  
t  
i  
v  
æ  
,  
p  
r  
o  
b  
a  
b  
i  
l  
i  
s  
,  
&  
f  
a  
l  
l  
a  
c  
i  
æ.

Hæc Logica artificialis (naturali omisa) dividitur in demonstrativam, probabilem, & fallacem. Logica demonstrativa est, quæ agit de demonstratione. Logica probabilis est, quæ agit de syllogismo probabilis, proponens modos probabiliter discurrendi. Et Logica denique fallax est, quæ agit de syllogismo fallaci, explicans fallacias, & tradens regulas, ad eas evitandas.

3  
i  
v  
i  
s  
i  
o  
d  
o  
c  
e  
n  
t  
i  
æ  
,  
&  
v  
t  
e  
n  
t  
i  
æ.

Suppono secundo: quod quælibet ex his dividitur in docentem, & vtentem, quam divisionem alijs terminis tradiderunt aliqui, scilicet, in

Logicam contemplativam, & factivam, & aliter Græci, illam dividendo in Logicam avulsam à rebus, & in Logicam concretam in rebus. Logicam avulsam à rebus appellabant Græci, quam nos docentem appellamus, & est facultas docens, quomodo confici debeant modi sciendi, v. g. syllogismus, definitio, divisio, & quæ sit natura, & proprietates eorum. Logicam concretam in rebus appellabant Græci, quam nos appellamus vtentem, & est facultas confectiva istorum modorum.

Hæc divisio Logicæ in docentem, & vtentem sicut, & talis divisio cuiuscunque artis intellectualis, desumpta est absque dubio ex analogia, seu similitudine artium, quæ per facultatem alicuius potentie cõsumatur, vt sunt musica, & architectura. In his enim duo distinguimus, nempe, & doctrinam, qua artifex docetur, seu instruitur, quomodo sit construenda musica, vel domus (& hæc valet appellari musica, & architectura docens) & facultatem constructivam huius doctrinæ ad pulsandam citharam, aut construendam domum (& hæc potest appellari musica, aut architectura vtens) vnde hæc Logicæ di-

4  
*Aquosie  
sumpta  
divisio  
Logicæ  
in docen-  
tem, &  
vtentem.*

*Hæc di-  
visio non  
est Logi-  
cæ pecu-  
liaris.*

visio in docentem, & vten-  
tem non est peculiaris Logi-  
cæ, ut ali qui existimant, sed  
est communis omni arti, quæ  
per facultatem alicuius po-  
tentia operatur.

§  
*Logica  
vtens est  
proprie  
Logica.*

Suppono tertio: quod  
utraque Logica, docens, &  
vtens, est proprie Logica.  
Hoc supponitur contra ali-  
quos existimantes, quod Lo-  
gica vtens non est proprie  
Logica, sed ipsa scientia de-  
terminata, v. g. Phisica,  
Methaphisica, Moralis, vel  
quæcunque alia, cuius est  
materia discursus; & sic de-  
finitio, divisio, vel syllogis-  
mus in materia phisica dici-  
tur Logica vtens, quia tunc  
vtimur regulis, & præ-  
ceptis Logicæ docentis,  
contra hos ergo est nos-  
tra suppositio, & illorum  
deceptio triplici ratione of-  
tenditur.

6  
*Prob. I.*

Prima est: nam sicut in  
materijs aliarum scientia-  
rum datur vsus Logicæ; ita  
etiam in ipsa materia Logi-  
ca, diffiniendo, dividendo,  
& arguendo: ergo saltim in  
hoc sensu debet dari proprie  
Logica vtens, cum vere, &  
proprie Logica se ipsa vta-  
tur. Secunda: nam etiam  
quando exercetur in alijs  
scientijs, pertinet ad Logi-  
cam quo ad formam, & mo-

*Secūdo.*

dum; licet quo ad materiam  
spectet ad illas scientias, in  
quibus exercetur Tertia:  
quia si non esset Logica vtēs  
proprie, mala esset divisio  
Logicæ in docentem, & vtē-  
tem, facta à Græcis, & La-  
tinis. Item: falsum suppose-  
ret præsens quæstio, & fal-  
sum supponerent omnes aliæ  
difficultates, quæ à Doctori-  
bus communiter quærentur  
de ipsis, quod dicendum  
non est.

*Tertio.*

*Quarto*

Suppono quarto: quod  
prædicta Logicæ divisio in  
docentem, & vtentem est  
æque extensa; id est, si Lo-  
gica docens dicitur talis res-  
pectu partis topicæ, sophisti-  
cæ, & demonstrativæ; ita  
etiam vtens. Hæc suppositio  
est contra aliquos iudican-  
tes: Logicam vtentem dici  
solum talem respectu partis  
topicæ, & sophisticæ; non ve-  
ro respectu partis demon-  
strativæ. Suppositio est vera,  
& Scoti *quæst. I. Elencho-  
rum*, vbi non solum docet:  
Logicam vtentem extendi  
ad partem demonstrativam,  
sed etiam affirmat: diver-  
sum esse vsum Logicalis doc-  
trinæ, quæ traditur in Dia-  
lectica, seu parte topicæ, ab  
vsu Logicalis doctrinæ, quæ  
traditur in parte demon-  
strativa. Tenet etiam Pon-

7  
*Logica  
vtens est  
æque ex-  
tensa, ac  
Logica  
docens.*

tius in præsentī numer. 52.

8  
Probat.

Et probatur ad hominem contra adversarios: semel admisa divisione Logicæ in docentem, & utentem quo ad partem topicam, & sophisticam, ut admititur ab adversarijs; etiam debet ab ipsis admitti divisio prædicta quo ad partem demonstrativam. Probatur hoc: ideo admitunt divisionem quo ad partem topicam, & sophisticam, quia cognitio conficiendi syllogismos topicos, & sophisticos in quacunque materia, & confectio illorum syllogismorum, pertinet ad Logicam; atqui cognitio conficiendi syllogismum demonstrativum in quacunque materia, & confectio eiusdem, ad Logicam etiam pertinet: ergo semel admisa divisione Logicæ in docentem, &c.

9  
Probat.  
minor.

Probatur minor: nam ratio (quæcunque sit) qua confectio syllogismi demonstrativi non pertineret ad Logicam, sed ad scientiam, in cuius materia fieret, v. g. ad Phisicam, si materia esset phisica, & sic de alijs scientijs, pro ut dicunt adversarij, esset ratio, & eadem, ut confectio syllogismi topici, & sophistici non pertineret ad Logicam, sed ad scientiam, in cuius materia fieret: ergo

cognitio, & confectio syllogismi demonstrativi, ad Logicam etiam pertinet.

Confirmatur manifeste: quia si Logica docens extenditur ad omnes partes Logicæ, scilicet, topicam, sophisticam, & demonstrativam, quia docet, quomodo construendi sunt omnes syllogismi; cur Logica utens formalitèr ut talis, non extendetur ad omnes partes prædictas? Et maximè, cum experientia constet, quod tam aliæ scientiæ, quam ipsa Logica in suis proprijs, & determinatis materijs, utuntur tota ista doctrina Logica, si construendo in usu, & exercitio omnes illos syllogismos topicos, sophisticos, & demonstrativos. Evidens certe videtur supra posita suppositio.

Suppono quinto: quod utraque Logica, tam docens, quam utens, dividitur in actualem, & habitualem. Logica docens actualis est actualis traditio regularum syllogistarum, seu est cognitio, quæ habetur de natura syllogismi, & aliorum instrumentorum sciendi. Logica docens habitualis est facilitas ad prædictas regulas tradendas, seu est habitus inclinans intellectum ad prædictam cognitionem. Logica utens actualis

IO  
Confirm.

II  
Diffinitur Logica docens actualis, & habitualis.

Logica  
utens



*vtens actualis, & habitualis diffinit.*

*lis est actuale exercitium regularum traditarum à Logica docente, seu est ipsa met confectio syllogismi, & aliorum instrumentorum. Logica vtens habitualis est facultas ad exercendum dictum exercitium, seu est habitus inclinans intellectum ad prædictam confectioem.*

12

*Quid sit habitus acquisitus, & quid infusus.*

Suppono sexto: quod habitus Acquisitus (dequo in præsentem loquimur) generatur ex repetitione plurium actuum, & sic diffinitur: *Est facultas quedam derelicta in intellectu gignita ex pluribus actibus, efective concurrens ad elicentiam similium actuum, à quibus fuit genita, per quod distinguitur ab infuso, qui non generatur.*

13

*Actus Logice docentes, & vtentis realitèr distinguntur.*

Suppono septimo: quod Logica docens actualis, & vtens actualis realitèr distinguntur, seu quod idem est, actus Logicæ docentes, & actus Logicæ vtentis realitèr distinguntur. Sic communiter omnes Doctores, & ratio est: quia Logica docens actualis est actualis traditio regularum syllogistarum; & Logica vtens actualis est actualis vsus talium regularum ex dictis num. 11. atqui actualis traditio regularum potest separari ab actuali vsu talium regularum, & de facto solet separari, vt experientia do-

cet: ergo tales actus realitèr distinguntur; quia separatio vnus ab alio infert absque dubio distinctionem realem.

Atque hinc se se aperit: præsentem controversiam nulla tenus procedere de actibus Logicæ docentes, & vtentis, quia sine controversia est, prædictos actus realitèr distingui. Vndè solum procedit difficultas de habitibus vtriusque Logicæ, an, scilicet, Logica docens habitualis, & vtens habitualis realitèr distinguantur? Pro cuius certa, & secura resolutione.

Suppono denique: quod Logica vtens habitualis duplicitèr sumitur. Primo pro habitu scientifico Logico per demonstrationem acquisito, quo vtimur in singulis scientijs, diffiniendo, dividendo, & arguendo. Secundo pro habitu acquisito ex frequenti exercitio diffinendi, dividendi, & arguendi; ex istis enim actibus frequentatis generatur in intellectu facultas, vel promptitudo quedam ad similes actus elicendos. Et hoc est, quod docuit Scotus in tertio distinct. 33. dicens: ex omni actu voluntatis, vel intellectus potest generari habitus, promptitudo, vel facultas.

14

*Sensus difficultatis aperitur.*

15

*Logica vtens duplicitèr sumitur.*

16  
*amplius  
 declara-  
 tur sen-  
 sus ques-  
 tionis.*

Logica vtens habitualis, primo modo sumpta, non est habitus distinctus à Logica docente habituali, sed est ipsa met Logica docens in vfu posita, & alijs scientijs applicata; nec in hoc sensu dicitur proprie vtens, quia potius debet dici vfitata, seu docens pasiva, vt notant Mauritius *quæst. 1. univers. §. Sexta difficultas.* Anglicus *quæst. 1. univers. Averr. 1. Phisic. commun. 35.* Logica verò vtens secundo modo capta, est habitus, quo quis instruitus, promptè, & faciliter vtitur Logica docente, & eius regulis. Et in hoc sensu est proprie vtens actiue, de qua procedit difficultas.

17  
 Alijs etiam terminis traditur hæc suppositio ab alijs Scotistis, qui duplicem habitum Logicæ vtentis distinguunt. Vnus directivus, & alter elicitivus. Directivus, est ille, à quo tam intellectus, quam habitus elicitivus diriguntur, seu regulantur in elicitione constructionis syllogismi, vel alterius modi sciendi. Habitus elicitivus est ille, qui concurrat elicitivè cum intellectu, illum facilitando ad construendos in quacunque materia modos sciendi traditos à Logica docente.

Et ex hoc apparet divisio

Logicæ vtentis in activam, & pasivam. Logica nanquè vtens actiue est que elicitivè concurrat ad vsum Logicæ docentis, seu Logicalis doctrinæ. Logica verò vtens pasiva est ipsa Logica docens, seu eius doctrina, in quantum ipsa Logica, & aliæ scientiæ ea vtuntur ad suas conclusiones demonstrandas.

19  
 Vndè habitus directivus Logicæ vtentis est idem cum Logica vtente pasiva, & quia hæc dicitur improprie tantum vtens, nam proprie est ipsa Logica docens ex dictis, de hac non procedit difficultas; sed de Logica vtente actiua, quæ est proprie vtens, & idem cum habitu Logicæ vtentis elicitivo, qui vt dictum est, est ille, quo quis instruitus, promptè, & faciliter vtitur Logica docente, eiusque regulis, iuxta dicta numer. 15. & 16. vel est ille, qui elicitivè concurrat cum intellectu, illum facilitando ad construendos in quacunque materia modos sciendi traditos à Logica docente, iuxta dicta numer. 17. De hac ergo Logica vtente actiua, quæ proprie est vtens, procedit difficultas.

20  
 Circa quam licèt variæ sint Scotistarum opiniones circa modum, quo habitus Logicæ docentis, & vtentis dif-

*Duplex  
 sentent.*

dis-

distinguantur; nam Pontius *disput. 2. de natura Logica quæst. 2. num. 59. tenet*: formalitèr distingui. Fuentes *quæst. 4. diffiç. 2. artic. 1. distingui tantum distinctione extrinseca, scilicèt, per ordinem ad diversos actus, quos causant*; tamen quantum ad realem distinctionem duplex tantum est opposita sententia. Prima aliter: habitus Logicæ docentis, & vrentis non distingui realitèr. Sic Pontius, & Fuentes *cit. Faber. Theorem. 1. cap. 1. Camerarius, & alij Scotistæ pro se citantes Scotum quæst. 1. univers. & quæst. 1. Elenchorum. Et hæc est sententia omnium Thomistarum. Secunda sententia defendit: prædictos habitus esse realitèr distinctos. Scotus quæst. 4. Prolog. in solutione ad 2. & 3. Tartar. quæst. 1. Præm. dubio 1. Camerarius tract. 1. Præm. disput. 2. dubio 1. Mauricius, & Anglicus cit. Mastrius quæst. Præm. de Natura Logicæ artic. 2. num. 5. & 8. secunda est à nobis amplectenda.*

§. II.

*Statuitur conclusio, & ratione Scoti probatur.*

**C**onclusio: habitus Logicæ docentis realitèr distinguitur ab habitu Lo-

gicæ vrentis, proprie, seu active sumpti. Hæc conclusio est contra Scotistas primæ sententiæ, pro se tamen habet Scotistas pro secunda relatos, & est communior, rationique, & Scoto conformior, ex quo primo probanda venit.

Probatur primo ex subtili Doctore *quæst. 4. Prolog. in solutione ad 2. & 3. dicente*: ubi cognitio aliquorum non est propter speculari simpliciter, sed etiam aliquomodo propter operari; tunc respectu eorum duplex est necessarius habitus in intellectu nostro; vnus erit vniversalium, & alter particularium, ex particularibus actibus genitus; atqui cognitio instrumentorum Logicalium non est propter se ipsam simpliciter, sed etiam propter eorum fabricationem: ergo respectu eorum ponendus est duplex habitus in intellectu nostro; vnus vniversalium quo generales regulas diffinendi, & dividendi agnoscimus, & alter particularis, genitus ex frequenti applicatione illarum regularum ad materias in particulari. Maior claret in rebus operabilibus in genere moris, respectu quorum datur vnus habitus vniversalium, qui est scientia Moralis, & aliter particu-

Prima.

Pontius.  
Fuentes.

Camer.

Secund.

Scotus.  
Tartar.  
Camer.Maurit.  
Anglic.  
Mastr.21  
Conclus.

22

Prob. 1.  
ex Scot.

ricularium, qui est prudentia, qua in particulari cognoscimus, quomodo talis actio fieri debeat. Minor est vera, & consequentia Legitima.

Hanc ex Scoto rationem sibi Pontius non obiecit: sed attenda doctrina ab eo tradita, & communi apud nobis adversarios, respondere valebit, distinguendo maiorem: quando est noba difficultas in operando concedet maiorem; quando noba difficultas non est, negabit maiorem; & cum eadem minoris distinctione, negabit consequentiam, & ob eandem rationem negabit paritatem probationis. Dicit enim, quod cognitio regulis, & preceptis Logicæ, non est noba difficultas in applicatione, & usu earum ad talem, vel talem materiam; sed solum requiritur appositio materiæ, qua posita, ipsæ regulæ sine noba difficultate ex parte sui applicantur. Et certe hæc est doctrina, qua probat Pontius suam conclusionem, eamque repetit in Additione §. *Sed ut præsus.*

Hæc tamen solutio est contra Scoti mentem, quod sic ostendo, & Pontij solutionem impugno: Scotus in verbis relatis supponit necessario esse nobam difficulta-

tem in operando: ergo contra Scotum est Pontij solutio. Probatur antecedens: Scotus infert; necessario esse duplicem habitum in intellectu nostro ex eo præcise, quod cognitio non sit propter specularem simpliciter, sed etiam aliquo modo propter operari, atqui hoc non posset inferre, si non esset noba difficultas in operando: ergo supponit, necessario esse nobam difficultatem in operando. Probatur minor: si non esset necessario noba difficultas in operando, sufficeret unus habitus: ergo non posset inferre: necessario esse duplicem habitum, si non esset noba difficultas in operando.

Impugnatur secundo: respectu cognitionis, quæ aliquo modo est propter operari, concedit Scotus in intellectu nostro habitum particularem, ex particularibus actibus genitum: ergo respectu cognitionis, quæ est operativa, seu fabricativa instrumentorum Logicallium, debet concedi iuxta Scotum in intellectu nostro habitus particularis, ex particularibus actibus genitus: ergo supponit difficultatem in operando; quia ubi nulla est difficultas, nullus est habitus acquisitus: er-

23  
Respond.  
Pontius.

24  
Impugnatur  
Solutio  
Pontij.

25  
Imp. 2.



go nulla est Pontij Solutio.

Impugnatur tertio: si respectu cognitionis fabricativæ instrumentorum Logicalium non concedit Pontius in intellectu nostro habitum particularem, ex particularibus actibus genitum. falsa omnino est Scoti propositio, in nostra probatione allata; sed hoc non dicit Pontius: ergo stando principijs Scoti, negare non debet habitum particularem Logicæ vrentis, ex particularibus actibus genitum. Probatum maior: in nulla arte intellectuali concedit Pontius habitum vrentem realiter distinctum à docente ut fatetur *disput. cit. & expressè in Addition §. Quod autem ait, & in margine*: ergo vera est supra posita maior.

Aliter contra Pontium formatur impugnatio. Illa Scoti propositio, scilicet, *ubi cognitio aliquorum non est propter, &c.* in aliqua cognitione, quæ sit aliquo modo propter operari, debet esse vera iuxta Pontium. Nunc contra ipsum. In quacunque cognitione sit vera, vera etiam debet esse incognitione fabricativa instrumentorum Logicalium propter eandem rationem. Hoc apud Pontium est ita verum, vt

eodem modo iudicet de vna, ac de omnibus; si quidem de cognitione operativa, vel factiva omnium artium intellectualium idem facit iudicium, vt dixi *num. precedenti*: ergo contra Scotum procedit in sua opinione. Hæc ex Scoto sufficient, & ad rationes pergo.

§. III.

*Probatum conclusio destruendo fundamentum omnium adversariorum.*

EX dictis §. *Preced. apparet*, quod fundamentum Pontij ad tollendam distinctionem realem inter habitum Logicæ docentis, & habitum Logicæ vrentis, est, quia nulla est necessitas multiplicandi hos duos habitus, & consequenter idem habitus Logicæ docentis potest vtriusque munus sabbire; nam eo ipso, quo cognoscimus, quomodo syllogismus in quocunque modo, & figura fieri debeat, quod est munus Logicæ docentis, facilitamur ad conficiendum syllogismum in quocunque modo, & figura, & in quacunque materia, cognita natura materiæ. Sic Pontius in *præf. num. 59. & hac doc-*

28  
Fundamentum adversariorum.

26  
Imp. 3.

27  
Aliter format. impugn.

*trina vitur in seqq. & in Addition §. sed vt præfius.*

29

Cæterum quia hoc Pontij fundamentum est etiam, non solum Scoticarum, quos ipse sequitur; sed etiam omnium, qui extra Scholam Scoti nobis adversantur; contra omnes procedendum est in hoc §. *Illorum fundamentum destruendo.*

30

*Proba-  
tur con-  
clusio  
destruen-  
do dictū  
fundamē-  
tum qua-  
dam ex-  
perien-  
tia.*

Probatum itaque primo conclusio, dictum fundamētum destruendo hac prima experientia: stante exactissima cognitione præceptorum Logicalium; deficiente verò eorum usu, manet in Tyronibus difficultas ad illis utendum; & è contra, stante frequenti usu illorum præceptorum generatur in Tyronibus facilitas ad illis utendum; ergo stante exactissima cognitione præceptorum Logicalium, quod est munus Logicæ docentis; est adhuc necessitas multiplicandi habitum Logicæ utentis, ad tollendam difficultatem circa usum illorum. Consequentia est legitima. Antecedens verò est ita certum, vt id ipsa nos experientia docuit.

31

Ad hoc argumentum, quod est immediate oppositum fundamento contrariorum, aliter Pontius pro se, & Scoticis respondet, & ali-

tèr respondent Authores, qui extra Scholam Scoti nobis adversantur. Contra hos primo, & postea contra Pontium.

Ad probationem igitur de Tyronibus respondet Ioannes à S. Thom. difficultatem illam in Tyronibus ad utendum regulis Logicalibus, tolli exercitio syllogizandi, non per generationem nobi habitus; sed per solā impedimenti remotionem; sicut in Citharedo, in quo post apprehensionem artis, difficultas applicandi digitos instrumento, paulatim tollitur exercitio, non per generationem nobi habitus, sed per impedimenti ablationē, quod erat in digitorum nervis.

Impugnatur primo hæc solutio: solutio ista opponitur suæ doctrinæ: ergo ruit. Probatum antecedens: solutio ista concedit, quod negat sua doctrina: ergo opponitur suæ doctrinæ. Probatum antecedens: solutio ista concedit: quod post apprehensionem præceptorum Logicorum, & appositionem materiæ, adhuc manet difficultas (sivè tollatur paulatim exercitio, vt ipsa solutio fatetur; sivè tollatur perhibitum, vt nostra probatio intendit) atqui hoc negat sua doctrina, vt ex ipsa apparet;   
quia

32

*Respond.  
Ioanes à  
S. Thom.*

33

*Imp. I.*

quia tenet : quod cognitio regulis Logicæ, & apposita materia, nulla est difficultas: ergo solutio ista concedit, quod negat seæ doctrina.

Impugnatur secundo: illa difficultas; quæ iuxta hanc solutionem manet, debet tolli per habitum: ergo ruit solutio. Probatur antecedens: facilitas tollens illam difficultatem est habitus: ergo illa difficultas debet tolli per habitum. Probatur antecedens; & si facilitas ad operandum in membris externis non sit proprie habitus, vt contra experientiam Scriptorum, Pictorum, & Citharedorum sustinent aliqui; tamen facilitas ad operandum in intellectu, & voluntate importat habitum, vt ex Scoto diximus *num. 22.* & est magis recepta sententia adhuc extra Scolam Scoti: ergo facilitas tollens illam difficultatem est habitus. Et per hoc patet ad paritatem de Citharedo, in quo fundabatur solutio.

Impugnatur tertio dicta solutio: per tẽ ad difficultatem illam tollendam, sola sufficit impedimenti remotio: ergo ad quamlibet difficultatem tollendam, sufficiet sola Impedimenti remotio: ergo ad faciliter operandum, in nulla potentia esset

habitus constituendus, quod est contra omnes: ruit ergo solutio.

Impugnatur quarto: quia difficultas ad vtendum regulis Logicalibus tollitur per exercitium syllogizandi iuxta solutionem; sed ex hoc exercitio generatur nobis habitus Logicæ vtentis: ergo difficultas tollitur per generationem nobis habitus Logicæ vtentis. Probatur minor primo: difficultas ad docendum regulas Logicalles tollitur per exercitium docendi; sed ex hoc exercitio generatur nobis habitus Logicæ docentis: ergo etiam ex exercitio syllogizandi generatur nobis habitus Logicæ vtentis. Secundo: habitus generatur ex frequentatione actuum; sed exercitium syllogizandi est frequentatio actuum syllogizandi, qui sunt actus Logicæ vtentis: ergo ex exercitio syllogizandi generatur habitus Logicæ vtentis.

Impugnatur quinto: difficultas ad vtendum regulis Logicalibus tollitur exercitio syllogizandi iuxta solutionem: ergo non tollitur per habitum Logicæ docentis: ergo per aliquid ad eo realitè distinctum; atqui hoc nobis sufficit, vt habitus Logicæ docentis non deserviat

36  
Quarto37  
Quinto.34  
Secund.35  
Tertio.

ad tollendam difficultatem, quæ est in intellectu ad utendum regulis Logicalibus; hoc enim est nostrum intentum principale: ergo si vè tollatur per exercitium syllogizandi, si vè per habitum ex ipso generatum, solutio non impedit intentum nostrum.

Impugnatur denique: nam semel concesso, vt concedit solutio, actus Logicæ vtentis generare quandam facilitatem, restat solum de nomine quæstio; an, scilicet, facilitas de nobo genita ex actibus Logicæ vtentis, sit habitus, vel dispositio? In qua certe meliorem partem habemus; potius enim habitus, quam dispositio, debet appellari, paritate desumpta ex omnibus alijs facilitatibus, & ex facilitate ipsius Logicæ docentis, quæ habitus, & non dispositio, nominatur. Et denique quando dispositio nominetur, nobis sufficit, quod ex actibus Logicæ vtentis generatur noba qualitas, reddens intellectum promptum, & expeditum ad diffiniendum, dividendum, syllogizandum, &c.

Respondet Rubius: quod ipsa Logica docēs perficitur per exercitium faciendi syllogismos; non vt scientia; sed vt ars. Cæterum hæc solutio in pluribus deficit, &

ideo contra primo: quia per secundam regulam ante predicamentalem diversorum generum, & non subalternarum positorem diversæ sunt species, & differentia; sed scientia, & ars diversa genera constituunt: ergo diversas species, & differentias habent. Contra secundo: implicat, eundem habitum esse simul scientiam, & non scientiam, vt diximus quæst. præced. §. 18. numer. 212. & seqq.

Dices: quod Logica secundum diversas rationes potest esse scientia, & ars. Sed ultra hoc, quod hoc est falsum ex distis numer. anted. refutatur: implicat, quod aliquid inferius per diversas rationes contrahatur ad esse generis superioris; sed Logica est inferior ad scientiam, & artem: ergo implicat, quod Logica per rationes docentis, & vtentis contrahatur ad esse scientiam, vel artem: ergo debemus dicere, Logicam docentem, & vtentem importare diversos essentialiter habitus, sub diversis generibus collocatos, scientiæ, scilicet, & artis. Maior patet: nam implicat, quod animal, quod est inferius ad corpus, & vivens, per diversas rationes, nempe, rationalitatem, & irrationali-

Cont. 2.

40

Dices.  
Refutat.

38

Impugn.  
denique.

39

Respōd.  
Rubius.  
cont. 1.

ta-



tatē, contrahatur ad esse corporis, vel viventis. Minor, & consequentia tenent.

41

*Retorq.  
contra  
Rubium.*

Retorqueo etiam contra Rubium: habitus Logicæ docentis perficitur per exercitium faciendi syllogismos, non, ut scientia, sed ut ars: ergo etiam actus Logicæ docentis perficietur per exercitium faciendi syllogismos, non, ut scientia, sed ut ars: ergo nec actus Logicæ utentis erit realitèr distinctus ab actu Logicæ docentis, quod est contra Rubium.

42

*Respōd.  
Pontius.*

Pontius verò *num. 64.* negat antecedens, nec experientia vlla Tyronum illud probari potest; si enim isti, cognito quomodo syllogismus sit faciendus, sentiant difficultatem in eo conficiendo, id oritur ex eo, quod non cognoscant materiam, in qua volunt syllogismum conficere, vel etiam ex eo, quod non perfecte cognoscant, quomodo syllogismus sit conficiendus; quia quamvis sciant bene regulam memoritèr, secundum quam confici debet; tamen non sæpè bene intelligunt illam, & ideo mirum non est, ut difficultatem sentiant in ea applicanda, ac conficiendo syllogismo.

43

*Explicat.*

Hæc Pontij solutio, &

negat in Tyronibus difficultatem ad utendum regulis Logicalibus, & hac supposita, vel data, ad duplicem causam reducit difficultatem, quam habent Tyrones ad syllogismum conficiendum. Prima est ad non cognitionem materiæ, in qua conficere volunt syllogismum. Secunda est ad cognitionem non perfectam Logicæ docentis, seu quomodo syllogismus est faciendus.

Hæc tamen solutio à nullo potius, quam à Tyronibus, impugnari debebat; ipsi enim ore pleno clamare valent, difficultatem habere ad syllogismos conficiendos post cognitionem exactam regularum, & hanc difficultatem vnice oriri ex non frequenti vsu syllogizandi, sicut experiuntur, facilitatem in syllogizando habere per talem frequentem vsu, sed ultra hoc, quod mihi certum videtur, & valde voluntaria solutio Pontij.

Impugnatur prima pars solutionis Pontij primo: postquam intellectus est de nobis instructus habitu Logicæ docentis, diffinit, & dividit, &c. non expeditè, & promptè: ergo cum aliqua difficultate: ergo hæc nequit negari: ergo pro hac parte est

*tur solutio  
Pontij.*

44

*Solutio  
videtur  
contra  
experientiam.*

45

est nulla Pontij solutio. Totum patet in Tyronibus, quin ab aliquo possit negari. Undè aliud est, non esse in Tyronibus difficultatem ad videndum regulis Logicalibus, & aliud requiri habitum Logicæ vtentis, realitèr distinctum à docente, vt illis utatur. Secundum disputatur; primum verò debet supponi ob experientiam in Tyronibus repertam: ergo absque fundamento, & contra experientiam negat Pontius antecedens.

46  
Eadem  
pars so-  
lutionis  
impugna-  
tur n. 2.

Eadem pars solutionis Pontij impugnatur secundo: stat in Tyronibus difficultas, ad conficiendum syllogismum in hac, vel illa figura ante frequentationem illorum actuum: ergo ruit solutio Pontij. Probatur antecedens: & si Tyrones optimè sciunt, quod in conficiendis syllogismis in prima figura, terminus medius debet esse subiectum in maiori, & in minori prædicatum, tamen ante exercitium difficultatem habent in illis conficiendis: ergo stat in Tyronibus difficultas, &c. Totum apparet ex eo, quod per frequentationem illorum actuum promptè, & faciliter comiciunt prædictos syllogismos, quod ante frequentationem non faciunt.

Secunda pars solutionis Pontij tripliciter manet impugnata per dicta numer. 6. eamquè impugnabimus numer. 130. & ultra etiam impugnatur: difficultas in Tyronibus ad conficiendum syllogismum in hoc, vel illo modo, aut figura, non oritur ex non cognitione materiæ, in qua conficitur: ergo ruit ex hac parte solutio. Probatur antecedens: cognitio materiæ, in qua fit syllogismus, nec concurrir, nec concurrere valet ad formam syllogisticam exequendam; vt ex se patet, & ex dicendis patebit: ergo difficultas in Tyronibus ad conficiendum syllogismum in hoc, vel illo modo, aut figura, non oritur ex non cognitione materiæ, in qua conficitur.

Tertia pars solutionis Pontij impugnatur: hæc tertia solutio Pontij est contra id, quod in argumento supponimus, & ipse etiam supponit: ergo est nulla. Probatur antecedens: in argumento supponimus Tyrones cum exactissima cognitione præceptorum Logicalium, vt ex ipso claret, & idem supponit Pontius num. 64. vbi hoc argumentum sibi obiecit his verbis: *Aliquis cognoscens optimè, quomodo syllo-*

47  
Secunda  
pars so-  
lutionis  
triplici-  
tèr est  
impugna-  
ta n. 6.  
& ultra  
impugna-  
tur.

48  
Imp. 3.  
solution,  
pars.

*gismus sit conficiendus*, vbi notandum est *ly optimè*; atqui solutio est contra hoc, quia vt ex ipsa conitat, reducit difficultatem Tyronum in conficiendo syllogismo ad cognitionem non perfectam præceptorum Logicalium: ergo solutio Pontij est contra id, quod in argumento supponimus, & ipse etiam supponit.

Probatur secundo experientia Provectorum, & simul impugnatur tota Pontij solutio: nam optimus Philosophus, vel Methaphisicus promptè, & expedite argumenta conficit ex frequenti vsu syllogizandi, quin ita promptè, & expedite det regulas Logicæ, & summarum: ergo itante perfectissimo vsu regularum Logicalium, quod est munus Logicæ vtentis, est necessitas augendi habitum Logicæ docentis, vt ita promptè, & expedite illas regulas cognoscat: ergo realitèr isti habitus distinguntur.

Vtraque consequentia infertur, & optimè; nam prima ex antecedenti, & secunda ex prima sequitur; alioquin idem realitèr habitus possit intendi, & non intendi, quod implicat. Antecedens verò est experientia manifesta, nam si

optimus Philosophus, vel Methaphisicus interrogetur de regulis Logicæ, & summarum, non ita promptè respõdebit vt promptè conficit syllogismos, seu magis promptè conficiet syllogismos, quam regulas dabit, vt conficiantur. De quo loquatur Proveci.

Ad hanc probationem, & simul impugnationem doctrinæ Pontij, ex experientia Provectorum deducam, respondet Pontius in Additione §. *Tamen ni fallor*, ipsam negando (sicut, & experientiam de Tyronibus negavit) hoc nitendo fundamento: optimus ille Philosophus, qui promptè, & expedite argumenta conficit, quin distincte, & exacte recordetur præceptorum Logicæ, vel scit, quando recte conficiendus est syllogismus; vel non? Si secundum: ergo non est optimus Philosophus. Si primum: ergo recordatur Logicæ docētis, habetque habitum eius consequentèrque superfluit vtens.

Ceterum hæc Pontij responsio non est ad rem, quia nos in impugnatione, quam facimus contra Pontium, non negamus, quod ille Philosophus habeat habitum Logicæ docentis, sed quod supponimus, & affirmamus,

51  
Respond  
Pontius,  
& repli-  
cat.

52  
Respon-  
sio Ponc.  
non est  
ad pro-  
positum.

49  
Prob. 2.  
alia ex-  
perien-  
tia, & to-  
ta Pontij  
solutio  
impugna-  
tur.

50  
Constat  
probatio  
experien-  
tia Pro-  
vectorū.

est, quod non habeat talem habitum ita intensum, vt tam promptè possit regulas dare, ac promptè conficiat syllogismos. Seu quod dicimus, est: quod ille Philosophus magis promptè conficiet syllogismos, quam regulas dabit ad illos conficiendos, & hæc est experientia, quæ (quidquid dicat Pontius) videtur in Proiectis, nec illam negaret, si ab argumento, vt à nobis proposito, difficultatem non fugeret.

Vndè ad fundamentum, quo nititur, respondeo concedendo primam partem quæsitæ, & distinguo consequens: ergo recordatur Logicæ docentis tam exacte, vt ita promptè, det regulas, ac conficit syllogismos nego consequentiam; vt non ita promptè det regulas, ac conficit syllogismos concedo consequentiam. Et hæc est manifesta experientia, quam ipse Pontius in se ipso multoties experiretur, & de quo, re bene inspecta, dicant Proiecti.

Pontius denique, licet aliqua alia circa hoc in præsententi adducat, nihil tamen contra hanc nostram doctrinam deservire valet. Ego autem contra ipsum de nobis insurgo: cum identitate ha-

bitus docentis, & vtentis implicat, aliquem maiori facilitate vtî regulis, quam ipsas dare, & è contra: dare regulas maiori facilitate, quàm illis vtî; nam cum tali identitate implicat vnus intensio, sine intensio alterius; atqui secundum experitur in Tyronibus ex dictis num. 30. & Primum in Proiectis ex modo dictis: ergo experientia constat: illos habitus esse realitèr distinctos.

Probaturo tertio alia Tyronum experientia: multoties evenit in Tyronibus, quod aliqui eorum optimè sciant regulas summularum, & Logicalia præcepta, & tamen in conficiendis syllogismis sint inexperiti, & inexercitati: ergo in his reperitur habitus Logicæ docentis sine habitu Logicæ vtentis: ergo isti habitus realitèr distinguuntur; quia quando cunque vnum potest existerè sine alio, absque dubio distinguitur realitèr ab illo. Hæc experientia est manifesta, & adhuc potest extendi ad omnes Tyrones, eo, quod prius acquiritur habitus Logicæ docentis, qui ex auditu Magistri, & studio regularum acquiritur, quam habitus Logicæ vtentis, qui ex actuali vtu, & exercitio illarum acquiritur. Quid ad

hanc

53  
Respōd.  
ad repli-  
cam Pontij.

54  
Amplius  
impugna-  
tur doc-  
trina  
Pontij.

55  
Prob. 3.  
alia ex-  
perient.



hanc claram experientiam possit Pontius respondere, nescio, & ad alias rationes pergo.

## §. IV.

*Alijs validissimis rationibus firmatur conclusio.*

56  
*Prima ratio conclusio.*

**P**rima, & validissima ratio est hæc: actus Logicæ vtentis multiplicati generant aliquem habitum, quia ex Scoto a nobis cit. num. 15. ex omni actu voluntatis. vel intellectus potest generari habitus, promptitudo, vel facilitas; sed non habitum Logicæ docentis, nec habitum alterius cuiuscunque scientiæ: ergo generant habitum Logicæ vtentis. Maior est certa: nam habitus adquisitus (de quo loquimur) generatur ex repetitione plurimum actuum ex dictis n. 12. Minor verò probatur: actus non scientifici nequeunt generare habitum scientificum; sed actus Logicæ vtentis non sunt scientifici; & tam habitus Logicæ docentis, quam habitus alterius cuiuscunque scientiæ est scientificus: ergo actus Logicæ vtentis multiplicati nec habitum Logicæ docentis, nec habitum cuiuscunque alterius scientiæ possunt generare.

Hæc est ratio, quæ in principijs valde solidis fundatur. Primo: in divisione Logicæ in docentem, & vtentem. Secundo: in analogia, seu similitudine artium, à quo desumpta fuit hæc divisio. Tertia in eo, quod Logica vtens, sicut, & docens, est proprie Logica. Quarto, in eo, quod sicut Logica docens dividitur in actualem, & habitualem; ita & vtens. Et quinto denique in divisione Logicæ vtentis in activam, & passivam. Ex quibus omnibus potest confirmari nostra prædicta ratio; nam si actus Logicæ vtentis multiplicati non generarent habitum distinctum realiter ab habitu Logicæ docentis, & alterius cuiuscunque scientiæ, omnia illa essent falsa, contra dicta num. 3. 4. 5. 11. & 18. in quibus vt vera supposita manent.

Secunda ratio est hæc: non augetur habitus Logicæ docentis per actus Logicæ vtentis: ergo non est idem habitus vtriusque. Probatur consequentia: quia si esset idem habitus, deberet auferri; nam omnis habitus augetur per suos actus; sed per tẽ habitus Logicæ docentis non augetur per actus Logicæ vtentis: ergo non est idem habitus vtriusque. Hæc ratio

57  
*Fundamenta quibus nititur ratio alata.*

58  
*Secunda ratio conclusio.*

sub hac forma est proposita à Pontio *num. 62.* & sub eadem forma illam propono, ad evitandum litigium, quod super formationem habet cum Mastro Pontius in Additione §. *Subiungit Mastro.*

Respondet Pontius *num. 63.* concedo antecedens, scilicet, per actus Logicæ vrentis non augeri habitum Logicæ docentis, & negat consequentiam cum sua probatione; quia non debet habitus augeri per actus alios, quam per illos, qui ab ipso met eliciuntur; confectio autem syllogismi non fit ab habitu Logicæ docentis elicitive, sed regulative, & directive; negat tamen, hoc concessio, esse habitus distinctos, quia habitus Logicæ docentis augetur per actum ipsius Logicæ; qui simul habetur cum ista confectio, quocies confectio fit artificialiter, nimirum, per cognitionem, qua cognoscitur, qua ratione ista confectio fieri debet.

Reijcitur solutio Pontij: iuxta Pontium actus Logicæ vrentis procedunt ab habitu Logicæ docentis directive tantum, seu regulative; non verò elicitive: ergo ab aliquo alio habitu procedunt elicitive, seu phisice; nam

ab aliquo habitu saltem in viro provento, phisice, & elicitive provenire debent. Quæro nunc à Pontio: à quo habitu procedunt? Si ab habitu Logicæ docentis: ergo ipsum augebunt, quod negat Pontius. Si ab alio: ergo hic erit habitus Logicæ vrentis: ergo ruit quomodo-cumque solutio.

Respondet Pontius in Additione §. *Contra responsum*, quod actus Logicæ vrentis procedunt elicitive ab habitu illius scientiæ in qua fit syllogismus, v. g. ab habitu Phisico, si in phisica fiat, & à Methaphisico, si in Methaphisica. Hæc est doctrina Pontij, & in qua certe maximè fidit, & ideo eam repetit pluries, & etiam in Additione §. *Sed contra*; sed ultra hoc, quod contra ipsam stant omnia vusque dicta, & stabunt dicenda.

Refutatur primo: actus Logicæ vrentis procedunt elicitive iuxta Pontium ab habitu illius materiæ, in qua fit syllogismus: ergo si fiat syllogismus in materia Logicali, procedent ab habitu Logicali; atqui nō ab habitu docente; alioquin ipsum augebunt, quod negat Pontius: ergo ab habitu Logicæ vrentis: ruit ergo solutio, in qua maximè fidit Pontius.

59  
Espod.  
Pontius.

61  
Respond.  
Pontius.

62  
Refut. I.  
ad hominem  
contra Pont.

60  
Reijcitur  
Pontij  
solutio.

Re-

63  
*Refut. 2.  
 etiam ad  
 hominõ.*

Refutatur secundo etiã ad hominem contra Pontium: actus Logicæ vtentis non procedunt elicitive ab habitu illius scientiæ, in qua fit syllogismus: ergo nulla est Pontij doctrina. Probatur antecedens: actus Logicæ vtentis, facti in materia Logicali, non procedunt elicitive ab habitu istius scientiæ, in qua fit syllogismus iuxta Pontium; asserit namquẽ, solum directive, seu regulative procedere ab habitu Logicæ docentis, quæ est scientia Logicalis: ergo actus Logicæ vtentis non procedunt elicitive ab habitu illius scientiæ, in qua fit syllogismus.

64  
*Refut. 3.  
 Quarto.*

Refutatur tertio; applicatio regularum Logicalium ad materiam physicam, v. g. nullo modo attinet ad Philosophicam: ergo nequit ab habitu illius provenire. Quarto: Logicalis vtens non fit scientia, cui applicatur: ergo actus Logicæ vtentis non procedunt ab habitu illius scientiæ, cui applicatur. Probatur antecedens primo: Logicalis vtens applicata scientiæ Logicali non fit scientia Logicalis: ergo non fit scientia, cui applicatur. Secundo: instrumentum non fit res, cuius est instrumentum; sed Logicalis vtens est instrumentum scientiæ, cui applicatur: ergo

non fit scientia, cui applicatur.

65  
*Refut. 5.*

Refutatur quinto: alia scientiæ vtuntur Logicalis vtente, seu Logicalis vtens de servit omnibus scientijs ex dictis num. 7. & seqq. ergo Logicalis vtens manet secundum suum esse essentialiter ergo, & distincta essentialiter ab omnibus. Sexto: quia hac ratione probatur, & probat ipse Pontius quæst. 7. numer. 75. Logicalis vtentem non esse scientiam: ergo idẽ, quod antea. Septimo: nam licet actus Logicæ vtentis procedant elicitive ab habitu illius scientiæ, cui applicatur, quo ad materiam; non verò quo ad formam syllogisticam; ergo cum hæc sit Logicalis vtens, realitèr distinguitur ab habitu cuiuslibet alterius scientiæ.

66  
*Refut. 8.*

Octavo refutatur: potest quis acquirere facilitatem conficiendi syllogismum in Barbara, quin hæc facilitas sit habitus alicuius scientiæ determinatæ; sed facilitas conficiendi syllogismum, est Logicalis vtens habitualis: ergo habitus Logicæ vtentis distinctus est ab habitibus aliarum scientiarum, in quarum materia conficiuntur. Probatur maior. Siquis conficiat syllogismum in Barbara semel in materia Physica

semel in Methaphisica, semel in Theologia, & semel in qualibet aliarum scientiarum, acquireret facilitatem conficiendi syllogisum in *Barbaras*; sed hæc facilitas neque erit habitus Phisicæ, neque Methaphisicæ, neque Theologicæ, neque alterius cuiuslibet scientiæ, quia facilitas, non ex vno actu, sed ex pluribus adquiritur, vt definiendo habitum, diximus *num. 22.* ergo potest quis, &c.

Refutatur nono: posito exercitio frequenti, seu frequenti vsu regularum Logicalium, tollitur difficultas syllogizandi; & non posito tali exercitio, seu vsu, remanet difficultas, vt constat experientia: ergo supposita Logica docente, & cognitione materiæ, v. g. Phisicæ, & non posito prædicto exercitio, seu vsu, remanet difficultas syllogizandi: ergo actus syllogizandi, qui est actus Logicæ vtentis, non provenit ab illa scientia Phisica: ergo provenit ab habitu Logicæ vtentis, generati ex prædicto frequenti exercitio; seu vsu.

Refutatur dezimo: supposita Logica docente, & cognitione materiæ, v. g. Phisicæ, & deficiente applicatione regularum Logicalium ad materiam Phisicam,

remanet difficultas talis applicationis: ergo hæc difficultas non tollitur per illam Phisicam scientiam; ergo talis applicatio regularum Logicalium ad materiam Phisicam non provenit ab illa Phisica scientia. Atqui talis applicatio est actus Logicæ vtentis ergo actus Logicæ vtentis non proveniunt ab illa scientia: ergo ab habitu Logicæ vtentis, generato ex frequenti applicatione, oriuntur.

Refutatur vndezimo: nam ex prædicta Pontij solutione sequitur primo: quod Logica vtens non sit proprie Logica, cuius oppositum docuimus *num. 5.* & tripliciter probavimus *numer. 6.* Secundo: quod Logica vtens, quæ proprie Logica est, non sit ita extensa, ac Logica docens, quæ proprie Logica est, quod est contra ipsum Pontium *num. 52.* & à nobis cum ipso probatum manet *num. 8. & seqq.* Omitto alia, quia sat est pro impugnatione solutionis Pontij.

Quidam Scotista prævidit nostram octavam refutationem positam *num. 66.* & ad ipsam respondet negando consequentiam; licet enim prædicta facilitas non sit solum habitus Philosophiæ, nec solum Methaphisicæ, nec so-

67

Refut. 9.

69

Ref. 11.

68

Ref. 10.

70

Respōd.  
quidam  
Scotist.



solum Theologiæ; non tamen inde inferitur, esse alium, ab his omnibus distinctum. Sed ait, esse omnes istos habitus coniunctim, qui etiam si non faciant unum habitum per se; omnes tamen per modum unius concurrunt ad hoc ut intellectus facilius conficiat syllogismum in *Barbara*, ac conficeret, si vnicus tantum habitus esset in illo; non secus, ac à pluribus lucernis eiusdem claritatis simul applicatis magis intense illuminaretur dya-phanum, quam illuminaretur ab vnica tantum, non obstante, quod prædictæ lucernæ non faciant unum per se.

Sed hæc responsio facillime refutatur: nam à causis diversis in specie, & non subordinatis, nequit produci idem effectus in specie; sed habitus productus ex frequentatione actuum in illis scientijs est vnus, & idem in specie; scientiæ autem illæ sunt diversæ in specie, non subordinatæ: ergo nequit ab illis produci. Maior, in qua poterat esse difficultas, est commune axioma, de quo in tom. de axiomatibus *litt. G. axiom. 17. num. 3.* Et per hoc patet disparitas ad lucernas, quia istæ sunt eiusdem speciei, ob quod possunt si-

mul sumptæ producere effectum intensiorem.

Imò ex paritate ipsa retorqueo contra scotistam primo: plures lucernæ simul applicatæ producunt eundem effectum in specie, & numero: ergo plures illæ scientiæ producent eundem habitum in specie, & numero: ergo idem specificus, & numericus habitus erit Philosophicus, Methaphisicus, & omnium aliarum scientiarum; quo certe nihil absurdus. Secundo: illæ lucernæ sunt causæ partiales eiusdem speciei: ergo illæ scientiæ sunt causæ partiales eiusdem speciei? Mala consequentia; alioquin illarum obiecta non distinguerentur specie, nec ipsæ scientiæ, quod est plusquam falsum. Nulla igitur est solutio illius Scotistæ.

Tertia conclusionis ratio est: actus Logicæ docentis, & utentis sunt specie distincti: ergo habitus, ex quo procedit vnus, non potest esse idem realiter cum eo, à quo procedit alter; quia habitus specificantur ab actibus, hoc est, ex diversitate specifica actuum colligitur diversitas specifica habituum.

Respondet Pontius *numer. 65.* negando consequentiam, quia actus specie diversi possunt provenire ab

vno

72.

75

negandum

71

Refutat.  
Scotistæ  
respons.

73

Tert. ratio  
conclusionis.

74

Respond.  
Pontius.

uno habitu, præsertim, quando vnus ex ipsis procedit ab habitu elicitive, & alter directive, vt fit in proposito, & patet in actibus omnium virtutum moralium, qui procedunt ab habitu Prudentiæ; cum tamen distinguantur specie ab actibus elicitis ipsius met Prudentiæ. Vnde ad probationem consequentiæ respondet; habitus specificari ad summum ab actibus elicitis; non verò ab imperatis, seu ab his, qui directive tantum, seu regulative ab ipso procedunt.

Impugnatur: ergo actus specie diversi nequeunt provenire elicitive ab eodem habitu. Atqui actus Logicæ docentis, & vrentis sunt specie diversi: ergo nequeunt ab eodem habitu elicitive provenire: ergo actus Logicæ vrentis nequeunt elicitive provenire ab habitu Logicæ docentis: ergo ab alio habitu: ergo ab habitu Logicæ vrentis. Confirmatur exemplo, à Pontio tradito: nam actus temperantiæ, & prudentiæ, v. g. licet ab eodem habitu procedant, vnus phisice, & alter regulative tantum; tamen phisice, seu elicitive procedunt à diversis habitibus: ergo similiter in præsentī: ergo contra Pontium est exem-

plum à se, & pro se adductum.

Respondet Pontius in Additione §. *Sed contra*: actus Logicæ vrentis elicitive non procedere ab aliqua Logica (exceptis his, qui fiunt in materia Logicali) sed solum ab scientiâ, in cuius materia fiunt illi actus. Hæc Pontij solutio, quæ est, vt dixi, tota eius doctrina, est eadem ipsissima, cum posita *numer. 61.* & impugnata latissimè manet per dicta à *numer. 62. vsque ad 69.* videantur ibi.

§. V.

*Probatur conclusio paritatibus.*

**M**Astius in præsentī probat conclusionem paritatibus deductis ex alijs artibus intellectualibus, v. g. Medicina, Grammatica, & Rhetorica, & sic format: nam quælibet ex his dividitur in docentem, & vrentem; sic enim Medicina dividitur in docentem, & vrentem, & similiter Grammatica, & Rhetorica; atqui in his facultas docens realiter ab vrente distinguitur: ergo similiter in Logica, quæ est facultas intellectualis.

Probatur minor: Medicina docens est habitus tra-

76

*Respōd.*  
*Pontius.*

*Impugn.*

75

*Impugn.*

*Confirm.*

77

*Probat.*  
*conclusio*  
*aliqui-*  
*bus pari-*  
*tatibus.*

78

*Probat.*  
*minor.*

dens regulas, & præcepta medendi, & hæc dici solet Theorica; vtens est habitus, qui acquiritur ex actuali vsu Medicinæ docentis, & hæc solet dici Practica. Grammatica docens est habitus tradens regulas ad rectè loquendum; vtens est habitus, qui acquiritur ex actuali vsu Grammaticæ docentis. Et Rhetorica docens est habitus tradens regulas ad ornate loquendum; vtens est habitus, qui acquiritur ex actuali vsu Rhetoricæ docentis; atqui isti habitus docentes, & vtentes realitèr distinguuntur: ergo in Medicina, Grammatica, & Rhetorica facultas docens realitèr distinguitur ab vtente.

Ad has simul paritates respondet Pontius in Additione §. *Quod autem ait*: Constantèr negando, in his facultatibus esse diversos habitus, quorum vnus doceat, quomodo Medicina faciendâ sit, & applicanda, & alter inclinet, ad eam faciendam, & applicandam, idemque negat de Grammatica, & Rhetorica. Vnde id ipsum, quod de Logica asserit, tenet de facultatibus prædictis, quia vniuersalitèr defendit: nullam artem intellectualem includere duos habitus reali-

tèr distinctos, quorum vnus sit docens, & alter vtens. Quare ex paritate itarum artium nihil contra Pontium de novo vincitur. Ad alias igitur pergo.

Probatu'r itaque conclusio alijs paritatibus: in arte Pictoria, Scriptoria, Psalteria, & alijs, reperitur duplex habitus realitèr distinctus; vnus docens, qui inclinat ad cognoscendum, quo modo pingendum, scribendum, & psalterandum sit; & alter vtens, qui inclinat ad pingendum, scribendum, & psalterandum: ergo idem dicendum de arte Logica.

Respondet Pontius in præf. num. 61. negando consequentiam; quia in illis artibus non est eadem potentia sola, quæ cognoscit, quomodo actus illi sint faciendi, & quæ facit istos actus, vt patet; vnde plures habitus ponuntur, vnus ad determinandam vnâ potentiam, & alter ad alteram; secus autem in proposito, quia eadem est potentia, nimirum, intellectus, qui cognoscit, quomodo faciendus est syllogismus, & qui ipsum facit; nec habet difficultatem aliquam in confectione syllogismi, quando cognoscit, quomodo debeat fieri, præter difficultatem,

Bbb quæ

80  
Probat.

81  
Respōd.  
Pontius.

79  
Respōd.  
Pontius.

quæ oritur ex defectu cognitionis materiæ, quam difficultatem tollit scientia, in cuius materia fit syllogismus.

82

*Confirm  
Pontius.*

Imò, exemplis à nobis allatis confirmat Pontius suam solutionem; quia ex parte intellectus non ponitur alius habitus in arte pictoria, ad pingendum (idem est de cæteris) distinctus ab illo, quo determinatur ad cognoscendum, quomodo pingi debent: ergo neque ex parte intellectus poni debent duo habitus, quorum vnus determinet ad cognoscendum, quomodo syllogismus debeat fieri, & alter ad conficiendum syllogismum.

18

83

*Mastrius  
impugnât  
solutionē.*

Hanc Pontij solutionem impugnat Mastrius *disput. 1. Methaphisicæ num. 65.* hac ratione: hæc Pontij solutio adducit non causam pro causa: ergo est nulla. Probatur antecedens: causa multiplicationis habituum, vt ait Pontius, est diuersitas potentiarum; sed hoc est falsum: ergo Pontius in solutione adducit non causam pro causa. Probat Mastrius minorem 1. quia Medicina (& idem de Rectorica, & Grammatica) dividitur in docentem, & vrentem; sed est idem intellectus cognoscens regulas, & eas exequens; ergo diuersitas

potentiarum non est causa multiplicationis habituum.

Probat minorem 2. stante diuersitate potentiarum, quarum aliqua careret difficultate, esset tamen vnicus habitus: ergo non diuersitas potentiarum, sed diuersa difficultas est causa multiplicationis habituum. Consequens est legitima. Antecedens patet: nam in arte Psalteria vsus, & doctrina pertinent ad diuersas potentias; & si quis haberet membra naturalitèr ad psalterium valdè disposita, sufficeret illi habitus docens. Sic Mastrius (& si non hac formalitate) contra Pontium.

Pontius vero in Additione respondet: ego non cogitavi docere: rationem multiplicandi habitus in illis facultatibus esse, quod spectarent ad diuersas potentias, seclusa difficultate; nam vniuersalitèr ratio ponendi habitus adquisiti est difficultas aliqua; vnde si nulla esset difficultas, neque in cognoscendo, neque in conficiendo syllogismo, nullus habitus deberet poni, neque docens, neque vrens; sed intellectus se solo absque habitu sufficientèr determinaretur, & ad cognoscendum, quomodo fieri deberet, & ad ipsum conficiendum.

84

*Probat.  
minor 2.*

85

*Respond  
Pontius.*

Sed



86

*Prosequitur Pontius.*

Sed docui (prosequitur Pontius) rationem multiplicandi habitus in illis facultatibus esse, quia, cum spectarent ad diversas potentias, quarum quælibet sentiebat in actu suo difficultatem, habitus vnus non sufficeret ad tollendam difficultatem alterius; quare in altera alius habitus poni deberet.

87

*Idem prosequitur*

Itaque fateor (concludit Pontius) non esse diversas facultates præcisè, quæ arguerent diversos habitus, sed diversas difficultates; & propterea negabam, fuisse diversam difficultatem in conficiendo syllogismo, & in cognoscendo quomodo confici deberet præter difficultatem materiæ, quod non facit ad propositum; sed volui tamen, quod propterea esset diversa difficultas in illis alijs facultatibus, & non in Logica, quia illæ spectant ad diversas potentias, & propterea non erat necessarium, vt ablata difficultate vnus per vnum habitum, tolleretur difficultas alterius. Sic ad litteram Pontius.

88

*Impugnatio Mastrij contra Pontium non est ad propositum.*

Visis igitur Mastrij impugnatione (paritatibus de Medicina, Rhetorica, & Grammatica omisis, quia nihil ex his contra Pontium vt diximus num. 75.) & Pontij solutione, fateor ingenuè,

Pontium satisfacere; & Mastrium contra Pontium non bene arguere; quia licet evidenter convincat Mastrius intentum à se sumptum, non est ad propositum, quia Pontius non multiplicat habitus ob diversitatem potentiarum, sed ob diversitatem difficultatum, ideoque falsum est, quod in sua solutione adducat non causam pro causa. Quare revera deceptus fuit Mastrius in solutione Pontij, ob quod optimè dixit Pontius, dum in initio suæ solutionis dixit: *Verum ex hac doctrina videtur mihi colligi posse Mastrium, vel me, vel se ipsum non intellexisse.* Vnde relicta Mastrij impugnatione aliter est solutio Pontij impugnanda.

Impugnatur i. solutio Pontij: quod vsus, & doctrina in Logica pertineant ad eandem potentiam, nempe, ad intellectum, non tollit, quod habitus doctrinæ, & vsus, seu habitus Logicæ docentis, & vrentis realiter distinguantur: ergo nulla est Pontij solutio. Probatur antecedens: quod vsus, & doctrina in Logica pertineant ad eandem potentiam, nempe, ad intellectum, non tollit, quod actus doctrinæ, & vsus, seu actus Logicæ docentis, & vrentis realiter distinguantur.

89

*Impugnatio i. solutio Pontij.*

tur, vt dictum est *num. 13.* & *14.* & fatetur Pontius *num. 59.* ergo paritèr de habitibus.

Impugnatur 2. habitus pertinentes ad eandem potentiam realitèr distinguntur: ergo ruit Pontij solutio. Probat<sup>ur</sup> antecedens: habitus volendi, & nollendi pertinent ad eandem potētiam, nempe, ad voluntatem; sed hi habitus realitèr distinguntur: ergo habitus pertinentes ad eandem potentiam realitèr distinguntur. Maior, & consequentia tenent. Minor vero patet 1. quia tales habitus possunt separari 2. quia neque habitus volitionis potest inclinare ad nollitionem, neque habitus nollitionis ad volitionem.

Impugnatur 3. quod vsus, & doctrina in Logica pertineant ad eandem potētiam, non obest, vt doctrina possit existerè sine vsu: ergo vsus, & doctrina in Logica realitèr distinguntur. Consequentia legitima est: quia quando cunque vnum potest existerè sine alio, absque dubio distinguitur realitèr ab illo. Antecedens patet in Tyronibus, in quibus multoties evenit, quod aliqui eorum habeant Logicam decentem, & non vtentem; nam Logicales regulas sciunt quam optimè, &

in conficiendis syllogismis sunt inexperti, & sine aliquo exercitio, vt dixi §. 3. *numer. 55.*

Impugnatur 4. licèt vsus, & doctrina in Logica pertineant ad intellectum, si in intellectu sit duplex difficultas, duplex habitus est in eo ponendus; sed duplex difficultas est in intellectu: ergo duplex habitus ponendus est in eo. Maior est certa: quia ratio multiplicandi habitum est diversitas difficultatum, vt fatetur etiam Pontius. Probat<sup>ur</sup> minor: in intellectu, & est difficultas in cognoscendo præcepta logicalia, & his cognitis, habet difficultatem in vtendo illis præceptis: ergo duplex difficultas est in intellectu. Antecedens quod negat Pontius, Probatum manet Scoti ratione §. 2. & triplici experientia §. 3. & amplius adhuc probabitur infra.

Impugnatur 5. quod vsus, & doctrina in Logica, pertineant ad eandem potentiam, non tollit à Logica docente rationem scientiæ, neque à Logica vtente rationem artis: ergo neque tollit distinctionem realem vnius ab alia; quia scientia, & ars realitèr distinguntur 6. quod vsus, & doctrina in Logica pertineant ad eandem potentiam,

90  
Secund.

91  
Impugnatur  
§. 3.

92  
Quarto.

93  
Quinto.

Sexta.

non obest, vt habitus Logicæ docentis sit aliquando intensior habitu Logicæ vtentis, vt de Tyronibus diximus §. 3. num. 30. & 55. & quod aliquando habitus Logicæ vtentis sit intensior habitu Logicæ docentis, vt de Proiectis diximus §. citat. numer. 49. & 50. ergo nec obest, vt realitèr distinguatur; quia implicat, quod vnus sit intensior alio, si sunt realitèr idem. Omito alia plurima, quæ hic contra Pontium applicari valent.

Et ad confirmationem Pontij positam num. 79. respondeo negando consequentiam, cuius disparitas est valde notoria; nam in illis artibus, scilicet, Pictoria, Scriptoria, & Plaltatoria, & alijs similibus, non potest geminari habitus docens, & vtens in potentia intellectiva, quia vsus, & doctrina, directio, & executio non pertinent ad eandem potentiam, sed ad diversas; in Logica verò pertinent ad eandem potentiam, nempe, ad intellectum, & consequentèr in eo debent habitus multiplicari; nam vnitas, vel multitudo habituum non sumitur ex vnitate, vel diversitate potentie, sed ex vnitate, vel diversitate difficultatis, vt fatetur Pontius, & in quo

cum ipso convenimus, vt ex dictis in hoc §. apparet.

## §. VI.

*Alijs tandem rationibus ad hominem contra Pontium firmatur conclusio.*

**P**rima ratio ad hominem contra Pontium sic formatur: idem realitèr habitus nequit esse simul scientia, & non scientia; sed Logica docens est scientia, & non vtens; quia hæc est ars: ergo Logica docens, & vtens nequeunt esse idem realitèr habitus.

Respondet Pontius disput. citat. quæst. 7. numer. 73. distinguendo maiorem: idem realitèr habitus secundum eandem rationem nequit esse scientia, & non scientia concedo maiorem; secundum diversam rationem nego maiorem, & concessa minori, distinguet similiter consequens. Sic Pontius citat. & si non hac formalitate. Ait enim, quod idem habitus potest esse ars, & scientia. Dicitur scientia, quatenus inclinatur ad cognoscendum scientificè naturam alicuius in vniversali; & dicitur ars, quatenus inclinatur ad faciendum aliquid singulare; sic Logica quatenus respicit naturam syllogismi vt sic, dicitur scientia;

95  
Prima ratio ad hominẽ contra Pontium.

96  
Respondet Pontius.

94  
Ad confirmationem Pontij respondeo.

tia; & dicitur ars, quatenus facilitat, & inclinatur ad faciendum syllogismum aliquem particularem, hunc, vel illum.

Hæc Pontij solutio doctrinam Scoti non sapit, neque ipsius Pontij doctrinam; est enim responsio, quam pro doctrina Rubij, & Scoti contraria, adduximus *num. 40.* ubi manet etiam impugnata. Ultra quod sic ad hominem contra Pontium impugno 2. Logica est scientia, & ars secundum diversam rationem iuxta Pontium: ergo secundum diversam rationem erit practica, & speculativa; quia eadem ipsissima est ratio. Atqui hoc est contra Pontium *quæst. 8. num. 83.* ergo contra ipsum est solutio ipsius.

Secunda ratio sic proponitur: habitus Logicæ docentis ideo est realiter idem cum habitu Logicæ utentis iuxta Pontium, quia habitus Logicæ docentis inclinatur ad faciendum syllogismum, quod est munus Logicæ utentis, ut etiam fatetur Pontius *num. 51. & 59.* atqui habitus Logicæ docentis non inclinatur ad faciendum syllogismum: ergo non est idem realiter cum habitu Logicæ utentis. Maior est ipsius Pontij citat. Consequentia est legitima.

Minor autem, in qua est difficultas, probatur 1. habitus Logicæ utentis non inclinatur ad cognoscendum, quomodo fieri debeat syllogismus: ergo nec habitus Logicæ docentis inclinatur ad faciendum syllogismum. Probatur consequentia: ita est alienum Logicæ utenti habituali, inclinare ad cognoscendum, quomodo fieri debeat. Syllogismus; ac est alienum Logicæ docenti habituali, inclinare ad illum faciendum; sed ob hanc alienitatem habitus Logicæ utentis non inclinatur, ad cognoscendum, quomodo fieri debeat syllogismus: ergo nec habitus Logicæ docentis inclinatur, ad faciendum syllogismum.

Minor, & consequentia tenent. Maior vero probatur: ita proprium est Logicæ utenti, inclinare, ad faciendum syllogismum, ac proprium est Logicæ docenti, inclinare, ad cognoscendum, quomodo fieri debeat syllogismus: ergo ita est alienum Logicæ utenti, inclinare, ad cognoscendum, quomodo fieri debeat syllogismus; ac est alienum Logicæ docenti, inclinare ad faciendum syllogismum. Consequentia est paritate notoria. Antecedens est ita certum, ut

sic

99  
Probatur minor 1.

100  
Maior syllogismi probatur.

97  
Refutatur 1.

Refutatur 2. ad hominē contra Pontium.

98  
Secunda ratio ad hominē etiam contra Pontium.



fic diffiniuntur habitus Logicæ docentis, & vrentis ex dictis num. 11. & sic etiam diffiniuntur à Pontio citat. dicto num. 51.

101

Probatur 2. suprâ posita minor: habitus acquisitus solum inclinatur ad similes actus, à quibus fuit genitus, ut claret ex eius diffinitione à nobis posita numer. 12. & à Pontio concessa, utpote, ab omnibus admittitur; sed habitus Logicæ docentis est acquisitus: ergo solum inclinatur ad similes actus, à quibus fuit genitus. Tunc sic, sed habitus Logicæ docentis non generatur ex actibus Logicæ vrentis: ergo non inclinatur ad actus Logicæ vrentis. Atqui confectio syllogismi est actus Logicæ vrentis: ergo habitus Logicæ docentis non inclinatur ad faciendum syllogismum.

Prob. 2. suprâ posita minor.

102

Probatur 3. dicta minor: habitus scientificus, qualis est habitus Logicæ docentis, solum inclinatur ad actus, qui sunt scientia; sed confectio syllogismi, qui est actus Logicæ vrentis, non est scientia: ergo habitus Logicæ docentis non inclinatur ad faciendum syllogismum.

Prob. 3. dicta minor.

103

Tertia ratio etiam ad hominem contra Pontium est hæc: quæ diversa generatione generantur, realiter dis-

Tertia ratio etiam

ad

tinguntur, sed habitus Logicæ docentis, & vrentis diversa generatione generantur: ergo realiter distinguuntur. Maior est apud omnes veratim omnia talia sunt separabilia, quod est signum distinctionis realis, ut cum omnibus fatetur Pontius *disp. 71. de Distinctionibus, quæst. 1. num. 2.* Minor probatur: quia illa, quorum unum prius, quam aliud, generatur, diversa generatione generantur; sed habitus Logicæ docentis, qui acquiritur ex auditu Magistri, & studio regularum, prius semper generatur, quam habitus Logicæ vrentis, qui ex actuali usu, & exercitio illarum generatur, ut in Tyronibus experientia constat: ergo habitus docens, & vrens diversa generatione generantur. Huic rationi accedit altera contra Pontium, deducta ex via separationis, quæ in Tyronibus reperitur ut diximus num. 55.

ad hominem contra Pontium.

Quarta ratio ad hominem etiam contra Pontium sub hac forma proponitur: Logica vrens, sicut, & docens, est propriè Logica ex dictis num. 5. & 6. & ita extensa, ac docens ex dictis numer. 7. & seqq. & fatetur ipse Pontius num. 52. ergo sicut cognitio syllogismi in omni materia pertinet ad Lo-

104

Quarta ratio etiam ad hominem contra Pontium.

gi-

gicam docentem, ut à quacunque alia distinctam; ita confectio illius pertinet ad Logicam vrentem, ut à quacunque alia distinctam. Infero nunc contra ipsum 1. ergo facilitas conficiendi syllogismum oritur ex habitu Logicæ vrentis, ut distincto à docente; alioquin logica vrens non esset ita extensa, ac Logica docens, quod est contra Pontium. Infero 2. ergo facilitas conficiendi syllogismum non pertinet ad materiam, in qua fit, scilicet, ad Phisicam, si materia est Phisica, & sic de alijs, alioquin sequeretur ideam inconueniens, ut patet ex dictis à numer. 5. usque ad 10.

Declaratur hæc ratio: vel datur habitus Logicæ vrentis, qui propriè Logicalis sit, vel non? Si primam: ergo actus Logicæ vrentis procedent elicitive ab illo habitu, & non à facultate illa, seu scientia, in cuius materia fiunt isti actus, quod est contra Pontium. Si secundum: hæc omnia secantur. 1. quod mala sit divisio Logicæ in docentem, & vrentem. 2. quod superflua sit divisio vtriusque in actualem, & habituales. 3. quod quæstio, sit de subiecto non supponente. 4. quod hoc supposito, habitus illi realiter dis-

tinguantur; quia absque dubio est, quod habitus Logicæ docentis sit realiter distinctus ab habitu Philosophicæ, vel Metaphisicæ, qui iuxta Pontium est habitus Logicæ vrentis, quando in illis fiunt isti actus.

Si autem respondeat Pontius: dari habitum Logicæ vrentis, qui propriè Logicalis sit, quando actus fiunt in materia Logicali; non vero, quando fiunt in materia alterius cuiuscunque scientiæ. Hoc nihil obest; 1. quia iam concedit, quod habitus Logicæ docentis, & habitus Logicæ vrentis, qui propriè Logicalis sit, realiter distinguantur, quod est nostrum intentum. 2. quia, quod habitus Logicæ vrentis in materia aliarum scientiarum sit propriè Logicalis, manet probatum numer. 6. Tertio, quia habitus Logicæ vrentis, qui propriè Logicalis est, est ita extensus, ac habitus Logicæ docentis, ex quo reddit argumentum, & confirmatio ad hominem contra Pontium. Denique, quia prædicta Pontij doctrina reiecta manet à numer. 62. usque ad 66. & per solutionem ipsius in §. sequenti eius nullitas apparebit.

Quinta ratio ad hominem contra Pontium est: causæ

106

Respōd.  
Pontius.

Cont. I.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

107

Quinta  
ca.

105

Confirm  
& decla  
ratur  
hæc ra-  
tio.

ratio ad  
hominē  
contra  
Pont.

realitèr distinctæ causant effectus realitèr distinctos; sed actus Logicæ docentis, & vrentis sunt causæ effectivæ, & totales habituum, realitèrque distinguntur: ergo causant habitus realitèr distinctos: ergo habitus Logicæ docentis, & vrentis realitèr distinguntur. Secunda consequentia ex prima inferitur. Prima ex præmissis. Ex his autem maior est Pontij cum omnibus. Minor autem pro prima parte est ipsius *disp. 65. de Habit. quæst. 2. numer. 16.* ubi ponit hanc conclusionem: *Habitus producit per actum effective, tanquam per causam principalem, ac totalem.* Pro secunda parte est etiam ipsius in præteriti *num. 52.*

108  
Conf. 1.

Hæc ratio confirmari valet tripliciter. Primo: quia idem numero effectus nequit produci à duplici causa totali, ut habet Pontius *disp. 40. de Comparatione causarum quæst. 2. num. 20.* atqui iuxta ipsum actus Logicæ docentis, & vrentis sunt causæ totales habituum ex dictis *num. Præced.* ergo idem habitus nequit ab illis produci. Secundo: ex illo axioma: *Ex unitate in causa non sequitur unitas in effectu,* de quo dixi *tom. de Axiomatibus litt. C. axioma 8.* atqui inter ac-

Secundo.

tus Logicæ docentis, & vrentis, qui sunt causæ habituum, datur distinctio realis iuxta Pontium *num. 59.* ergo potiori iure inter habitus, qui sunt eorum effectus Tertio: ex illo etiam axioma: *Non requiritur tanta distinctio inter principia, quam inter principialia,* quod coincidit cum antecedenti, & eodem loco explicatum, & de quo idem fit argumentum.

Tertio.

Sexta ratio ad hominem contra Pontium est: ideo iuxta ipsum habitus Logicæ docentis, & vrentis non distinguntur realitèr, quia non est vlla necessitas multiplicandi hos duos habitus: sed non est vlla necessitas multiplicandi habitus specie distinctos in Logica totali: ergo non sunt ponendi totales habitus, quod est contra Pontium *quæst. 9. num. 100.* Probatur minor: sufficit vnus simplex habitus divisibilis in plures formalitates extensas pro pluribus conclusionibus: ergo non est vlla necessitas multiplicandi habitus specie distinctos in Logica totali.

109  
Sexta ratio ad hominem contra Pont.

Vltima ratio est hæc: ideo iuxta Pontium non distinguntur realitèr habitus Logicæ docentis, & vrentis, quia non est vlla ratio multiplicandi hos duos habitus; sed non est vlla necessitas multi-

110  
Vltima ratio ad hominem contra Pont.

plicandi formalitates in his duobus habitibus : ergo non distinguntur formaliter, quod est contra Pontium *num. 59.* Probatur minor: sufficit vna simplex formalitas, diversa connotata respiciens : ergo non est vlla necessitas multiplicandi formalitates in habitibus Logicæ docentis, & vtentis.

Ad has duas vltimas rationes ad hominem contra Pontium respondebit certe negando minorem vtriusque, & antecedens probatio- nis; quia dicit absque dubio, quod non sufficiunt plures formalitates in Logica totali, nec diversa connotata in habitibus Logicæ docentis, & vtentis; sed quod ad multiplicationem habituum in Logica totali, & formalitatum in habitu Logicæ docentis, & vtentis vrget maxima necessitas. Libenter subscribo solutionem, & libenter accipiat, quod nos dicimus, scilicet: magnam necessitatem vrgeri ad multiplicationem habituum Logicæ docentis, & vtentis ab rationibus vtriusque traditis, quæ sine dubio sunt valde efficaces.

\*\*\*  
\*\*\*

\*\*\*  
\*\*\*

## S. VII.

Fundamentum Pontij sol-  
vitur.

**A**Rguit Pontius *num. 59.* non est vlla necessitas multiplicandi duos habitus Logicæ, quorum vnus sit docens & alter vtens : ergo habitus docens, & vtens in Logica non distinguntur realiter. Probatur antecedens: idem habitus Logicæ docentis potest vtriusque manus subire: ergo non est vlla necessitas multiplicandi illos duos habitus. Probatur antecedens: eo ipso, quo cognoscimus, quomodo syllogismus in quocūque modo, & figura fieri debeat, quod est munus Logicæ docentis, facillimamur ad conficiendum syllogismum in quocunque modo, & figura, & in quacūque materia, cognita natura materie: ergo idem habitus Logicæ docentis potest vtriusque munus subire.

Confirmat etiam Pontius: Logica vtens est, quæ inclinat ad faciendum syllogismum, v. g. sed Logica docens sic inclinat: ergo Logica docenti conuenit esse vtens: ergo idem omnino habitus dicitur docens, & vtens. Docens quatenus in-

112

Arguit.  
Pontius.

113

Confi m.  
Pontius.III  
Respond.  
Pontius.olutio  
vrget cō  
ra ipsū.



clinat ad cognoscendum. quomodo syllogismus sit conficiendus. Utens verò, quatenus inclinat ad ipsum conficiendum. Probatur minor: impossibile est, quod qui cognoscit, quomodo syllogismus sit conficiendus, non faciliteretur ad eum conficiendum: ergo Logica docens inclinat ad faciendum syllogismum.

**114** Hoc est vnicum Pontij fundamentum, ad quod quandam solutionem adducit, quam subscribere, valde conveniens mihi videtur, ut appareat Pontij deceptio.

**115** *Quedam solutio à Pontio tradita.* Quidam Scotista (ait Pontius num. 60.) ad dirimendam hanc controversiam distinguit duas Logicas vtētes. Vnā elicitivam, quæ est scientia illa, in cuius materia contrahitur syllogismus. Aliam directivam, quæ est ipsamet Logica docens. Et iuxta hoc, dicit: Logicam vtentem directivam, & docentem, non esse habitus distinctos; secus verò dicendum de elicitiva, quæ potest esse distincta realitèr, nimirum, quando contrahitur syllogismus in materia alterius scientiæ à Logica.

**116** *Reijciatur à Pontio.* Verum hoc (prosequitur Pontius) non deservit ad propositum, quia nemo negat, quod quando sit syllogismus

in materia Phisicæ, ipsa Phisica concurrat ad conficiendum syllogismum, & quod etiam Phisica distinguatur realitèr à Logica docentes neque in hoc sensu proponitur controversia, sed vtrum præter habitum scientiæ, in cuius materia sit vltus præceptorum Logicæ, & præter habitum Logicæ docentis, sit alius habitus distinctus, qui sit Logica utens. Aliud addit Pontius, sed non est ad propositum.

Ante solutionem verò ad eius argumentum, & confirmationem duo sunt magna consideratione digna. Primū est: quod ille Scotista à Pontio cit. per id, quod asserit, sublinet eandem opinionem, quam defendit Pontius, & ratio est: nam Scotista prædictus non cognoscit aliam Logicam vtentem, nisi directivam & elicitivam, ut constat; atqui directivam appellat docentem, & elicitivam vocat habitum scientiæ, in cuius materia sit syllogismus, v g. ergo non cognoscit alium habitum, qui sit Logica utens, præter habitum Logicæ docentis, & habitum scientiæ, in cuius materia sit syllogismus. Tunc sic sed hæc est opinio Pontij, ut est manifestum: ergo Scotista prædictus eandem opinio-

**117** *Nota valde digna.*

neam sublinet, quam Pontius.

**118**  
*deceptio Pontij.*  
Ex quo infero nunc contra Pontium: ergo Pontius impugnans opinionem illius Scotitæ, opinionem suam impugnat. Infero amplius: ergo valdè deceptus est Pontius in referendo contra se doctrinam illius Scotitæ, quando doctrina illius utitur ipse Pontius, & est ipsius doctrina.

**119**  
*illia nota valdè igna.*  
Secundum valdè notatu dignum, est, quod Pontius non adducat solutionem Tartareti, qui etiam, sicut prædictus Scotista, distinguit Logicam utentem in directivã, & licitivã, & maximè cum ipse Pontius Tartaretum citet pro nostra opinione, & sibi opposita. Verè est notatu dignum; sed præ oculis stat responsio, & est: quod Tartaretus differt valdè ab illo Scotista, quia cognoscit habitum Logicæ utentis distinctum ab habitu Logicæ docentis, & ab habitu aliarum scientiarum, in quibus contriuntur regulæ Logicales, quam distinctionem deducit ex ipsa distinctione Logicæ utentis in directivã, & elicitivã iuxta dicta *numbr.* 17-18. & 19.

**120**  
*illia nota*  
Tertium valdè notatu dignum, & mirabile certè, est: quod ad suam rationem, quæ

est fundamentum omnium nobis adversantium, tam intra, quam extra Scholam Scoti, non inveniret Pontius responsionem alicuius Scotitæ, ut eam impugnaret, & ex eius impugnatione aliquo modo suam opinionem firmaret. Et certè ipse citat pro nostra opinione, & sibi opposita, Matrium, qui hoc argumentum sibi obiecit, & ei solutionem adhibet. Cur quæso, responsionem Matrij, aut alterius cuiuslibet Scotitæ, non adduxit? Dicit ipse. Quod autem ego Scio, est: facilius esse respondere, quam impugnare.

Respondeo iam ad argumentum Pontij negando antecedens, & ad probationem nego etiam antecedens, ad cuius probationem nego similiter antecedens, quod non probat Pontius, & probare debebat, quia cum in illo stet tota præsens difficultas, illud non probare, est, improbatam relinquere suam opinionem. Et hoc est aliud certè valdè mirabile, scilicet, statuere conclusionem, & eam non probare. Differentiam inter nos, & Pontium attende. Hic conclusionem non probat; nos autem per quinque §§. antecedentes nostram probavimus, & ratio præsertim negationis prædicti ante-

*ta valdè digna, & mirabiliter certè.*

**121**  
*Respõd. ad argument. Pontij.*

**122**  
*Ratio solutio.*

cedentis Pontij sumenda est ex dictis tum §. 2. ex Scoto; tum §. 3. experientia Tyronum, & Provectorum. Tum §. 5. paritate aliarum artium, nempe, Pictoria, Scriptoria, & Psaltatoria. Et denique ad hominem contra Pontium §. 6. & præsertim num. 98. & seqq. Sed licet per hanc negationem antecedentis sufficienter manebant soluta argumentum, & confirmatio Pontij, vt tamen superabundent.

123

Respondeo 2. distinguendo vltimum antecedens: facilitamur ad conficiendum syllogismum, dando regulas ad eius confectionem, concedo antecedens; vtendo regulis nego antecedens, & consequentiam, & ad confirmationem distinguo similiter maiorem, & minorem, & nego consequentiam. Ratio autem solutionis est: quia habitus Logicę docentis facilitat ad conficiendum syllogismum facilitate in dando regulas, & habitus vtentis in vtendo regulis. Hęc sunt officia illorum habituum, quę diversitatem illorum necessario exigunt.

124  
Respõd.  
3. ad ar-  
gument.

Respondeo tertio ad argumentum distinguendo vltimum antecedens: eo ipso, quo cognoscimus, quomodo syllogismus in quocunque

modo, & figura fieri debeat, quod est munus Logicę docentis, facilitamur idealiter, & regulativè ad conficiendum syllogismum concedo antecedens; facilitamur elicitive, phisicè, & realiter nego antecedens, & consequentiam. Hac eadem distinctione distinguitur vltimum antecedens confirmationis, & eius consequens.

Ad confirm.

Ratio est: nam licet Logica docens idealiter, & regulativè nos faciliat ad conficiendum syllogismum, quia intellectus, quo magis imbutus est regulis Logicalibus, minus exponitur erroribus in arguendo; tamen elicitive, phisicè, & realiter facilitamur ab habitu Logicę vtentis, à quo vnicè potest talis facilitas oriri, vt ex nostris probationibus manet ostensum.

125  
Ratio huius solutionis.

Dices pro Pontio: sufficit, quod Logica docens idealiter, & regulativè inclinat ad faciendum syllogismum, vt superfluat habitus Logicę vtentis; sed Logica docens per nos idealiter inclinat ad faciendum syllogismum: ergo superfluit habitus Logicę vtentis: ergo nulla est nostra solutio. Pobatur maior: vt quis bene arguat in aliqua scientia particulari, v.g. Phisica, sufficit Logica docens,

126  
Dices cũ doctrina Pontij.

vt

vt dirigens actum syllogizandi, & Phisica eliciens talem actum: ergo sufficit, quod Logica docens idealitèr, & regulativè inclinet ad faciendum syllogismum, vt superfluat habitus Logicæ vrentis.

127  
Respōd.

Respondeo negando maiorem, & ad cuius probationem distinguo antecedens: vt quis benè vnicè arguat, concedo antecedens; vt quis benè, promptè, & facilitèr arguat nego antecedens, & consequentiam. Itaque: ad hoc, vt quis facilitèr arguat in Phisica, v. g. (& sic in qualibet alia scientia) tres habitus debent correspondere actui arguendi, nempe, Logica docens idealitèr, & regulativè concurrens; Phisica concurrens elicitive ad materiam; & Logica vrens elicitive concurrens ad formam syllogisticam.

128  
eplica  
is pro  
ontio.

Replicabis pro Pontio: vt quis benè, promptè, & facilitèr arguat in aliqua scientia particulari, v. g. Phisica, sufficit Logica docens, vt dirigens actum syllogizandi, & Phisica, vt eliciens talem actum: ergo ruit solutio. Probarur antecedens: scientia particularis, v. g. Phisica, cui auxiliatur Logica vrens, nihil aliud est, quam congeries syllogismorum Phisicè, cui administrat ipsa Logica

vrens: ergo vt quis benè, promptè, & facilitèr arguat, &c.

129  
Respōd.

Respondeo negando antecedens, cuius probationem distinguo: scientia particularis, v. g. Phisica, cui auxiliatur Logica vrens, nihil aliud est materialitèr, & obiectivè, quam congeries syllogismorum Phisicæ concedo antecedens; formalitèr nego antecedens, & consequentiam; nam in demonstratione Phisica duo reperiuntur, scilicèt, materia, de qua habetur scientia Phisica, & forma syllogistica, vt conficiatur demonstratio in debito modo, & figura. Hoc pertinet ad Logicam; illud verò ad Phisicam.

130  
Doctri-  
na solu-  
tionis de  
mōstrat-  
ur à pa-  
ritate.

Et vt hæc tota doctrina omnibus clarissimè appareat, & necessitas habitus Logicæ vrentis convincatur, paritate Logicæ vrentis actualis ipsam demonstro. In casu, quo aliquis Tyro conficiat syllogismum in materia Phisica, v. g. habendo tantummodo Logicam docentem actualem, & actualem cognitionem materiæ phisicæ, quin habitum aliquem talis Logicæ, & talis scientiæ phisicæ habeat; in hoc casu confectio talis syllogismi est actus Logicæ vrentis; alioquin non dabitur Logica vrens actualis,



lis, quod est contra omnes; atqui confectio talis syllogismi pro veniret ab actuali Logica docente directive, seu regulative, & à Phisica actuali elicitive quo ad materiam, & à Logica vrente actuali elicitive quo ad formam syllogisticam: ergo in tali casu præter Logicam docentem actualem, & actualem scientiam Phisicam, concurrat etiam Logica vtens actualis. Paritèr ergo de confectio syllogismi prompte, & faciliter elicita.

Retorqueo denique argumentum contra Pontium primo: non est vlla necessitas multiplicandi habitus specie distinctos in Logica totali; quia sufficit vnus simplex habitus, diuisibilis in plures formalitates extensas pro pluribus conclusionibus: ergo non sunt ponendi tales habitus, quod est contra Pontium *quæst. 9. num. 100.* Retorqueo secundo: nulla est necessitas multiplicandi formalitates in habitibus Logice docentis, & vrentis, quia sufficit vna simplex formalitas, diuersa connotata respiciens, vt tenet Fuentes ex dictis *numer. 20.* ergo non sunt ponendæ diuersæ formalitates in habitibus, quod est contra Pontium in præsentibus *numer. 59.* Neque ad has re-

torisiones potest Pontius aliquid respondere, quod nos in ipsum dicere non possumus, vt diximus *num. 111.*

## §. VIII.

*Argumenta ex doctrina Pontij diluuntur.*

**P**ontius nullam aliam rationem pro se adducit; sed ex doctrina ab ipso tradita, sic secundo potest contra nos arguere: arguit secundo in Additione, §. *Fateor quidem sic*: si quis frequenter facit syllogismum in *fapesmo*, vtendo his litteris *A. B. C.* habebit facilitatem faciendi tales syllogismos, quin tantam facilitatem habeat ad faciendum syllogismum in materia Phisica, aut aliqua alia, in qua non assuevit facere talem syllogismum; & è contra: si quis assuevit facere talem syllogismum in materia reali, non habebit tantam facilitatem faciendum in illis litteris, vt manifestum est experientia: ergo illa facilitas, quæ est in exercitio faciendi syllogismum, oritur ex facilitate, quam quis habet in cognoscenda materia; non verò ex Logica vrente, distincta realitèr à docente.

Hoc confirmat Pontius *citat.* quia facilitas, quæ ex

132  
Arg. 2.  
ex Pont.

133  
Confir-  
ma

*mat idè  
Pontius.*

Logica est, est indifferens ex se ad omnes materias: ergo facilitas specialis, quam quis experitur in vna materia præ alia, non provenit à Logica. Alijs terminis, & in eadem materia potest formari tam argumentum, quam confirmatio, nempe, his: melius, cognita materia scientiæ facilius est intellectus ad conficiendum syllogismum, quam nonita cognita: ergo illa facilitas oritur ex cognitione materiae.

**134**  
*Deceptio  
Pontij,  
& eius  
origo.*

Hoc argumentum, simul, & confirmationem, visum fuit Pontio, magnam habere efficaciam, eo, quod experientia consent; ceterum valde deceptus est Pontius, & eius deceptio orta fuit ex eo, quod Pontius sinit nosstram responsionem ad fundamentum illius, ut apparet, & dictum manet *num. 119. & 120.* si enim illius meminisset, hoc absque dubio nobis non opponeret, quia sine necessitate alterius solutionis argumento, & confirmationi satisfacimus, quin timeat, quod negemus experientias, quas ipse negare est assuetus. ut vidimus *§. 3. num. 42. & 51.*

Respondeo itaque ad argumentum distinguendo antecedens: non habebit tantam facilitatem quo ad ma-

teriam concedo antecedens; quo ad formam syllogisticam nego antecedens; & distinguo consequens: ergo illa facilitas quo ad materiã, quæ est in exercitio faciendi syllogismum, oritur, &c. concedo consequentiam; facilitas quo ad formam syllogisticam nego consequentiam; & hac eadẽ distinctione distinguendũ est consequens, confirmationis, & entimema argumenti, aliter formati. Solutio claret ex dictis *num. 126.* quin Pontius de illa aliquam mentionem faciat.

Arguitur tertio ex doctrina Pontij deducta ex eius fundamento: habitus Logicę docentis faciliat ad conficiendum syllogismum: ergo superfluit habitus Logicę utentis. Probatur antecens: facilius est intellectus ad conficiendum syllogismum, postquam cognovit quid sit, & quomodo fieri debeat, quam antea: ergo habitus Logicę docentis faciliat ad conficiendum syllogismum. Nego antecedens, distinguo probationem: facilius est intellectus idealitè, & regulative ad conficiendum syllogismum, postquam cognovit, &c. concedo; elicitivè, seu philosophice nego, & ratio solutionis *num. 124.* tradita manet.

*Ad confirmat.*

**136**  
*Arg. 3.  
ex Pont.*

*Respõd.*

**135**  
*Respond.  
ad arg.*

Ar-

137  
Arg. 4.  
ex Pont.

Arguitur quarto, ex doctrina Pontij *numer. 65.* actus specie diversi provenire possunt ab eodem habitu: ergo, & actus Logicæ docentis, & videntis. Probatur antecedens primo: actus omnium virtutum moralium sunt specie diversi; sed procedunt ab eodem habitu Prudentiæ: ergo actus specie diversi provenire possunt ab eodem habitu. Probat secundo: antecedens Pontius in Additione §. *Ad quod addo:* nam actus diligendi Deum, & proximum, & actus detestandi peccatum sunt diversæ speciei; sed procedunt ab eodem habitu Charitatis: ergo idem, quod antea.

138  
Respon.

Respondeo negando antecedens, & distinguo minorem probationis primæ; procedunt ab eodem habitu Prudentiæ directive, & regulative concedo minorem; cæcitive, phisice, seu realiter nego minorem, & consequentiam; quia hic loquimur de processione actus ab habitu elicitive, phisice, seu realiter, ut diximus *num. 75.* ubi etiam facta est reorsio contra Pontium.

139  
Retorq.

Ad secundam probationem concessis præmissis nego consequentiam. Disparitas est: nam habitus Charitatis est habitus infusus, de

quo non Loquimur; aut habitus Logicæ sunt acquisiti, qui eo præcise, quia acquisiti, solum valent concurrere ad similes actus, ex quibus fuerunt geniti, ut constat ex eius diffinitione, & diximus *num. 12.* Imò ex hac disparitate, quæ inter habitum acquisitum, & infusum reperitur, & quam fateri debet Pontius, potest argumentum pro nobis confici, & contra Pontium retorqueri, quod sic facio.

140  
Retorq.  
contra  
Pont.

Retorqueo igitur contra Pontium: ex eo, quod habitus Charitatis sit infusus, habet virtutem ad actus specie diversos, & ex eo, quod habitus Logicæ sit acquisitus, nequit habere virtutem ad tales actus: ergo ex ipsa disparitate convincitur: actus specie diversos non posse provenire in Logica ab eodem habitu. Probatur antecedens pro prima parte: ex eo, quod habitus Charitatis (idem est de habitu fidei) sit infusus, habet quod immediate producat a Deo, qui cum illimitatus sit, potest illi communicare virtutem ad plures actus specie diversos: ergo verum est antecedens pro habitu infusio, seu pro prima parte.

Probat  
tur ante  
cedens  
pro pri  
ma parti.

Pro secunda autem ostenditur: ex eo, quod habi-

142

tus Logicæ sit acquisitus, habet quod immediatè producatur ex frequentatione actuum, qui cum limitati sint, nequeunt illi communicare virtutem ad alios actus specie diversos ab illis, à quibus fuit productus; ut est certum, & constat ex illius diffinitione: ergo verum est antecedens pro habitu acquisito, seu pro secundæ parte. Consequentia autem retorisionis legitima apparet.

Amplius retorqueo contra Pontium: paritas ab ipso assumpta ex habitu Charitatis probat: Logicam esse vnam simplicem qualitatem; sed hoc est contra Scotum, & omnes Scotistas, imò, & contra ipsum *d. sp. cit. quæst. 9.* ergo contra ipsum est paritas, quam contra nos facit. Minor, & consequentia tenet. Maior est certissima, quia habitus Charitatis est simplex qualitas iuxta omnes, & fatetur Pontius *cit. numer. 106.* ubi ad hoc idem argumentum deductum ex paritate Charitatis respondet ipse: ergo respondere tenetur in præsentî. Hæc retorssio contra Pontium valde efficax apparet.

Nec denique valet, quod addit Pontius, scilicet, quando in actibus eliciendis non solum verum existimat de

habitu super naturali seu infusso, sed etiam de naturali, seu acquisito. Non (inquam) valet, quia libenter hoc concedimus. Sed videat Pontius, se falsum supponere, quod videbit, si videre vult, in Logica diversas esse difficultates ad docendum, & utendum, ut ex vtriusque dictis apparet. Item: falsum etiam supponit; nam supponit, quod habitus infusus, qualis est Charitas, deserviat ad facilius operari, sicut deservit habitus acquisitus, quod est expresse contra Scotum, ut docuimus tom. de Axiomatibus *lit. H. axiom. 2.*

Arguitur quinto ex doctrina Pontij *num. 59.* ubi Scotum *quæst. 1.* universalium citat pro sua opinione; ibi enim Doctor insinuat: Logicam docentem, & utentem non nisi ex diversis muneribus, & considerationibus distingui: ergo habitus idem est realitè in vtraque.

Respondeo primo: Scotum ibi loqui de Logica utente, sumpta pro habitu scientifico Logico per demonstrationem acquisito, quo utimur in singulis scientijs, definiendo, dividendo, & arguendo; non verò loqui, de Logica utente, sumpta pro habitu acquisito ex frequentati exercitio definiendi, dividendi.

143

145  
Arg. 5.  
pro Pontio ex  
Scoto.

144

146  
Resp. 1.



dendi, & arguendi. De Logica vtente hoc secundo modo sumpta, dicimus, esse realitèr distinctam à Docente; non verò de Logica vtente primo modo capta, vt diximus *num. 16.* & de hac loquitur Scotus *cit.*

146  
Resp. 2.

Respondeo secundo: Scutum ibi loqui de Logica vtente directiua, quæ est illa, à qua tam intellectus, quam habitus elicitiuus diriguntur, seu regulantur in elicitione constructionis syllogismi, nō verò loqui de Logica vtente elicitiua, quæ est illa, quæ concurrat cum intellectu, illum facilitando ad construēdos in quacumque materia syllogismos, vt diximus *num. 17.* & ex quo nihil contra nos.

147  
Resp. 3.

Respondeo tertio: Scutum loqui de Logica vtente passiva, quæ est ipsa Logica docens; non verò de Logica vtente actiua, quæ elicitiuè concurrat ad vsum Logicæ docentis, seu Logicalis doctrinæ. Itaque Logica vtens, alia est actiua, & alia passiva. Actiua est idem, ac Logica elicitiua. Passiva est idem, ac directiua, vt diximus *num. 18.* & 19. De hac ergo, & non de illa, loquitur Scotus, & sic nobis non obest.

148  
Resp. 4.

Respondeo quarto: Scotus *cit.* sumit per Logicam

docentem habitum procedentem ex probabilibus, qualis est topica, & sic loquendo, vt verius reputat Mastrius, *num. 10.* autoritas Scoti concludit distinctionem realem inter habitus Logicæ docentis, & vtentis, & consequentèr stat pronobis Scotus.

Retorqueo denique contra Pontium: Scotus ibi citatus insinuat, Logicam docentem, & vtentem non nisi ex diversis numeribus, & considerationibus distinguere: ergo habitus Logicæ docentis, & vtentis penes diversa munera, seu conotata distinguuntur: ergo non penes diuersas formalitates, quod est contra Pontium.

149  
Retorg.  
contra  
Pont.

§. IX.

Solvuntur varia argumenta.

**O**bjicies primo ex Rodriguez: habitus Logicæ vtentis non acquiritur actibus distinctis ab actibus Logicæ docentis: ergo non sunt distincti habitus. Probat antecedens: nam si acquiritur distinctis actibus, inquiri: à quo habitu elicatur? Si ab habitu Logicæ vtentis: ergo datur habitus Logicæ vtentis ante habitum Logicæ docentis, quod implicat. Si

150  
Objc. 1.

ab actibus non procedentibus ab habitu: ergo tales actus erunt Logicæ naturalis: ergo producent habitum vtemem naturalem, & non artificialem: ergo non datur habitus vtens artificialis, de quo est in præsentî difficultas.

**151**  
*spond.* Respondeo negando antecedens, ad cuius probationem dico: quod producit ab actibus elicitis ab intellectu cum auxilio Logicæ docentis, quæ regulative concurrît ad illos actus, ex quibus generatur habitus vtens. Neque ex hoc sequitur, tales actus esse Logicæ naturalis; quia ad hos non concurrît Logica docens adhuc directiue; bene verò ad illos.

**52**  
*sc. 2.* Obijcies secundo ex Aver. sa: habitus vtens idem sonat, quod habitus regulans, & dirigens, seu quo intellectus per modum regulæ vtitur: ergo Logica vtens non est habitus distinctus à docente.

**sc. 1.**  
*undo* Respondeo primo negando antecedens; quia habitus vtens non est, quo vtimur, sed qui nos faciliat ad vsum Logicæ docentis. Respondeo secundo distinguendo antecedens: habitus vtens idem sonat, quod habitus dirigens, terminis abvtendo omîto antecedens; terminis

non abvtendo, nego antecedens, & distingo similiter consequens.

Obijcies tertio: si habitus Logicæ docentis, & vtentis essent realitèr distincti, posset Deus vnum ab alio separare; sed non potest Deus separare Logicam vtemem à Docente: ergo non distinguuntur realitèr. Respondeo primo negando maiorem, quia falsa est in vtraque Schola; nam apud Thomistas intellectus, & voluntas realitèr distinguuntur, & separari nequeunt; & apud Scotistas totum distinguitur realitèr à suis partibus vnicis, & nequit ab illis separari.

Respondeo secundo argumentum convincere, & efficacissimè, nostram opinionem, quod sic ostendo: illa realitèr distinguuntur, quorum vnum potest separari ab alio; sed Logica docens non solum de potentia Dei, verum de facto, separatur à Logica vteme, vt diximus *numer. 55.* experientia Tyronum, ergo Logica docens habitualis, & habitualis vtens realitèr distinguuntur. Hæc consequentia est certe convincens, ideoque ex hoc capite separationis probavimus nostram conclusionem *§. 6. numer. 103.* ad hominem contra Pontium, & est etiam

**153**  
*Obijc. 3.*

*Resp. 3.*

**154**  
*Secundo.*

etiam ad hominem contra omnes adversarios.

**155**  
*Obijcies*  
4.  
Obijcies quarto: dum Tyroneſ incipiunt applicare regulas Logicæ docentis, illi primi actus ſunt Logicæ vtētis; ſed nondum eſt genitus in illis nobis habitus: ergo non eſt à docente diſtinctus.

*Reſpōd.*  
Reſpondeo diſtinguendo maiorem: illi primi actus ſunt actus Logicæ vtentis generativi habitus ipſius Logicæ vtentis, concedo maiorem; geniti ab habitu Logicæ ſub diſtinguo, vtentis nego maiorem; docentis, omito, & iterum ſubdiſtinguo. Primo: dando regulas concedo maiorem; vtendo regulis nego maiorem. Secundo: regulatiuè, directiue, vel idealitè concedo; phiſicè, realitè, vel elicitivè nego maiorem, & conceſſa minori, nego conſequentiam.

**156**  
*Declara-  
tur ſolu-  
tio.*  
Patet ſolutio in actibus moralibus, qui dicuntur ad aliquam virtutem pertinere; omnes enim illi, vel generant habitum, ad quem pertinent, vel ab illa generantur. Sic paritèr de actibus Logicæ vtentis. Vnde illi primi actus produciuntur ab intellectu nudo cum auxilio Logicæ docentis, quæ regulatiuè concurrat ad illos, vt etiam dixi *num. 145*. Et ideo difficultate produciuntur vſque dum ad-

quiritur habitus ex illis adibus repetitis.

Obijcies quinto: hoc principium: *Cauſæ realitè diſtinctæ debent cauſare effectus realitè diſtinctos* eſt falſum: ergo falſa ſaltem eſt probatio noſtra poſita *num. 73*. Probatur antecedens: falſum eſt, quod cauſæ realitè identificatæ debeāt cauſare effectus realitè identificados, vt claret in intellectu, & voluntate, quæ in noſtra opinione realitè diſtinctos produciunt: ergo falſum eſt dictum principium. Probatur conſequentia: *Oppoſitorum eadem eſt ratio* iuxta vulgare proloquium; ſed prædicta principia ſunt oppoſita: ergo ſi vnum eſt falſum, etiam, & aliud.

Reſpondeo, quod illud axioma: *Oppoſitorum eadem eſt ratio*, non eſt vniverſalitè verum, vt dixi *tom. de Axiomatibus lit. C. axiom. 95*. & licet aliquas ibi explicationes dedi, provt tamen ad præſens attinet, illud concedo, & diſtinguo minorem: prædicta principia ſunt oppoſita tum: quoad ſimultatem; tum: quoad identitatem; & tum: quoad diſtinctionem, concedo minorem; quia nec poſſunt eſſe ſimul; nec identificari valent, & quia diſtinguntur; ſunt oppoſita quoadmodum inueſtigandi diſtinctionem

**157**  
*Obijcies*  
5.

**158**  
*Reſpōd.*

nem realem, nego minorem? quia cum hæc investigetur per viam separationis, causalitatis, originis, generationis, aut corruptionis, & in utroque principio via saltem causalitatis reperitur, quoad modum investigandi distinctionem realem non sunt opposita.

Arguitur sexto, & est argumentum valde commune apud Adversarios: cognitio regulis, & præceptis Logicalibus non est nova difficultas in applicatione, & usu earum ad talem, vel talem materiam; sed solum requiritur appositio materiæ, qua posita ipsæ regulæ sine nova difficultate ex parte sui applicantur: ergo non requiritur nobis habitus. Probatur antecedens: intellectus est potentia naturalis naturaliter tendens in objecta semel proposita: ergo semel appositæ materiæ, ipsæ regulæ sine nova difficultate ex parte sui applicantur.

Respondeo negando antecedens, cuius probatio non est ad rem, quia habitus non solum dantur propter indeterminationem potentiarum (alioquin solum darentur in potentijs liberis) sed etiam ob difficultatem, quam interdum habent ad aliquas operationes. Cum ergo hæc sit

in Logica ad utendum regulis, stante cognitione earum, & apposita materiæ, debet dari habitus distinctus, ad illis utendum.

Obijcies septimo: Logica docens non solum considerat regulas rectæ operationis secundum se, sed etiam iudicat, an sint bene applicatæ hic, & nunc, in hac, vel in illa materiæ: ergo superfluit alius habitus præter eam. Distinguo primo consequens: ergo superfluit alius habitus, ad ita iudicandum, & considerandum, concedo consequentiam; ad promptè, & expeditè operandum nego consequentiam. Secundo aliter distinguo: ergo superfluit alius habitus docens, concedo consequentiam; alius habitus utens nego consequentiam.

Obijcies octavo: distinctio realis debet esse inter entia realia; sed habitus Logicæ docentis, & utentis non sunt entia realia: ergo non distinguuntur realiter. Respondeo primo negando maiorem; quia ad distinctionem realem sufficit, vel via separationis, vel via causalitatis, vel via originis, vel via generationis, aut corruptionis, etiam si extrema sint entia rationis, ut est certum, & constat ex sequenti responsione. Respondeo

161

Obijcies

7.  
Resp. 1.

Secundo

162

Obijcies  
8.

Resp. 1.

Secundo  
& est re-  
sponso.

159

Argui-  
tur.


160



secundo retorquendo: distinc-  
tio realis debet esse inter  
entia realia; sed actus Logi-  
cæ docentis, & videntis nos  
sunt entia realia: ergo non

distinguntur realitèr, quod  
est (Martino excepto)  
contra omnes Ad-  
versarios.

\*\*\* \*\*



# QUÆSTIO

## DUODEZIMA.

Quomodo Logica sit necessaria ad alias scientias  
adquirendas?

**B**ellum est inter Scotistas in examinanda Logicæ neces-  
sitate; licet enim omnes conveniant in eius vtilitate; in  
necessitate tamen assignanda valdè differunt. Ob hoc itaque  
ad bellum progredior, non animo pugnandi; sed desiderio,  
veritatem aperiendi.

§. I.

*Certa declarantur, & opi-  
niones referuntur.*

equus ad faciendum longum  
iter; nam sine illo posset fie-  
ri; non tamen ita facilitèr, &  
commode.

Secundo certum est: quod  
necessarium simpliciter, &  
absolutè sub dividitur in ne-  
cessarium physicè, & morali-  
tèr. Necessarium physicè di-  
citur illud, sine quo nullo  
modo potest naturalitèr finis  
acquiri, quomodo tam prin-  
cipium physicè influēs, quàm  
conditio sine qua non, vt  
vniò ad compositum, & ap-  
plicatio ad combustionem,  
sunt physicè necessaria. Nec-

2

*Necessa-  
riū sim-  
pliciter  
adhuc  
est du-  
plex.*

N. I.

*Duplex  
est neces-  
sarium. i  
Simplic-  
itèr, &  
secundū  
quid.*

**C**ertum est primo: quod  
necessarium est duplex.  
Vnum simpliciter, & absolu-  
tè, & aliud secundumquid.  
Necessarium simpliciter est  
id, sine quo nullo pacto po-  
test acquiri finis intentus,  
v. g. Sumptio civi ad viven-  
dum. Necessarium secun-  
dumquid est id, sine quo res  
acquiri potest, non tamen ita  
facilitèr, & commode, v. g.

ces-

cessarium moraliter est illud, sine quo finis stimatur apud homines impossibilis, licet philosophicè possit adquiri, de quo plurima adfunt exempta.

Tertio certum est apud Scotistas, quod quælibet sciëntia potest dupliciter considerari, scilicet, in esse rei, & in esse sciëntiæ. Et ne videatur voluntaria distinctio, hanc distinctionem de sciëntia faciunt omnes Scotistæ, & vi illius vniformitèr asserunt: Logicam, sicut & quamlibet sciëntiam, non esse vnum simplicem habitum in esse rei; benè verò in esse sciëntiæ. Sciëntia itaque in esse rei est cognitio rei, ut est in se, materialitèr, & ut est in re. Sciëntia in esse sciëntiæ, est cognitio rei per causam quomodo eam diffiniuit Arist. 1. Post. cap. 2. & hæc est sciëntia strictè, & rigurose capta.

Ex his autem solum loquimur in præsentì de sciëntia in esse sciëntiæ, ad quam habendam, plura requiruntur. Primo. Quod intellectus habeat illam per demonstrationem rectè dispositam in modo, & figura. Secundo. Quod possit conclusionem reducere ad sua principia. Tertio. Quod cognoscat evidentèr conclusionem inferri ex præmissis, seu quod habeat evidentiam consequen-

tiæ, quod idem est, ac quod cognoscat bonitatem illationum; necessitatem, & condiciones præmissarum. Quarto. Denique, quod sciat, illam defendere a fallacijs argumentorum, & alia plura, quæ sola Logica artificialis docet.

Denique certum est: hic non loqui de sciëntia infusa, quia de hac nullus dubitat, posse esse sine omni Logica; nec loqui de Logica naturali, quia hanc esse simpliciter necessariam, fatentur omnes; loquimur ergo de Logica artificiali; non habituali, quia hanc esse secundum quid necessariam, scilicet, ad facilius acquirendas alias sciëntias, extra controversiam est. Restat itaque loqui de Logica artificiali actuali. De qua.

Varie sunt inter Scotistas opiniones. Prima, quæ est Pontij disput. 2. de Natura Logicæ, quæst. ultim. numer. 114. asserit: Logicam nec philosophicè, nec moralitèr esse simpliciter necessariam ad acquirendam sciëntiam quamcunque partialem; respectu autem sciëntiæ totalis idem asserit num. 118. ad illam adiscendam à Præceptore experto in illa sciëntia; sed vt propria industria adquiratur, necessariam esse Logicam simpli-

3  
Sciëntia  
duplici-  
tèr con-  
sidera-  
tur.

4  
equisi-  
t al  
sciëntiæ  
esse  
sciëntiæ.

5  
Sensus  
quæstio-  
nis ape-  
ritur.

6  
Referuntur  
opinion-  
es.  
Prima.  
Pontij.

Secunda  
Mastri-  
us.

7  
Tertia.  
Aliqui  
Scotistæ.

Quarta.  
Alia opi-  
nio.

8  
Statuit.  
conclusio

citer necessitate morali, tenet num. 120. Secunda, quæ est Mastrij *quæst. Præmiali de Natura Logica, articulo 6. numer. 61.* affirmat: *Logicam artificialem nequaquam necessariam esse simpliciter, & absolute ad acquisitionem aliarum scientiarum.*

Tertia magis communis est aliquorum Scotistarum asserentium: *Logicam artificialem esse simpliciter necessariam ad alias scientias perfecte comparandas; non verò ad illas imperfecte comparandas.* Alia denique potest esse opinio, omnibus prædictis opposita, asserens: *Logicam artificialem esse necessariam simpliciter, tam moraliter, quam physice, ad acquirendam sive à Præceptore, sive propria industria, quamcunque scientiam, sive partialem, sive totalem, sumpta scientia in esse scientiæ; secus autem in esse rei.* His itaque sic relatis sit.

§. II.

*Nostri conclusio statuitur, & probatur.*

**C**onclusio: *Logica artificialis actualis est simpliciter, & absolute necessaria ad quamcunque sciendam acquirendam in esse scientiæ; licet non in esse rei.*

Hanc conclusionem apud nullum invenio. Est tamen mihi probabilior, licet contra Scotistas, & valde conformis illi inter omnes præclaro encomio, apud omnes recepto, scilicet, quod *Logica est ars artium; scientia scientiarum, ad omnium Methodorum principia viam habens.* Accedit etiam *Plat. 7. de Repub.* habens nostræ conclusioni his verbis: *Impossibile est, intellectum sine Dialectica exacte (idest scientificè) rem aliquam attingere.*

Fabet etiam Scotus, qui quærens: *An Logica sit scientia communis?* Resolvit affirmative, eo, quod eius obiectum deservit obiecto altæ scientiarum, quod factis videtur, ad necessitatem simpliciter inferendam; ut potè, sine Logica exercitium aliquod nulla scientia habere potest. Hoc pro Scoto sufficiat, & præcipue, quando nullus Scotista nobis adversarius locum aliquem Scoti contra nos adducat, nec in favorem suæ opinionis tradat.

Fabet denique Galenus *lib. an Sanguis contineatur in arterijs contra Erasistratum*, ubi hoc utitur argumento: *Aut ex quolibet sequitur quodlibet; aut non? Si sequatur, sic argumentor: Cig-*

Logica  
excellen-  
tia.

Plato.

9  
Scotus.

10

*ni sunt albi; Corvi sunt nigri: ergo Erasistratus est stultus. Si non sequitur: Ergo necessaria simpliciter, & absolute erit ars, vel scientia, qua me doceat, quando aliquod sequitur ex alio, & quando non.*

**II**  
*obat. conclusio*  
 Probatur itaque conclusio hac vnica, & efficaci ratione: illud est simpliciter, & absolute necessarium, sine quo nullo pacto potest naturaliter finis acquiri; sed nulla scientia in esse scientiæ potest naturaliter acquiri sine Logica artificiali actuali: ergo Logica artificialis actualis est simpliciter, & absolute necessaria ad quamcunque scientiam in esse scientiæ acquirendam. Consequentiæ est legitima. Maior apparet ex dictis *numer. 1.* quam omnes fatentur.

**I 2**  
*obat. inor.*  
 Minor autem, in qua est tota difficultas, probatur: nullus potest acquirere scientiam aliquam in esse scientiæ, quin sciat, conclusionem resolvere vsque ad prima principia, habeatque evidentiam illationis (quod idem est, ac cognoscere evidentè, conclusionem inferri ex præmissis, seu cognoscere bonitatem illationis, & necessitatem præmissarum) & illam sciat defendere à fallacijs, quæ ei opponi possunt: atqui hoc fieri naturaliter sine Lo-

gica artificiali actuali, est simpliciter, & absolute impossibile, quia hoc totum est ipsa Logica artificialis: ergo nulla scientia in esse scientiæ potest naturaliter acquiri sine Logica artificiali actuali.

**I 3**  
 Ad hanc nostram rationem, & si in quatuor argumenta divisam, respondet *Mastrius num. 61. qui debet esse 62. cuius responsiones omito.* Tum: quia omnes sunt voluntariæ, & absque vlllo fundamento, vt ex ipsis apparet. Tum: quia ad huc illis omis, nunquam salvare potest, quod sine Logica posset quis conclusionem aliquam defendere à fallacijs argumentorum, quod est simpliciter necessarium ad habendam scientiam in esse scientiæ.

**I 4**  
*Probatio est contra omnes Scotistas, & est ratio 2. partis conclus.*  
 Vndè ex hac sola ratione habetur: nullam scientiam in esse scientiæ, siue partialem, siue totalem, siue à Præceptore experto, siue propria industria adiscendam, posse phisice acquiri sine Logica artificiali actuali, quin sufficiat necessitas moralis à Pontio tradita, nec necessitas secundum quid à *Mastrio* adducta. Et ex ipsa etiam ratione apparet ratio pro secunda parte conclusionis, quia ad scientiam in esse rei non requiruntur, quæ re-

qui-



quirantur ad scientiam in esse scientiæ. Efficax videtur ratio, & ex solutione argumentorum forte luce clarius nostra contra Scotistas apparebit opinio.

§. III.

*Argumentum Mastrij diluitur.*

15  
*Arguit Mast.*

**A**rguit Mastrius num 61. experientia constat, quod multi Theologiam acquirunt, ius civile, & Pontificium cum nulla, aut parva saltem cognitione regularum Logicalium: ergo Logica non est simpliciter necessaria ad alias scientias acquirendas. Hæc est tota ratio Mastrij, quin aliud in favorem suæ opinionis adducat.

16  
*Respond. Scotista.*

Respondent Scotistæ tertiæ opinionis: illos acquirere duntaxat prædictas facultates in esse imperfecto; non verò in esse perfecto; & licet ad illas in esse imperfecto adquirendas, non sit Logica simpliciter necessaria; ad illas tamen in esse perfecto adquirendas, simpliciter esse necessariam Logicam artificialem, asserunt.

17  
*Imp. I. Mast.*

Hanc solutionem impugnat Mastrius primo: nam hæc Scotistarum doctrina non probat necessitatem Logicæ simpliciter ad illas scientias comparandas, sed necessita-

tem tantum secundum quid, & ex suppositione: ergo nulla est illorum doctrina. Probat antecedens: illud dicitur necessarium simpliciter, & absolute ad aliquem finem, sine quo finis absolute obtineri non potest; & illud dicitur necessarium secundum quid, & ex suppositione, sine quo, licet finis absolute obtineri possit; non tamen certo aliquomodo, v. g. non æque cito, &c. Atqui iuxta doctrinam Scotistarum allatam illæ facultates, licet imperfecte, possunt absolute adquiri sine Logica: ergo huius necessitas ad illarum acquisitionem non erit simpliciter, & absoluta, sed secundum quid, & ex suppositione.

Impugnat secundo: quod pertinet ad acquisitionem finis hoc tantum, vel illo modo, non censetur simpliciter necessarium ad illius acquisitionem, sed tantum secundum quid, & ex suppositione, cum non pertineat ad substantiam acquisitionis eius, sed tantum ad modum; atqui Logica ex opinione Scotistarum allata non pertinet ad substantiam acquisitionis illarum scientiarum, sed tantum ad modum, scilicet, ut perfecte adquirantur: ergo Logica non est necessaria simpliciter ad illas acquirendas.

18  
*Secund*

das. Sic Mastrius contra prædictos Scotitas. Ipsi licent.

Ego verò aliter impugno solutionem: Logica est simpliciter necessaria ad acquirendas illas scientias ad huc in esse imperfecto: ergo ruit Scotitarum solutio. Probo antecedens: Logica est simpliciter necessaria ad acquirendam omnem scientiam in esse scientiæ, ut probatum manet; sed illæ scientiæ ad huc in esse imperfecto sunt verè scientiæ: ergo Logica est simpliciter necessaria ad acquirendas illas scientias ad huc in esse imperfecto. Sic à me solutione Scotitarum impugnata.

Ante solutionem ad argumentum Matrij notandum est: Matrium confundere difficultatem præsentem, & valdè improprie loqui. Confundit difficultatem, quia vnit in antecedenti, quæ valde diversa sunt; nam aliud est, acquirere Philosophicam, v. g. sine vlla Logica, de quo loquimur, & aliud illam acquirere cum parva cognitione regularum Logicalium, de quo non est sermo; & vtrunque miscuit Mastrius.

Loquitur valdè improprie, quia loquitur de Theologia nostra, quæ non est pro-

prie scientia, vt cum Scoto defendit Mastrius in primo, disput. 1. quæst. unica artic. 1. num. 4. Deinde, quia loquitur de Iuris prudentia, quæ similiter non est scientia, sed fides humana, quæ nititur authoritati Iuris peritorum. Vndè non mirum, quod illæ facultates possent sine Logica adquiri; quia vna nititur fide Divina, & alia fide Humana. Difficultas itaque stat in acquisitione scientiæ, & ad quam habendam requiruntur, quæ num. 4. diximus.

Ex quibus responderi poterat, omiso antecedenti, negando consequentiam; quia non sequitur: *Logica non est simpliciter necessaria ad acquirendam non scientiam: ergo non est simpliciter necessaria ad scientiam acquirendam*, vt est manifestum. Imò sic valet retorqueri: *Logica est utilis, & etiã necessaria secundum quid ad acquirendam perfectius non scientiam*, v. g. Iuris prudentiam; experientia enim constat, quod qui Logicam addiscunt, Iuris prudentiam perfectius adquirunt: ergo ad acquirendam scientiam, erit Logica simpliciter necessaria.

Sed demus, Matrium loqui de scientia, & loco Theologiæ; & Iuris prudentiæ, ponatur Phisica, vel Methaphisica,

19  
solucio  
latæ  
impugna  
r à no  
s.

20  
Mastr.  
confun  
diffi  
lati.

21  
Mastr.  
quitur  
aldè im  
oprie.

22  
Potest  
respond.

Valet etiam  
re-  
torq.

23  
Mastrij  
argumē-  
tum de-  
bite for-  
matum.

fica, alia vè scientia, ex qua idem formet argumentum hoc modo: multi adquirunt scientiam sine Logica: ergo Logica non est simpliciter necessaria ad alias sciētias adquirendas. Ad hoc itaque argumentū sic efformatū, & quomodo Matruius formare debuit.

24  
Respōd.

Respondeo distinguendo antecedens; multi sine Logica adquirunt scientiam in esse rei concedo antecedens; in esse scientiæ nego antecedens, & consequentiam; quia ad acquirendam scientiam in esse scientiæ, seu scientificè, omnino necessaria sunt, quæ diximus num. 4. scilicet, quod intellectus habeat illam per demonstrationem rectè dispositam in modo, & figura: quod possit conclusionem reducere ad sua principia. Quod cognoscat illam evidentè evidentia consequentiæ. Et quod sciat, illam defendere a fallacijs argumentorum; quod sine Logica artificiali est naturaliter impossibile.

§. IV.

Argumenta Pontij sol-  
vuntur.

25  
Arguit Pontius I. num. 114. non est vlla difficultas, aut Phisica, aut moralis, assequendi aliquam scientiam partialem sine Lo-

gica: ergo Logica non est necessaria simpliciter ad quamcunque scientiam partialem. Antecedens probat Pontius, cuius probatio brevius, & clarissimè reducitur ad hunc syllogismum: homo lumine naturali sciens istud principium: *Totum est maius sua parte*, potest evidentè inferre absque Logica artificiali istam consequentiam: ergo *homo est maior sua manu*; sed inferre aliquam conclusionem evidentè, est illam scire: ergo aliqua scientia partialis potest assequi sine Logica.

26  
Resp. I.

Respondeo primo negando antecedens, & ad probationem distinguo maiorem: potest inferre absque Logica artificiali illam consequentiam, illamque reducere ad sua principia, & defendere à fallacijs argumentorum, nego maiorem; & illam non reducere ad sua principia, nec à fallacijs argumentorum defendere, concedo maiorem; distinguo similiter minorem, & nego consequentiam. Vel distinguo consequens: ergo aliqua scientia particularis potest assequi sine Logica in esse rei concedo; in esse scientiæ nego ob dicta num. 4.

27  
Secundo

Respondeo secundo aliter distinguendo maiorem:

po-

potest inferre absque Logica artificiali illam consequentiam evidentè evidentia consequentis concedo maiorem; evidentia consequentiæ nego maiorem. Distinguo similiter minorem, & nego consequentiam, vel distinguo ut in *num. præced.*

Hæc solutio claret etiam ex dictis *num. 4.* & explicatur: inferre aliquam consequentiam evidentè evidentia consequentiæ, est, illam inferre attendendo ad regulas syllogisticas, scilicet, admodum, figuram, connexionem præmissarum, & bonitatem consequentiæ, quod sine Logica artificiali fieri nequit. Inferre aliquam consequentiam evidentè, evidentia consequentis, est, illam inferre, attendendo solummodo ad regulas naturales, seu ad eam in esse rei, seu materialiter, quod non est, eam scire in esse scientiæ, & in hoc sensu dixit *Arist. 9. Meth. capit. 7. addiscens artem, operatur actionem artis sine arte.*

Arguit Pontius secundo *num. citat.* ante acquisitionem Logicæ artificialis debet sciri aliqua conclusio Logica; sed hæc scitur absque Logica artificiali: ergo & potest sciri sine Logica artificiali aliqua conclusio alterius cuiuscunque scientiæ. Hanc secundam

consequentiam inferit. Pontius *numer. 115.* supposita prima. Hoc argumentum facit Pontius contra nostram opinionem, & advertere debuit, hoc idem argumentum contra suam tertiam conclusionem fecisse *numer. 121.* & persequentia responsionem ad illud adhibuisse. Sua solutio sit ipsi prima nostra responsio.

Respondeo secundo: omisso syllogismo, negando consequentiam deductam ex illo. Disparitas est: nam cum Logica sit modus acquirendi alias scientias, est modus acquirendi se; sicut lux, quæ quia est modus videndi alia à se, est modus videndi se; & sicut lux non indiget alia luce, ut ipsa met videatur; ita Logica non indiget alia Logica, ut ipamet adquiratur. At quælibet alia scientia, cum non sit modus acquirendi alias scientias, non est modus acquirendi se, ideoque quælibet alia indiget Logica, ut adquiratur, sicut quælibet alia res indiget luce, ut videatur.

Hanc solutionem conatur Pontius impugnare; sed immerito. Tum: quia disparitas est notoria, & ab omnibus confesa. Tum: quia exemplum de luce vnde quaque cõvincit, nec aliquam de illo

28

Explicatur hæc solutio.

29

Arguit. l. Pontius.

30

Resp. 2.

31

Occurritur cuidam impugnationi Pontij.



mentionem fecit Pontius. Tum : quia Logica non est modus acquirendi alias scientias , quia est necessaria ad acquisitionem illarum, nec è contra , vt falso supponit Pontius ; sed quia est modus sciendi , est modus acquirendi alias scientias , & necessaria ad allarum acquisitionem. Tum denique : quia quantum possit , & velit adducere contra nostram responsionem , exemplo lucis facillimè solvitur.

32  
Resp. 3.  
Respondeo tertio negando minorem ; quia Logica perfecta acquiritur per ipsam Logicam ; nam per lumen naturale (loquor de Logica proprio labore , & non doctrina Magistrî adquisita , de qua loquitur hic Pontius) consecuntur plures notitiæ Logicales imperfectæ , & per has acquiritur aliqua notitia perfecta , & per hanc alia , & alia , & sic adæquatè fit perfectus Logicus opere proprio. Vnde ad ipsam Logicam perfectè acquirendam requiritur necessario , & simpliciter Logica artificialis , & ad primam conclusionem Logicæ perfectè acquirendam Logica artificialis imperfecta saltim debet simpliciter præcedere.

33  
Replicabis pro Pontio : prima conclusio Logicæ ad-

quiritur sine Logica : ergo *bis pro Pontio.*  
rui solutio. Probatur antecedens : si prima conclusio Logicæ non acquirireretur sine Logica , Logica esset sibi ipsi necessaria ; sed hoc dici nequit ; tum : quia idem nequit sibi ipsi esse necessarium. Tum etiam : quia idem nequit esse prius , & posterius , præsupponens , & præsuppositum : ergo prima conclusio Logicæ acquiritur sine Logica.

34  
Resp. I.  
Respondeo negando antecedens , ad cuius probationem distinguo primo maiorem : Logica , vt non scientia , esset sibi ipsi , vt scientia , necessaria concedo maiorem ; Logica , vt scientia , esset sibi ipsi , vt scientia , necessaria nego maiorem ; distinguo similiter minorem cum eius probationibus , & nego consequentiam. Secundo : Logica esset sibi ipsi necessaria , idest , vna pars Logicæ esset necessaria alteri parti Logicæ concedo maiorem ; idest , vna pars Logicæ esset sibi ipsi necessaria nego maiorem ; & cum eadem distinctione minoris , nego consequentiam. Ratio est : quia vna pars Logicæ artificialis iuvat alteram partem , & hæc alteram , & sic devenitur ad acquirendam primam conclusionem Logicæ. Nec

*Ratio solutionis.*

*Occurritur*

*eniam ob-*  
*jectioni.*

obest, vt ex partibus, quæ scientiæ non sunt, adquiratur prima Logicæ conclusio, quæ est scientia; quia hoc est peculiare in ipsa Logica. sicut est sibi peculiare, esse modum sciendi ad distinctionem omnium aliarum scientiarum.

35  
*eplica-*  
*is iteru*  
*ro Pon-*  
*o.*

Replicabis iterum pro Pontio: vna pars Logicæ, quæ scientia non est, conducit ad cognitionem alterius, ita vt ex pluribus cognitionibus, quæ scientia non sunt, resultet aliqua cognitio, quæ sit scientia; cur etiam vna pars Phisicæ cognita non cōducet ad cognitionem alterius, ita vt ex pluribus cognitionibus non possit generari absque Logica cognitio aliqua Phisicæ, quæ scientia sit?

36  
*espond.*

Respondeo: rationem esse: quia obiectum vnus partis Logicæ est instrumentum, & norma, vt adquiratur alia pars Logicæ; obiectum verò vnus partis Phisicæ non est instrumentum vt adquiratur alia pars Phisicæ; nam esse instrumentum rigurose solum pertinet ad Logicam, ad quam solum pertinet, modum syllogizandi tradare. Et si adhuc quæras huius rationem; ratio à priori est, quia Logica est modus sciendi, quod nec Phisica, nec alia

quælibet scientia habet; ideo sola ipsa est necessaria ad se, & ad omnes alias scientificè acquirendas.

Arguit tertio Pontius *numer. 118.* Præceptor In aliqua scientia expertus, potest alicui proponere omnes conclusiones scitas satis clare, & evidentè; sed quando sic proponerentur, per Logicam naturalem posset quis cognoscere, discursum esse bonum: ergo ad addiscendam aliquam scientiam totalem à Præceptore in illa experto, non requiritur simpliciter vlllo modo Logica artificialis. Probat Pontius consequentiam, & melius esset, quod minorem probaret.

Confirmat primo: quia non sunt valde multæ conclusiones scitæ in aliqua scientia totali, neque discursus, quibus illæ ipsæ probantur, sunt tam inevidentes, & tam remoti à principijs lumine naturali notis, vt non possit ad eas, tam moraliter, quàm phisicè, sufficere lumen intellectus, præferim, boni, & perspicacis. Secundo: quia potuisset talis Præceptor ostendere ipsi, quod omnis discursus istius scientiæ scientificus regularetur *per dici de omni, & dici de nullo*, aut *per quæcunque sunt eadem vni tertio, &c.* & discens potuisset abs-

37  
*Arguit*  
*3. Pon-*  
*tius.*

38  
*Confir-*  
*mat I.*

*Secundo*

absque arte per lumen naturale videre, quod ita esset.

Respondeo ad argumentum, distinguendo minorem: per Logicam naturalem potest quis cognoscere, discursum esse bonum in esse rei concedo minorem; in esse scientiæ nego minorem, & hæc doctrina distinguenda est utraque confirmatio; quia nulla conclusio in esse scientiæ potest fieri, quin scientificè cognoscatur, & cum ad scientificè sciendum, simpliciter, & absolute requirantur ea, quæ num. 4. diximus, & hæc sint ipsa Logica artificialis; ista est simpliciter, & absolute necessaria ad quamcunque scientiam adquirendam, & à quocumque Præceptore addiscendam.

§. V.

*Argumenta ex numeribus  
Logicæ solvantur.*

Arguitur primo: si Logica esset simpliciter necessaria alijs scientijs, esset ob instrumenta sciendi, quæ tradit; sed aliæ scientiæ his gaudent instrumentis, scilicet, definitionibus, divisionibus, & argumentationibus: ergo non est simpliciter necessaria: Distinguo minorem primo: quoad materiam concedo minorem; quoad for-

mam nego minorem, & consequentiam. Licet enim quælibet scientia habeat propriam materiam, circa quam præfata sciendi instrumenta versentur, tamen forma, & modus eorum à Logica tantum traditur. Secundo: his gaudent instrumentis, acceptis à Logica concedo; à Logica non acceptis nego.

Arguitur secundo: si Logica esset simpliciter necessaria, esset propter modum differendi, quem tradit; sed quælibet scientia habet proprium usum differendi: ergo non est simpliciter necessaria. Distinguo minorem duplici distinctione data ad argumentum præcedens. Nec hoc tollit, usum esse proprium cuiuscunque scientiæ, quia ut usus sit alicui scientiæ proprius, non requiritur, ut ab ea sit inventus; sed sufficit, ut propriæ illius materiæ applicetur.

Arguitur tertio: si Logica esset simpliciter necessaria ad alias scientias, esset, quia tribuit modum procedendi in illis; sed ad hoc non est necessaria: ergo non est. Probat minor: nullus actus requiritur, tribuens modum procedendi omnibus actibus practicis, nec est assignabilis: ergo similiter de actibus scientificis speculativis. Respon-

39  
Respōd.  
ad argu-  
ment.

Secunda

41  
Arguit.

Respōd

40  
Arguit.  
1.

42  
Arguit.  
3.

Resp. 1.

Resp. 1.

deo primo nego maiorem, & ad probationem nego antecedens, quia actibus practici requiritur Prudentia, modum illis istam quo ad circumstantias tribuens. Secundo: concesso antecedenti, nego consequentiam. Disparitas est: nam omnes actus scientifici, & speculativi conveniunt in eodem modo procedendi, & sic prærequirunt Logicam, tribuentem illis talem modum. At actus practici non conveniunt in aliquo modo communi procedendi; sed quilibet proprium, & diversum modum habet, & sic non habent aliquem actum, talem modum illis tribuentem.

Arguitur quarto: si Logica esset simpliciter necessaria alijs scientijs, esset ante illas docenda; sed tempore Platonis post Mathematicas docebatur: ergo non est simpliciter necessaria. Confirmatur: ipse Plato in 7. de Republica præcipit, ut triginta annos nati dumtaxat Dialecticas argumentationes caute degulit: ergo idem, quod prius. Respondeo, quod Mathematicæ, quæ tunc Pueris tradebantur, erant quædam rudis institutiones, ut promptiores redderentur ad alias scientias capiendas. Ad confirmationem dico: Platonem

illud non iussisse, quia Logica sit posterior; sed quia Republicæ pacem poterat impedire: oppositum præcipere.

§. VI.

Varia argumenta solvuntur.

Arguitur quinto: scientia in esse scientiæ adquiritur per principia perfecta; sed quælibet scientia habet principia perfecta: ergo ad nullam scientiam in esse scientiæ requiritur Logica. Distinguo maiorem: adquiritur per principia perfecta directiva concedo maiorem; obiectiva nego maiorem; distinguo similiter minorem, & nego consequentiam. Deinde argumentum probat: Logicam nec secundum quid esse necessariam ad alias scientias acquirendas, quod est contra omnes, ex quo fiat retorsio.

Arguitur sexto: opera naturæ sunt certiora, & perfectiora operibus artis ex Philosopho 2. Phisic. cap. 2. ergo Logica naturalis sufficit ad acquirendas alias scientias: ergo superfluit artificialis. Hoc argumentum, sicut & præcedens, probat, Logicam nec secundum quid esse necessariam ad alias scientias acquirendas, quod negant fere omnes, ex quo fiat etiam retorsio.

44

Arguit. 5.

Respōd.

Retorque.

45

Arguit. 6.

Retorque.

Ref.

Secundo

43  
Arguit.

Confirmat.

Respōd.

Ad confirmationem dico.



46  
Respōd.

Respondeo tamen distinguendo antecedens : opera naturæ habentia certum, & determinatum modum vt fiant, sunt, &c. concedo antecedens; opera naturæ non habentia talem modum nego antecedens, & consequentiam. Itaque opera naturæ quædam sunt ita certa, & determinata, vt semper eodem modo fiant, vt grave tendit deorsum, & leve sursum, &c. Quædam verò certum, & determinatum modum non habent, sed fieri possunt bene, vel male, & ad istos rectè dirigendos, necessaria est aliqua doctrina, quæ non solum est perfectior natura, sed & certior secundum Platonem in *Philepo cap. 4. de Finibus*, dicentem : *ars est dux certior, quam natura.*

47  
Arguit.  
7.

Arguitur septimo: si Logica prærequiritur ad Methaphisicam, cum hæc omnium scientiarum principia explicet, erunt scientiæ à se mutuo dependentes; sed hoc est absurdum: ergo saltem ad Methaphisicam non est necessaria Logica. Probatior: Logica explicat ex professo quid sit definitio, divisio, & argumentatio; sed hoc nequit explicare, nisi horum cognitionem à Methaphisica accipiat: ergo si Logica prærequiritur, &c. Probatior mi-

nor: definitio explicat essentiam, divisio distinctionem, & argumentatio, vt recta sit, exigit noticiam horum principiorum: *quæ sunt eadem uniterio, &c. Idem de eodem nequit simul affirmari, & negari;* sed horum explicatio est Methaphisicæ: ergo, &c.

48  
Respōd.

Respondeo negando maiorem, cuius probationem distinguo: Logica explicat, &c. absolutè nego maiorem; quoadmodum concedo maiorem; distinguo similiter minorem, & nego consequentiam. Aliud enim est, rerum essentias, & distinctiones explicare, & aliud ad hoc explicandum, modum efficiendi assignare, Primum convenit Methaphisicæ Secundum est Logicæ propriū, ad quod faciendum, essentias, vel communissima principia non explicat, sed supponit. Nec probatio de argumentatione facit, vt à se mutuo dependant; nam etiam si illa principia per se ad Methaphisicam spectent; cum tamen sint per se nota, à nulla scientia declarantur, sed supponuntur.

Arguitur octavo: quod est inutile, & noxium, non potest esse necessarium; sed Logica est inutilis, & noxia: ergo nequit esse necessaria. Probatior minor primo: quia multi-

49  
Arguit.  
8.

tudine præceptorum magis  
 obruitur mens, quam iuvat-  
 tur. Secundo: quia multi Pa-  
 tres contra Logicam scripse-  
 runt: ergo inutilis, & noxia  
 est. Nego minorem, cuius  
 primam probationem distin-  
 guo: si præcepta iungantur, vt  
 confusionem pariant concedo;  
 si benè eis vtatur nego.  
 Ad secundam dico: Patres  
 non scripsisse contra Logicã,  
 sed contra malum vsum il-  
 lius, & hoc est, quod docuit  
 Aguit lib. 2. de Doctrina Chris-  
 tiana, cap. 36. vbi ait: non est  
 facultas culpabilis; sed ea ma-  
 le vtentium perversitas.

Arguitur nono: natura  
 potest facere se sola, quod fa-  
 cit cum arte; sed Logica ar-  
 tificialis est ars: ergo talis Lo-  
 gica non est necessaria. Pro-  
 batur maior: Medicina est ars  
 ad sanandum; sed natura se  
 sola potest sanare: ergo natu-  
 ra potest facere se sola, quod  
 facit cum arte. Distinguo ma-  
 iorem: quando natura inclu-  
 dit virtutem artis concedo  
 maiorem; quando non inclu-  
 dit nego maiorem, & conce-  
 sa minori, nego consequen-  
 tiam.

Arguitur dezimo: nequit  
 defendi Logicam artificialem  
 esse simpliciter necessariam  
 ad alias scientias acquiren-

das, nisi cum iniuriã Anti-  
 quorum, & Recentiorum sa-  
 pientum: ergo non est ita ne-  
 cessaria. Probatur antecedens:  
 multi ante inventam Dialec-  
 ticam in omni genere scienti-  
 æ docti exiterunt, & nunc  
 etiam multi absque eius ope  
 eruditissimi existunt: ergo  
 nequit defendi, &c. Probatur  
 antecedens: Egyprij, & Hæ-  
 bræi ante inventam Dialecti-  
 cam scierunt Mathematicam,  
 alij Moralia; alij Medicinam,  
 & alij alias plurimas scientias:  
 ergo, &c.

Respondeo distinguen-  
 do hoc vltimum antecedens:  
 scientias in esse rei, concedo  
 antecedens; in esse scientiæ  
 nego antecedens, & distin-  
 guo similiter consequens: Ita-  
 que licet Hæbræi & Egyprij  
 sint antiquiores Zenone Elea-  
 te, qui primus Dialecticam  
 inuenisse dicitur; tamen so-  
 lum in esse rei scientias addi-  
 cerunt; nullo autem modo  
 in esse scientiæ. Solutio constat  
 ex dictis num. 24. & alibi.  
 Et hoc est, quod dixit Arist.  
 1. Physic. cap. 2. his verbis: *Ve-  
 teres in multos errores fuisse  
 prolapsos, & scientias imper-  
 fectè (ideit, in esse rei, seu non  
 in esse scientiæ) didicisse,  
 quia ignorauerunt  
 Dialecticam.*

INDEX  
 QUÆSTIONVM,  
 QUÆ IN HOC TOMO  
 CONTINENTUR.

QUÆSTIO PRIMA.

*An materia prima possit existere naturalitèr sine omni forma?*

§. I.

Resolvitur difficultas. Pag. 2.

§. II.

Argumenta prædicti Scotistæ, & alia specialia solvuntur. Pag. 5.

QUÆSTIO II.

*An materia prima possit simul informari pluribus formis substanti-  
 libus.*

§. I.

Statuitur conclusio contra Mastrium, & Pontium. Pag. 10.

§. II.

Argumenta Mastrij, & Pontij solvuntur. Pag. 15.

QUÆSTIO III.

*An de ratione natura sit esse principium activum, vel passivum, vel utrumque simul?*

§. I.

Necessaria ad quætionem supponuntur, & referuntur sententiæ. Pag. 22.

§. II.

Statuitur conclusio, & auctoritatibus probatur. Pag. 26.

§. III.

Rationibus probatur conclusio. Pag. 28.

§. IV.

Argumenta Mastrij solvuntur. P. 35.

§. V.

Alia solvuntur argumenta. Pag. 42.

QUÆSTIO IV.

*An motus successivus possit fieri in instanti?*

§. VNICVS.

Resolvitur quæstio. Pag. 50.

QUÆSTIO V.

*Vtrum ens univoce dicatur de Deo, & creaturis, substantia, & accidense?*

GEG

§. I.

## §. I.

Necessaria ad quætionem supponuntur. *Pag. 55.*

## §. II.

Statuitur cōclusio, & probatur. *P. 59.*

## §. III.

Triplici argumento occurritur. *Pag. 66.*

## §. IV.

Occurritur quadruplici alio argumento. *Pag. 72.*

## §. V.

Triplici alio argumento ex Scotō deducto occurritur. *Pag. 76.*

## QVÆSTIO VI.

*An conceptui univoco Deo, & creaturis, correspondeat aliqua realitas illis communis?*

## §. I.

Supponuntur certa ad quætionem, & opiniones Scotistarum referuntur. *Pag. 77.*

## §. II.

Conclusio statuitur, & autoritate Soti, & Aristotelis; probatur. *Pag. 80.*

## §. III.

Triplici ratione probatur conclusio. *Pag. 86.*

## §. IV.

Argumenta ex Scoto deducta solvuntur. *Pag. 89.*

## §. V.

Solvuntur argumenta Mastroij. *P. 95.*

## §. VI.

Cætera Mastroij argumenta solvuntur. *Pag. 101.*

## §. VII.

Alia solvuntur argumenta. *P. 109.*

## QVÆSTIO VII.

*An ens includatur in ultimis differentijs, modis intrinsicis, eiusque passionibus?*

## §. I.

Necessaria supponuntur, & referuntur sententiæ. *Pag. 113.*

## §. II.

Statuitur conclusio, & ex Mastroio contra Mastroium probatur. *P. 116.*

## §. III.

Argumenta Mastroij solvuntur contra secundam partem conclusionis. *Pag. 120.*

## §. IV.

Alia specialia argumenta solvuntur. *Pag. 124.*

## §. V.

Argumenta contra primam partem conclusionis solvuntur. *P. 128.*

## QVÆSTIO VIII.

*An ens sit univocum enti reali, & rationis?*

## §. I.

Supponuntur necessaria ad quætionem. *Pag. 132.*

## §. II.

Nostra conclusio statuitur, & firmatur ex Scoto. *Pag. 133.*

## §. III.

Rationibus probatur conclusio. *P. 135.*

## §. IV.

Argumenta ab autoritate Soti solvuntur. *Pag. 143.*

§. V.



## §. V.

Argumenta Matri solvuntur. P. 145.

## §. VI.

Argumenta aliorum solvuntur. Pagina. 146.

## QVÆSTIO IX.

*Utrum communitas nature, quæ dicitur universalis, sit positiva, vel negativa?*

## §. I.

Necessaria ad quæstionem declarantur, & supponuntur. Pagina. 149.

## §. II.

Statuitur conclusio, & Scoti auctoritatibus firmatur. Pagina. 152.

## §. III.

Rationibus probatur nostra conclusio. Pagina. 156.

## §. IV.

Varia solvuntur argumenta. P. 163.

## §. V.

Specialia argumenta solvuntur. Pagina. 173.

## QVÆSTIO X.

*Utrum Logica sit scientia practica, vel speculativa, vel utrunque simul?*

## §. I.

Quid sit praxis? Pagina. 275.

## §. II.

Referuntur sententiæ. Pagina. 278.

## §. III.

Nullum actum intellectus, à voluntate imperatum, esse praxim, auctoritate Scoti contra Scotistas ostenditur. Pagina. 279.

## §. IV.

Solutiones aliquorum Scotistarum ad Scoti textum impugnantur. Pagina. 280.

## §. V.

Impugnatur solutio Pontij. P. 281.

## §. VI.

Reijcitur Mastrij solutio. Pagina. 283.

## §. VII.

Nullum actum intellectus, à voluntate imperatum, esse praxim, alia Scoti auctoritate contra Scotistas ostenditur. Pagina. 287.

## §. VIII.

Impugnatur solutio Pontij. Ibidem.

## §. IX.

Solutio Mastrij reijcitur. Pagina. 290.

## §. X.

Quodam Philosophi testimonio probatur: nullum actum intellectus, à voluntate imperatum, esse praxim. Pagina. 291.

## §. XI.

Pontij, & Mastrij argumenta solvuntur. Pagina. 294.

## §. XII.

Quibus conveniat ratio praxis propriæ, & rigurose. Pagina. 304.

## §. XIII.

Quomodo praxibus conveniat ratio praxis propriæ, & rigurose? P. 312.

## §. XIV.

Quid sit practicum, & speculativum? Pagina. 316.

## §. XV.

Quædam ex dictis Scoti corollaria. Pagina. 318.

## §. XVI.

Quibus, & quomodo conveniat practicum, & speculativum? P. 321.

## §. XVII.

Vndè sumatur ratio practici, & speculativi? Ibidem.

## §. XVIII.

Resolvitur quæstio. *Pag. 324.*

## §. XIX.

Quædam Philosophi auctoritate probatur primo conclusio. *Pag. 326.*

## §. XX.

Alia Aristotelis auctoritate probatur. *Pag. 328.*

## §. XXI.

Alio Aristotelis testimonio probatur. *Pag. 333.*

## §. XXII.

Ratione probatur conclusio. *Ibid.*

## §. XXIII.

Solvuntur argumenta pro prima, & secunda sententia. *Pag. 335.*

## §. XXIV.

Solvitur præcipuum tertie opinionis argumentum. *Pag. 337.*

## §. XXV.

Aliquorum argumenta pro tertia opinione solvuntur. *Pag. 339.*

## §. XXVI.

Varia argumenta pro eadem opinione solvuntur. *Pag. 343.*

## §. XXVII.

Solvuntur argumenta contra conclusionem. *Pag. 346.*

## QVÆSTIO XI.

*Verum Logica docens, & utens realiter distinguantur?*

## §. I.

Quæcunque sunt apud Scotistas supponuntur, & eorum opiniones declarantur. *Pag. 350.*

## §. II.

Statuitur conclusio, & ratione Scoti probatur. *Pag. 355.*

## §. III.

Probatur conclusio destruendo fundamentum omnium adversariorum. *Pag. 357.*

## §. IV.

Alijs Validissimis rationibus firmatur conclusio. *Pag. 365.*

## §. V.

Probatur conclusio paritatibus. *Pag. 370.*

## §. VI.

Alijs tandem rationibus ad hominem contra Pontium firmatur conclusio. *Pag. 375.*

## §. VII.

Fundamentum Pontij solvitur. *Pag. 380.*

## §. VIII.

Argumenta ex doctrina Pontij diluuntur. *Pag. 385.*

## §. IX.

Solvuntur varia argumenta. *P. 389.*

## QVÆSTIO XII.

*An Logica sit necessaria ad alias scientias acquirendas?*

## §. I.

Certa declarantur, & opiniones referuntur. *Pag. 393.*

## §. II.

Nostra conclusio statuitur, & probatur. *Pag. 395.*

## §. III.

Argumentum Mastroij diluitur. *P. 397.*

## §. IV.

Argumenta Pontij solvuntur. *P. 399.*

## §. V.

Argumenta ex muneribus Logicæ solvuntur. *Pag. 403.*

## §. VI.

Varia argumenta solvuntur. *P. 404.*

# INDEX ARGUMENTORUM,

QUÆ CIRCA VARIAS QUÆSTIONES

IN HOC TOMO CONTINENTUR.

*Num.* significat numerum marginalem.

**EX TRACTATU SVMMVLARVM,**  
& *Logicali.*

**V**oces non significativæ non sunt termini formales. *Num. 1.*

Voces extra propositionem non sunt termini. *Num. 2.*

Non est propositio negativa. *Num. 3.*

De actu ad potentiam non valet consequentia. *Num. 4.*

Non sunt contradictoriæ. *Num. 5.*

Non datur Logica artificialis. *Num. 6.*

Logica docens non est sciencia. *Num. 7. 8. 9. & 10.*

Non datur Logica vtens. *Num. 11.*

Diffinitio praxis tradita à Scoto non est bona. *Num. 12.*

Logica non est simpliciter speculativa. *Num. 13. 14. 15. & 16.*

Habitus Logicæ docentis, & vtentis non distinguuntur realiter. *Num. 17. 18. & 19.*

Logica artificialis habitualis non est simpliciter necessaria, ni *Num. 10.*

Logica actualis artificialis est simpliciter necessaria ad quamecumque

scienciam acquirendam. *Num. 21.*

In Logica est tantum vnum obiectum formale quo. *Num. 22. & 23.*

Non sunt entia rationis. *Num. 24.*

Ens rationis habet esse obiectivè in intellectu. *Num. 25.*

Ens rationis non habet esse obiectivè in intellectu. *Num. 26.*

Ens rationis constituitur per denominationem extrinsecam. *Num. 27.*

Ens rationis constituitur per denominationem intrinsecam. *Num. 28.*

Alius sensus præter imaginativum potest facere ens rationis. *Num. 29.*

Denominationes extrinsecæ sunt entia rationis. *Num. 30.*

Universale Logicum non consistit in aptitudine proxima ad prædicandum de multis. *Num. 31.*

Diffinitum in diffinitione generis non est secunda intentio in recto. *Num. 32. & 33.*

Genus potest conservari in vnica specie. *Num. 34. 35. & 36.*

Species, vt subijcibilis, est prædicabilis. *Num. 37.*

- Species potest conservari in unico individuo. *Num. 38.*
- Differentia est univoca communi, propriæ, & propriissima. *Num. 39.*
- Denominativa substantialia, seu concreta substantialia, multiplicantur ad multiplicationem solius formæ. *Num. 40.*
- Deus ponitur in prædicamento. *Num. 41.*
- Deus non ponitur in prædicamento substantiæ. *Num. 42.*
- Relatio realitèr distinguitur a suo fundamento. *Num. 43.*
- Relatio non distinguitur a suo fundamento. *Num. 44.*
- Relatio terminatur ad respectivum. *Num. 45.*
- EX LIBRIS PHISICORVM.**
- P**rinicipia Phisicæ mutationis non sunt tria. *Num. 1. & 2.*
- Principia Phisicæ mutationis sunt plura tribus. *Num. 3.*
- Nec materia, nec forma est principium simpliciter in genere phisico. *Num. 4.*
- Materia prima est pura potentia. *Num. 5. & 6.*
- Materia prima non habet propriam existentiam. *Num. 7. & 8.*
- Materia prima nequit de potentia Dei absoluta existere sine omni forma. *Num. 9.*
- Materia prima non appetit omnes formas. *Num. 10.*
- Forma spiritualis potest de potentia Dei absoluta educi de potentia materiæ. *Num. 11.*
- Forma materialis non potest à Deo creari. *Num. 12.*
- Forma, & privatio possunt esse simul. *Num. 13.*
- Privatio in mutatione Phisica principiat per ultimum esse. *Num. 14.*
- Vnio est accidens. *Num. 15.*
- Inter materiã, & formam datur vnica tantum vnio. *Num. 16. & 17.*
- Totum substantiale diuinguitur realitèr à suis partibus. *Num. 18. 19. & 20.*
- Totum substantiale non distinguitur realitèr a suis partibus. *Num. 21. 22. & 23.*
- Quantitas non est immediatum subiectum cæterorum accidentium. *Num. 24.*
- Genera causarum sunt tantum quatuor. *Num. 25.*
- Substantia non est immediatè operativa. *Num. 26. 27. 28. & 29.*
- Accidens producit substantiam. *Num. 30. & 31.*
- Deus cum creaturis immediate non concurrat. *Num. 32. 33. & 34.*
- Concursus Dei distinguitur à concursu creaturæ. *Num. 35.*
- Effectus semel corruptus nequit iterum reproducere. *Num. 36.*
- Effectus semel corruptus nequit naturalitèr reproducere. *Num. 37.*
- Diffinitio motus non convenit motui successivo, & instantaneo. *Num. 38.*
- Projecta non moventur ab impulsu. *Num. 39.*
- Infinium in actu repugnat. *Num. 40. 41. 42. 43. 44. & 45.*



**Infinitum in actu est possibilee. Num.**

46. *vsquè ad 50.*

Diffinitio loci non est bona. *N. 51.*

Idem corpus de potentia absoluta potest esse in duplici loco. *N. 52.*

Idem corpus nequit esse in duplici loco. *Num. 53. & 54.*

Corpus nequit esse in duplici loco circumscripivè. *Num. 55. & 56.*

In quolibet motu non est suum tempus intrinsecum. *N. 57. 58. & 59.*

Continuum constat partibus divisibilibus in semper divisibilia ad huc respectu potentia Divinæ. *Num. 60.*

Continuum non constat partibus divisibilibus in semper divisibilia. *Num. 61. 62. & 63.*

Inanimata habent certum terminum magnitudinis. *Num. 64.*

Mundus potuit produci ab æterno. *Num. 65.*

**EX LIBRIS DE GENERATIONE, & corruptione.**

Datur forma corporeitatis. *Num. 1.*

Non datur forma corporeitatis. *Num. 2. 3. & 4.*

Intensio non fit per maiorem radicalionem. *Num. 5. & 6.*

Gradus qualitatis sunt æterhognei. *Num. 7.*

Gradus qualitatis sunt homogenei. *Num. 8.*

Qualitas in remissione non habet certum terminum. *Num. 9.*

Duo contraria in summo nequeunt esse simul. *Num. 10.*

**EXTRACTATU DE ANIMA.**

**I**N homine dantur tres animæ formaliter. *Num. 1.*

Potentia animæ inter se, & ab anima distinguntur. *Num. 2. 3. 4. & 5.*

Potentia animæ realiter distinguntur ab anima. *Num. 6. & 7.*

Potentia animæ non distinguntur realiter ab anima. *Num. 8. & 9.*

Ens sub ratione entis est obiectum adæquatum terminativum nostri intellectus. *Num. 10.*

Intellectus non est accidens. *N. 11.*

Intelligere formaliter consistit in tendentia ad obiectum. *Num. 12.*

13. & 14.

Intelligere formaliter non consistit in tendentia ad obiectum. *N. 15.*

Intelligere formaliter in receptione simul, & perceptione consistit. *Num. 16.*

Intelligere consistit in receptione intellectionis. *Num. 17.*

Voluntas est perfectior intellectu. *Num. 18.*

Intellectus est perfectior voluntate. *Num. 19.*

Deus non potest se solo producere volitionem in voluntate creata, merè passivè se habente. *Num. 20.*

Deus se solo non potest producere intellectionem in intellectu creato, merè passivè se habente. *N. 21.*

Prima radix intrinseca libertatis nostræ non est indifferentia iudicij. *Num. 22. vsquè ad 26.*

Prima radix libertatis nostræ est indifferentia iudicij. *N. 27. vsquè ad 30.*

ad 30.

Voluntas potest à Deo pati violentiam in suis actibus. *Num. 31. usque ad 36.*

Voluntas potest eligere minus bonum, relicto maiori. *Num. 37.*

Datur libertas essentialis. *Num. 38.*

### EX TRACTATU METHAPHISICÆ.

**D**atur conceptus obiectibus entis, Deo, & creaturis communis. *Num. 1. 2. 3. & 4.*

Non datur conceptus communis Deo, & creaturis. *N. 5. 6. 7. & 8.*

Datur distinctio formalis. *Num. 9.*

Non datur distinctio formalis. *Num. 10.*

Datur distinctio non mutua. *N. 11.*

Possibilia non habent esse ab intellectu Divino. *Num. 12. 13. & 14.*

Essentia, & existentia nec realiter, nec formaliter distinguntur. *N. 15.*

Existentia distinguitur formaliter ab essentia. *Num. 16. & 17.*

Principium individuacionis est quid negativum. *Num. 18.*

Proprium potest conservari sine subiecto, & è contra. *Num. 19.*

# FINIS.





monde a mander de regno de qon pass  
m ondo h b r d r o m q o de r a d l l e g  
One de m u d i p e r a g u d u l l o c o m r e d e p r e m  
O d e d i g o r a l e a l d e d o d e l p a u o m e e m  
y a d i l l a d e h a g r o m a e n l e y m f e y r e e d  
d e e l m e s e f e d e r k a d e h i l l y f e m p r e o n  
y p o e s e o n t a g y e r a m o p l o f o r m e f


One full of rego

frankly

P







Domestic Book

2.993